

Ypodigma Nevstriæ vel Normanniæ ... ab irruptione Normannorum usque ad annum 6 regni Henrici quinti / Per Thomam de Walsingham.

Contributors

Walsingham, Thomas, active 1360-1420.
Parker, Matthew, 1504-1575.

Publication/Creation

Londini : In aedibus Iohannis Daij, 1574.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/m4dk5349>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.


You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>









680 Walsingham (T.) Historia, viz.: *Ælfredi Regis Res Gestæ, Historia Brevis and Ypodigma Neustriæ, woodcut titles, capitals and ports. 3 vols in 1 (title to Ælfredi missing)*
London, Binneman & Day 1574

507

$\frac{6690}{6691}$

X

*Wish Walsingham's History &c
 3 vols in One*

SIR C. G. YOUNG,

College of Arms

S T C 863


S T C. 25004


S T. C. 25005

4/2/99

Pe 47

~~35~~ 552





☞ Duces Normannorum.

Rollo siue Robertus.



Gulielmus.



Richardus. 1.



Richardus. 2.



Richardus. 3.



Robertus.




Gulielmus Conquestor.



52 Anni in quibus de regibus in hoc ypoſigmate tractatur.

Regum nomina.	An.D.	Pag.	Regū nomina.	An.D.	Pag.	Regum nomina.	An.D.	Pag.
Wilhelmus Con.	1066	28	Henricus.2.	1176	43	Henricus.3.	1244	59
	1067	28		1177	43		1245	60
	1069	30		1178	43		1246	60
	1070	30		1179	43		1247	60
	1071	31		1180	43		1248	60
	1072	31		1181	43		1249	60
	1073	31		1182	43		1250	60
	1074	31		1183	44		1251	61
	1075	32		1185	44		1252	61
	1076	32		1186	44		1253	61
	1077	32		1187	44		1254	61
	1079	32	Richardus.1.	1189	45		1255	61
	1080	32		1190	46		1256	61
	1087	32		1191	46		1257	61
Wilhelmus Rufus.	1088	32		1192	47		1258	61
	1090	33		1193	48		1259	62
	1091	33		1194	48		1260	62
	1093	33		1195	49		1261	62
	1095	33		1196	49		1262	62
	1096	34		1197	49		1263	62
	1097	34		1198	50		1264	63
	1098	36	Iohannes.	1199	50		1266	64
	1099	36		1200	51		1267	65
Henricus.1.	1100	36		1201	51		1268	65
	1101	36		1202	51		1269	66
	1104	36		1203	52		1270	66
	1106	36		1204	52		1271	66
	1110	37		1205	52	Edwardus.1.	1272	66
	1118	37		1206	52		1273	67
	1119	37		1207	52		1274	68
	1120	37		1208	53		1275	68
	1123	37		1209	53		1276	68
	1125	37		1210	53		1277	69
	1127	38		1211	53		1278	69
	1129	38		1212	53		1279	69
Stephanus.	1133	38		1213	54		1280	70
	1134	38		1214	54		1281	70
	1135	38	Henricus.3.	1215	55		1282	70
	1136	38		1216	55		1283	70
	1137	38		1217	57		1284	71
	1138	38		1218	57		1285	71
	1139	38		1220	57		1286	71
	1141	39		1221	57		1287	71
	1142	39		1222	57		1288	72
	1143	39		1223	58		1289	72
	1146	39		1224	58		1290	72
	1148	39		1225	58		1291	73
	1150	39		1226	58		1292	75
	1151	39		1227	58		1293	77
Henricus.2.	1152	39		1230	58		1294	77
	1153	39		1231	58		1295	78
	1156	39		1232	58		1296	80
	1158	38		1233	58		1297	83
	1159	38		1234	58		1298	86
	1160	38		1235	58		1299	87
	1163	38		1236	58		1300	88
	1166	38		1237	58		1301	88
	1167	38		1238	59		1302	95
	1168	38		1239	59		1303	95
	1170	39		1240	59		1304	96
	1173	39		1241	59		1305	96
	1173	40		1242	59		1306	97
	1174	41		1243	59		1307	98

<i>Regum nomina.</i>	<i>An. D.</i>	<i>Pag.</i>	<i>Regum nomina.</i>	<i>An. D.</i>	<i>Pag.</i>	<i>Regum nomina.</i>	<i>An. D.</i>	<i>Pag.</i>
<i>Edwardus. 2.</i>	1308	99	<i>Edwardus. 3.</i>	1345	117	<i>Richardus. 2.</i>	1381	139
	1309	99		1346	118		1382	140
	1310	99		1347	121		1383	140
	1311	100		1348	121		1384	141
	1312	100		1349	121		1385	142
	1313	100		1350	121		1386	143
	1314	101		1351	122		1387	145
	1315	102		1352	122		1388	142
	1316	102		1353	122		1389	143
	1317	103		1354	122		1390	144
	1318	103		1355	123		1391	145
	1319	104		1356	123		1392	146
	1320	104		1357	124		1393	146
	1321	104		1358	125		1394	147
	1322	105		1359	125		1395	148
	1323	106		1360	126		1396	149
	1324	107		1361	127		1397	150
	1325	108		1362	127		1398	152
	1327	109		1363	128	<i>Henricus. 4.</i>	1399	153
<i>Edwardus. 3.</i>	1328	111		1364	128		1400	157
	1329	111		1365	128		1401	158
	1330	111		1366	129		1402	159
	1331	112		1367	129		1403	161
	1332	112		1368	130		1404	164
	1333	112		1369	131		1405	167
	1334	113		1370	131		1406	169
	1335	113		1371	132		1407	171
	1336	113		1372	132		1408	172
	1337	114		1374	133		1409	173
	1338	114		1375	133		1410	174
	1339	114		1376	134		1411	175
	1340	115	<i>Richardus. 2.</i>	1377	135	<i>Henricus. 5.</i>	1412	177
	1341	116		1378	136		1413	178
	1342	116		1379	137		1414	182
	1343	116		1380	138		1416	191
	1344	117						



Ypodigma Neustriæ, per T. de
Walsingham.



Agnificentissimo & illu-

strissimo Francorum & Anglorum regi, Henrico Normanniæ conquestori, Principi Walliæ serenissimo, Hybernæ & Aquitaniæ domino, Dei gratia semper & ubiq; victori. Suorum minimus Orator frater *Thomas de Walsingham*, Monachus Monasterij S. Albani Anglorum Protomartyris humili cum re-
commédatione. Salutem in eo qui dat salutem Regibus. Cogitanti mihi inter studia cōtemplationis claustralis, quantis virtutum dotibus, ac victoriarum titulis Deus omnipotens vos ex-

10
20
30
40
50
60
70
80
90
100
110
120
130
140
150
160
170
180
190
200
210
220
230
240
250
260
270
280
290
300
310
320
330
340
350
360
370
380
390
400
410
420
430
440
450
460
470
480
490
500
510
520
530
540
550
560
570
580
590
600
610
620
630
640
650
660
670
680
690
700
710
720
730
740
750
760
770
780
790
800
810
820
830
840
850
860
870
880
890
900
910
920
930
940
950
960
970
980
990
1000
1010
1020
1030
1040
1050
1060
1070
1080
1090
1100
1110
1120
1130
1140
1150
1160
1170
1180
1190
1200
1210
1220
1230
1240
1250
1260
1270
1280
1290
1300
1310
1320
1330
1340
1350
1360
1370
1380
1390
1400
1410
1420
1430
1440
1450
1460
1470
1480
1490
1500
1510
1520
1530
1540
1550
1560
1570
1580
1590
1600
1610
1620
1630
1640
1650
1660
1670
1680
1690
1700
1710
1720
1730
1740
1750
1760
1770
1780
1790
1800
1810
1820
1830
1840
1850
1860
1870
1880
1890
1900
1910
1920
1930
1940
1950
1960
1970
1980
1990
2000
2010
2020
2030
2040
2050
2060
2070
2080
2090
2100
2110
2120
2130
2140
2150
2160
2170
2180
2190
2200
2210
2220
2230
2240
2250
2260
2270
2280
2290
2300
2310
2320
2330
2340
2350
2360
2370
2380
2390
2400
2410
2420
2430
2440
2450
2460
2470
2480
2490
2500
2510
2520
2530
2540
2550
2560
2570
2580
2590
2600
2610
2620
2630
2640
2650
2660
2670
2680
2690
2700
2710
2720
2730
2740
2750
2760
2770
2780
2790
2800
2810
2820
2830
2840
2850
2860
2870
2880
2890
2900
2910
2920
2930
2940
2950
2960
2970
2980
2990
3000
3010
3020
3030
3040
3050
3060
3070
3080
3090
3100
3110
3120
3130
3140
3150
3160
3170
3180
3190
3200
3210
3220
3230
3240
3250
3260
3270
3280
3290
3300
3310
3320
3330
3340
3350
3360
3370
3380
3390
3400
3410
3420
3430
3440
3450
3460
3470
3480
3490
3500
3510
3520
3530
3540
3550
3560
3570
3580
3590
3600
3610
3620
3630
3640
3650
3660
3670
3680
3690
3700
3710
3720
3730
3740
3750
3760
3770
3780
3790
3800
3810
3820
3830
3840
3850
3860
3870
3880
3890
3900
3910
3920
3930
3940
3950
3960
3970
3980
3990
4000
4010
4020
4030
4040
4050
4060
4070
4080
4090
4100
4110
4120
4130
4140
4150
4160
4170
4180
4190
4200
4210
4220
4230
4240
4250
4260
4270
4280
4290
4300
4310
4320
4330
4340
4350
4360
4370
4380
4390
4400
4410
4420
4430
4440
4450
4460
4470
4480
4490
4500
4510
4520
4530
4540
4550
4560
4570
4580
4590
4600
4610
4620
4630
4640
4650
4660
4670
4680
4690
4700
4710
4720
4730
4740
4750
4760
4770
4780
4790
4800
4810
4820
4830
4840
4850
4860
4870
4880
4890
4900
4910
4920
4930
4940
4950
4960
4970
4980
4990
5000
5010
5020
5030
5040
5050
5060
5070
5080
5090
5100
5110
5120
5130
5140
5150
5160
5170
5180
5190
5200
5210
5220
5230
5240
5250
5260
5270
5280
5290
5300
5310
5320
5330
5340
5350
5360
5370
5380
5390
5400
5410
5420
5430
5440
5450
5460
5470
5480
5490
5500
5510
5520
5530
5540
5550
5560
5570
5580
5590
5600
5610
5620
5630
5640
5650
5660
5670
5680
5690
5700
5710
5720
5730
5740
5750
5760
5770
5780
5790
5800
5810
5820
5830
5840
5850
5860
5870
5880
5890
5900
5910
5920
5930
5940
5950
5960
5970
5980
5990
6000
6010
6020
6030
6040
6050
6060
6070
6080
6090
6100
6110
6120
6130
6140
6150
6160
6170
6180
6190
6200
6210
6220
6230
6240
6250
6260
6270
6280
6290
6300
6310
6320
6330
6340
6350
6360
6370
6380
6390
6400
6410
6420
6430
6440
6450
6460
6470
6480
6490
6500
6510
6520
6530
6540
6550
6560
6570
6580
6590
6600
6610
6620
6630
6640
6650
6660
6670
6680
6690
6700
6710
6720
6730
6740
6750
6760
6770
6780
6790
6800
6810
6820
6830
6840
6850
6860
6870
6880
6890
6900
6910
6920
6930
6940
6950
6960
6970
6980
6990
7000
7010
7020
7030
7040
7050
7060
7070
7080
7090
7100
7110
7120
7130
7140
7150
7160
7170
7180
7190
7200
7210
7220
7230
7240
7250
7260
7270
7280
7290
7300
7310
7320
7330
7340
7350
7360
7370
7380
7390
7400
7410
7420
7430
7440
7450
7460
7470
7480
7490
7500
7510
7520
7530
7540
7550
7560
7570
7580
7590
7600
7610
7620
7630
7640
7650
7660
7670
7680
7690
7700
7710
7720
7730
7740
7750
7760
7770
7780
7790
7800
7810
7820
7830
7840
7850
7860
7870
7880
7890
7900
7910
7920
7930
7940
7950
7960
7970
7980
7990
8000
8010
8020
8030
8040
8050
8060
8070
8080
8090
8100
8110
8120
8130
8140
8150
8160
8170
8180
8190
8200
8210
8220
8230
8240
8250
8260
8270
8280
8290
8300
8310
8320
8330
8340
8350
8360
8370
8380
8390
8400
8410
8420
8430
8440
8450
8460
8470
8480
8490
8500
8510
8520
8530
8540
8550
8560
8570
8580
8590
8600
8610
8620
8630
8640
8650
8660
8670
8680
8690
8700
8710
8720
8730
8740
8750
8760
8770
8780
8790
8800
8810
8820
8830
8840
8850
8860
8870
8880
8890
8900
8910
8920
8930
8940
8950
8960
8970
8980
8990
9000
9010
9020
9030
9040
9050
9060
9070
9080
9090
9100
9110
9120
9130
9140
9150
9160
9170
9180
9190
9200
9210
9220
9230
9240
9250
9260
9270
9280
9290
9300
9310
9320
9330
9340
9350
9360
9370
9380
9390
9400
9410
9420
9430
9440
9450
9460
9470
9480
9490
9500
9510
9520
9530
9540
9550
9560
9570
9580
9590
9600
9610
9620
9630
9640
9650
9660
9670
9680
9690
9700
9710
9720
9730
9740
9750
9760
9770
9780
9790
9800
9810
9820
9830
9840
9850
9860
9870
9880
9890
9900
9910
9920
9930
9940
9950
9960
9970
9980
9990
10000

Olim mos erat in Dacia cum repleta esset terra hominibus, ut sancita lege
 per Reges illius terræ cogerentur iuniores de proprijs sedibus emigrare.
 Quæ gēs idcirco multiplicabatur nimis, quoniam luxui excessiue dedita multis
 mulieribus iungebatur. Nam pater adultos filios cunctos à se pellebat, præter
 vnum quem heredem sui iuris relinquebat. Quæ lex per multorum tempora
 regum mansit inconuulsa, quoad vsq; Lothbrocus rex patri successit in regno,
 quem prædicant de stirpe Gothorum processisse. Ex quorum progenie iactat
 10 Troianos fuisse progressos: & Anthenorem ab vrbis exterminio cum duo-
 bus millibus & quingentis viris ob prodicionem illius ab eo perpetratam eua-
 disse, & per multimodos anfractus ponti, Germaniam appulisse, ac in Dacia ex
 post regnasse: eamq; à quodam vocato Danao suæ stirpis Rege, Danemar-
 chiam nuncupasse. Igitur Rex Lothbrocus excitus patrum legibus, sorte co-
 gente, cum ingenti iuuenum agmine filium suum nomine Bier, costa ferrea à
 suo abdicat regno cum pædagogo suo Hastingo nomine: viro per omnia fra-
 dulentissimo, ut externa petens regna, alias sedes sibi armis aquireret. Qui
 ideò costa ferrea vocabatur, quia vehementissimis infectus veneficijs suæ ma-
 tris, licet in acie staret inermis, omnem vim armorum illesus sperneret. Hastin-
 20 gus ergo à patria cum suo adolescente sic proscriptus, de finitimis prouincijs
 milites animo leues, & belli cupidos congregauit: Deo suo pro thure huma-
 num sanguinem delibauit. Cuius cruorem libaminis omnes vnanimiter pota-
 uerunt. Et vento flante secundo Verniendensem aggrediuntur portum. Exi-
 lientesq; de nauibus totum Vulcanò tradunt illico comitatum. Sancti quoque
 Quintini Monasterium ferali comburunt rabie, de Christiano populo nephari-
 um ludibrium exercentes. Neuionensis namq; præsul Emiño nomine, cum
 suis Diaconis eorum gladijs obtruncatur, fitque cades in plebe proprio vi-
 duata pastore. Dehinc fluuium Sequanam ingrediuntur, & apud Gemeticum
 obsidionem componunt. Qui locus iure vocatur Gemeticus: quia velut
 30 gemma in anulo, sic rutilat situ loci & fructuum vbertate. Hic Clodonei
 Francorum regis tempore, à beato Philberto, opitulante Beatilda Regina
 constructus, in tanto incremento adoleuit, ut in noningentorum monacho-
 rum numero eius quantitas suppleretur. Huius loci monachi vel incolæ com-
 perientes aduentum paganorum fuga lapsi, quædam sub terra occultantes,
 quædam secum asportantes euaserunt. Pagani locum reperientes vacuum,
 Monasterium Sanctæ Mariæ sanctique Petri, & cuncta ædificia igne combu-
 runt in solitudinem omnia redigentes. Abhinc deniq; Sequana fulcantes al-
 ueum, Rhotoniagum adeunt, igneq; comburunt, horrendum de Christiano po-
 pulo ludibrium exercentes. Franciæ quoq; interiora petentes, omnem fere
 40 Neutriam, Northmānica ferocitate inuadunt: urbem quoq; Namiaticam in-
 cendio cremauere. Episcopum sancto Sabbato Pasche Baptismum celebrantem
 trucidauere, clerum & populum peremere. Deinde Andegauensem percurrentes
 regionem, ipsam quidem ciuitatem concremant: Pictauorumq; castella at-
 que vicos, omnemq; patriam a mari vsq; ad eandem Pictauiensem urbem po-
 pulantur & vastant, replentes cadibus vniuersa. Sequenti namq; tempore, na-
 uigio Turonum ademit ciuitatem, eamq; de more opplentes stragibus: ad po-
 stremum tradunt ignibus, populata omni circumquaq; regione. Non longè
 post superiora Ligeris fluuij manibus expetentes, Aurenam perueniunt, cap-
 tamq; urbem auro distrahunt: & ad tempus recedentes secundo aduentu co-
 50 burunt eandem. Et ut concludam tragædias infinitas breuibus, Hiteciam Pa-
 risiorum nobile caput, quondam resplendens gloria, abundans opibus, in ci-
 neres redegerunt. Betuacus quoq; & Nomonius quondam Galliarum præstā-
 tissimæ ciuitates eorum gladio concidere. Aquitannia quoq; quondam bello-
 rum nutrix, tunc patuit præda gentibus alienis. Nec erat oppidum aut vicus
 in ea regione, neque ciuitas: quæ non strage ferali horum conciderit Pagano-
 rum. Testatur id Pictauiis fecundissima vrbs Aquitaniæ, hoc Sanctonum, hoc

Lex Dacorum
de iunioribus
exulandis.

Bier dictus co-
sta ferrea.

Cades S. Quin-
tini grauis.

Gemeticus mo-
nachorum sedes.

Paganorum ra-
bies in Franciâ.

Aquitannia
deprædatur.

4. Ypodigma Neustriæ

Engolisma, hoc Petragoricum, hoc Lamonicas, hoc certè Aruernus, ipsumq; Auaricum, caput regni Aquitanici.

Hijſ calamitatum malis Gallijs per 30. ferè annorum spatium detritis flebiliter: Haſtingus Bier dominum ſuum prouehere cupiens ad altiora, imperiali eum Diademate coronare volebat. Proinde deliberauit cum ſuis complicitibus, Romam clauſtina irruptione obtinere. Sed nimia exorta tempeſtate ad urbem Litnis vento impellente deuoluitur, quæ pro ſui decore hoc nomine vocabatur. Porro ciues attoniti tanta claſſe, ciuitatem muniunt, & ſemetipſos hortantur ad reſiſtendum. Quorum audaciâ Haſtingus vt comperit, ratus hæc Romam fore, omni conatu cœpit attemptare, quo pacto poſſet eam dolo inuadere. Deniq; Episcopo ciuitatis & communitati miniſtros ſuæ perfidiæ dirigit: aſſerens non ſua ſponte illuc appuliſſe, ſed patriam ſuam repetere uoliſſe, paciſcos ſe eſſe, pacem deinceps quærere, & ſe lætali preſſum langore, ab eis Chriſtianum fieri ſupplici. prece depoſcere. Hijſ auditiſ Comes & Episcopus gaudio exhilarati, pacem cum nephandiſſimo paciſ inimico firmant, ſitq; communis utriq; populo urbis ingreſſus. Tandem ad eccleſiam ſceleratus fertur Haſtingus, ſacroſancto baptiſmate mergitur homo verſutus, & rapaciſſimus exit lupus. Quem ad ſui perniciem à fonte Præſul & Comes excipiunt. Hinc quoque baiulorum manibus refertur ad nauim criſmate delibutus. Poſt hoc intempeſtæ noctis medio loricatus locatur in feretro, innuens cœteris vt ſuas induerent loricas ſub tunicis. Proinde fit luëtus intollerabilis per exercitum, Haſtingum obiiſſe neophitum, & reſonat maris littus tanti ducis exceſſu. Dehinc nauis effertur, & ad eccleſiam baiulatur, ſacroſancto veſtitur Antiſtes indumento, maëtaturus ſacroſanctam hoſtiam pro defuncto, ſit commendatio animæ, vt corpus ſclerum & perditionis in baratro iam ſepultum, tradatur ſepultura. Sed ecce proſilit de feretro, Episcopum & Comitẽ obtruncat gladio: dehinc lupina rabie cum ſuis graſſatur in plebe. Hijſ à funeſto perpetratis, Theatrum efficitur domus domini, iugulantur iuuenes, trucidantur ſenes, depopulatur ciuitas, & à fundamentis mœnia diruuntur. Huius itaq; peracta urbis ſubuerſione, comperientes pagani ſe Romam nullatenus cepiſſe, veriti ne ulterius quicquam proficerent, quippe cum Romanas aures fama volante eorum prophana opera iam occupaeſſent, inito cõſilio de reſreſſu diſponunt. Nam Bier totius excidij ſigniſer, & Rex exercituum, dum natiuum ſolum repeteret, naufragium paſſus, vix apud Anglos portum obtinuit, quamplurimis de ſuis nauiculis ſubmerſis tempeſtate. Inde q; petens Friſiam, illic obiit. Haſtingus verò Carolum ſimplicem regem Francorum adiens, pacem petijt, quam adipiſcens, urbem Carnotenſem ſtipendij munere accepit ab illo. Et ſic Francia à tumultuum fragoribus aliquamdiu reſpirauit.

Emenſis ex poſt plurimorum annorum interſtitijs, Fræcia ab hijſ tumultuū fragoribus pauliſper ſopita. Danemarchia ſpargens iterato iure exterminij flammiumos Ticionẽs, plurimos tirones à ſe iuuenili flore vernâtes, priſcorum patrum lege ſecernit. Qui proſecti cum ſex nauibus plenis armato milite apud Scanzam inſulam applicant. Inde q; ſublatis anchoris, ſpirantibus auris ſalubriter Anglicam Britanniam aggrediuntur. Quibus Angli conſeſtim obuij, multis ſuorum amiſſis, cum dedecore reſugerunt. Quibus compertis illius regni Rex Ethelſtanus miſſa legatione, protinus pacem petit, & adipiſcitur: firmatiſq; fœderibus, amicitia indiſſolubili adinuicem connectuntur. A quo ſuæ expeditionis poſtulantẽs auxilium, paruo tempore contraxerunt nõ minimam armatorum manum. Abinde fluctuaga ſulcantes æquora, cū magno vite periculo, ad locum vocatum Walchras deuoluti ſunt. Quibus mortem euadentibus, & de maris diſpendio reſpirantibus Ramerius longi colli, Hamenſis ſiue Haſbaniẽſis Dux, cū multitudiẽ graui bellum intulit. Sed ſuorum extinctis quampluribus, ipſe victus capitur, & ad naues ducitur compeditus. In illa pugna duodecim Danorum bellatores à Ramerij militibus capiuntur, & vxori eius præſentantur. Quæ legatos ad Danos mittens, & ipſa ſuum virum dato pro eo magno auri pondere recepit, & Dani qui ab ipſa tenebantur

Haſtingi dolus inſignis.

Dani irrupunt in Angliam.

tur liberi dimittuntur.

Octingentesimo sexto anno ab incarnatione domini, Dani flantibus ventis ad vota, Gemeticum veniunt: ubi quandam sacram virginem nomine Gertrudem quam asportauerant à Britania in capella S. Vedasti, quæ trans flumen est, super altare ponentes ibidem reliquerunt. Quæ capella nomen virginis hætenus Sanctæ Gertrudis habet. Quorum aduentum Franco Rotomagensis Archiepiscopus agnoscens, & vrbis suæ muros solo tenus hostica immanitate cernens dirutos, ac de iuuanine ad resistendum omnino diffidens: adiudicauit salubrius ab ejs pacem querere, quam in aliquo illos ad sui perniciem

Capella S. Gertrudis.

10 prouocare. Festinus igitur illos adiens pacem petijt: & consequitur inter se fœdere firmo pacto. Quo facto Dani festinantes, naues propellunt ad mænia ciuitatis. Cuius præsidium sagaci mente terra mariq; considerantes, compendiorum lucris munitum, totius Conitatus caput illud fore concorditer deputauere. Deinde vnum ex semetipsis sorte eligentes nomine: dominum suæ militiæ atque principem pacta fidelitate præficiunt.

Rollo prælatione potitus, tractauit sollicitè cum suis, de Parisiaca subuersione. Et soluentes classem, Sequanæ sulcant fluuium, stationemq; nauium apud Hasdaus componunt. Tunc Rainaldus dux totius Franciæ, repentino pagano-

Rainaldus paganus fit obuius.

20 mittens Hastingsum, qui adhuc in Carnotena vrbe morabatur cum alijs legatis, quia & ipse peritus fuerat Danorum linguæ, qui talibus eos adorsus est verbis. Heus inquit robustissimi milites, quibus ab oris huc aduecti estis, vel quid in hac regione queritis, aut qui vestrum senior censetur nomine, edicite nobis: Francorum sanè regis legati sumus vobis directi. Cui interroganti sic Rollo: Dani sumus, æquali dominio fungimur: terræ huius colonos exturbare venimus, nostræ ditioni patriam subdere cupiètes. Quis enim es tu qui tam facetè nobis loqueris. Adhæc ille. Audistis inquit aliquando de quodam Hastingso, qui à vestris partibus exul, cum multitudine nauium huc adueniens, hoc Francorum regnum magna ex parte pessundedit, & in solitudinem rede-

30 git. Cui Rollo, audiuius inquit, Hastingsus inquit bono omine cœpit, & cuncta malo fine compleuit. Hastingsus ad hæc: vultis inquit Carolo Regi subdi? Nequaquam, Rollo intulit, alicui subijciemur, sed quæcunq; armis adquiremus, nostro iure vendicabimus. Regi cuius te legatum gloriaris, audita si vis renuncia. Hæc Hastingsus cuncta refert expeditius duci suo. Sanè Rainaldus citato exercitu suo Northmannos inopinato impetu festinans inuadere, super eos irruit. Quem Rollo cum suis audacter excipiens, prostrato Rollando eius signifero, plurimos Francigenas morti tradidit, aliosq; in fugam vertit. Quibus peractis, Rollo nauibus festinans municipium Mellende capit. Quo subuerso, omnes incolas ense necat.

40 Igitur Theobaldus comes videns se tempus reperisse oportunum ad decipiendum Hastingsum, talibus verbis falsò appetit illum. Cur inquit, vir insignissime torpes ignauia? Ignoras regem Carolum te velle perimere, ob Christianorum sanguinem à te olim fusum iniuste? Reminiscitur enim malorum quæ illi tunc improbè intorsisti? & ideo de terra te exterminare decernit. Manus & tua vt ipse ait cum Rollone pagano ad delendos Francos sentit: qua de re in proximo, pessime deleberis ab eisdem. Consule ergo tibi ne inconsultus puniaris. Quibus verbis Hastingsus territus, confestim Carnotenam urbem Theobaldo vendidit, & distractis omnibus, peregrè profectus disparuit.

Rainaldus castus interfectus.

50 Dux autem Franciæ Rainaldus fugæ non ferens dedecus, iterum maiori exercitu congregato, Rollonem aggreditur inopinatè. Cuius conatus ipse præueniens, multos suorum obtruncat, multos fugat. Ipsum autem Rainaldum quidam piscator emissio iaculo interfecit. Dehinc subductis anchoris, Rollo celeri nauigio Parisium petit. Cui quidam exploratores nunciant Baiocensem urbem carere defensoribus, & facile posse capi. Rollo verò mox auulsis ab obsidione nauibus Baiocesium veliuolo venit cursu. Quam captam in parte subuertit, habitatoribus interfectis. In qua nobilissimam puellam Popam nomi-

*Guliel. Longa
Spata.*

ne: filiam scilicet Guidonis Comitis Siluanietensis capiens, non multò post, more Danico, id est, paganico copulauit. Ex qua genuit Gulielmum Longam Spatam filiamq; Gerloc nomine, decoram valde. Et sic vrbe demolita, Rollo velociter Lutetiam regressus est. Cumq; ad expugnandum eam diligenter intenderet, pars exercitus sui urbem Ebroicam captā exterminauit, ciues extinxit, & cum praeda maxima redijt ad ducem suum.

*Rollo rebelles
Anglia coerces.*

Interea legati Regis Anglorum Ethelstani ad Rollonem veniunt, deprecantes vt Regi quantocius auxilium contra quosdam rebelles auxilium ferat. Cuius anxietati compatiens, & de Parisiacæ vrbs expugnatione diffidens, ob videlicet aditus difficultatem, & nimiam alimoniam copiam intra eam: dimissa obsidione Anglos aggreditur. Quò cum venisset, rebelles expugnans cum austeritate coercuit: acceptisq; obsidibus Regi suo pronos fecit. Ex hinc iterato electa multitudine iuuenum, cum magnis muneribus à Rege sibi collatis, in Franciam remeauit.

Mirabile ductu

Rollo cum redisset Northmanniam, Carnotensem urbem obsidione vallauit. Quam cum machinis & tormentis oppugnaret, Richardus Burgundionum Dux cum suo Francorumq; exercitu adueniens, irruit super eum. Cum quo congressus Rollo atrociter resistebat, quousq; Walterius episcopus ex ciuitate cum armatis inopinatè profiliens. Supparum beatæ Mariæ quod Carolus Caluus Constantinopoli cum alijs reliquijs aduexerat, in modum vexilli contra hostes ferens manibus a tergo eos cedendo inuaderet. Illi tamen ignorantes cuius esset camisia virtutis & reuerentiæ, deridendo sagittauerunt ad eam sed non impune. Nam subita cæcitate percussi sunt. Quod Rollo intelligens, à certamine declinavit, multis prius de eius exercitu interemptis.

*scribunt Carolu
ni in matrimoniu
diam de dispo. sed
aduersatur pau
ilius. qui dicitur
um neq; alteram
omina duxisse sed
Rollo Franco
rum regis fili
am ducit.
Gotso
tim egidiam
pore Caroli Grafi
sc*

Hijs itaq; Rollo infortunijs, militumq; suorum morte furibundè succensus, ad Francorum infestationem reliquos exaggerat, & ad perdendam patriam ob sociorum perniciem totis conatibus eos incitat. Quid plura: vt Lupi vespertini vehuntur pagani ad ouiculas Christi. Succeduntur ecclesiæ, mulieres ducuntur captivæ, trucidatur populus, fit omnibus in cômune luctus, Hijs deniq; Franci calamitatibus oppressi, quæstuosos clamoribus Carolum Regem appetunt: ynanimiter conclamantes Christianum populum ob eius inertiam paganorum incurfibus deperire. Quorum quærimonijs Rex permotus, Astitum Francorum Archiepiscopum Rotomagensem Rolloni festinanter dirigit, mandans si Christianus efficeretur, terram maritimam ab Epte flumine vsque ad Britannicos limites cum sua filia nomine Gilla se ei daturum fore. Qua legatione Franco suscepta: pagano Duci per ordinem cuncta pandit. Cuius verba Rollo consultu suorum gratanter suscipiens à vastatione paganica, indulget Regi inducias trium mensium, vt in hoc dierum spatio, stabiliretur foedere firmo pax inter eos. Venientes igitur ad sanctum Clerum discurrentibus alternatim inter eos nuncijs. pax fauente Christo stabilitur: Rollone iurante Regi fidelitatem, & Rege illi filiam cum terra prætitulata donante, superadditur ad supplementa sumptuum, tota Britannia: iurantibus Rolloni super sacramenta principibus ipsius terræ Berengerio & Alano. Nam terra maritima quæ nunc vocatur Northmannia ob diuturnos excursus paganorum, siluis ubiq; adultis, à cultro & vomere torpebat inculta. Quibus nobiliter expletis, rex lætus ad sua regreditur, & Rollo cum Roberto Duce ad Rotomagensis vrbs mania proficiscitur.

Anno igitur incarnationis Dominicæ 912. benedicto fonte in S. Trinitatis nomine Rollo baptizatur à Francone Rotomagensi Archiepiscopo. Quæ Robertus Dux Francorum à fonte suscipiens, imposuit ei nomen suum. Videntes autem pagani Ducem suum Christianum esse, relictis Idolis Christi nomen suscipiunt, conuolantes ynanimis ad baptismum. Dehinc Robertus Francorum Dux, rebus pro quibus venerat competenter gestis: Franciam cum maxima hilaritate repetijt. Porro dux Northmannorum Robertus preparato rerum nuptialium apparatu magno: supranominatam tanti regis filiam, Christiano more in consorcium sui thori duxit.

Post hæc intra Northmannicos limites legem statuit, vt nullus assensum fur-
ri præberet: quòd si deprehenderetur ambo patibulis appenderentur. Còtigit
autem non multò post in Longapetentis villa quendam agricolam reficiendi
causa labore suspensò domum redire, demissis loris in campo cum cultro &
vomere. Cuius vxor tam infœlix quàm vesana hæc cuncta clam sustulit, expe-
riri volens edictum ducis. Rusticus verò ad campum regressus, rebus non in-
uentis, vxorem an eas haberet inquit: qua negante ducem aggreditur, pe-
tens vt sua sibi reddantur vtensilia. Qui mox pietate motus, damnū viri quinq;
solidis datis releuare, & populum per circuitum ad examen calibis cunctum
10 iussit compellere: Quo domino indicante liberato: vxor rustici a ministris
arctatur, quæ coacta verberibus, reatum profitetur. Dux verò rustico ait:
Noueras inquit antè hanc furem esse? Et rusticus, noueram ait. Adhæc Dux
intulit, tuum os te condemnauit serue nequam. Et continuò iussit ambos
suspendi patibulo. Hijs & huiusmodi Robertus Dux populum suum frænans
terroribus, ducatum sibi a Domino attributum longo tempore pacificè gu-
bernabat.

*Roberti seueri-
tas in legibus
exequendis.*

Interea morte præuenta vxore sua Gisla sine liberis, Dux primam vxorem
repudiatam Popam videlicet, ex qua filium Gulielmum iam adultum genuer-
at, iterum repetens sibi copulauit. Verū fractis iam viribus laboribus & præ-
20 lijs in quibus consūperat omne robur iuuentutis suæ: deliberare cœpit de sui
ducatus dispositione, cui vel qualiter illum relinqueret. Conuocatisq; totius
Northmanniæ proceribus, cum Alano & Berengario Britonibus, Gulielmum
filium suum pulcherrimæ iuuentutis flore vernantē illis exponit, iubens vt e-
um sibi dominum eligerent: militiq; suæ principem præficerent. Meū est in-
quit mihi illum subrogare, vestrum est illi fidem seruare. Et cunctos suafibili-
bus demulcens verbis: filio suo sub sacramento fidei illos subegit. Et expost
vno viuens lustro, consumptus senio viuere desijt, fœlicem finem faciens sub
titulo nominis christiani.

Roberti mores.

Duce Roberto ab onere carnis iam libero, filius eius Gulielmus totius mo-
narchiam Ducatus Northmannici sagaci regens moderamine inconuulsam
30 Christo regi fidem seruare satagebat. Erat quippe statura procerus, vultu de-
corus, micantibus oculis, beneuolis mansuetus, quasi leo inimicis terribilis,
vt gigas fortis in prælijs, terminos sui Ducatus per circuitum dilatare non
desistens. Quæ res inuasionis & audaciæ, Francorum proceribus odij & in-
uidiæ fomitem ministravit. Sub eodem tempore Berengarius & Alanus Bri-
tones, à tenore fidei quam cum eo pepigerant dissidentes: ab eius dominio
præsumptiuo ausu conati sunt recedere, Regi Francorum de cætero dispo-
nentes militare. Quorum temeritatem Dux impetu festinato comprimens:
Britanniam tam diu vastauit hostiliter, eorum illic subuertens municipia, quo
40 ad vsq; totius nequitie incensorem a regno exturbaret, Anglosq; adire còpel-
leret Berengario sibi conciliato.

Gulielmi mores

Sed hijs ita deuictis, quidam nomine Rihulphus succēsus perfidiæ furijs, co-
adunatis plurimis infectis veneno discordiæ, à ducatu eum funditus conaba-
tur extrudere: adeo vt collecta vndequaq; multitudine, circa Rotomagensis
ciuitatis suburbana, transmeato aluo Sequanæ componeret obsidionem, qua-
tenus ducem ab ea propelleret, aut captum nequiter interimeret, Northman-
nia sibi vindicata. Vidēs itaque dux se a suis sic obsessum, capit meditari qua-
liter suæ saluti consuleret, & honori, & milites suos à tam audaci conspiratio-
nis motu cohiberet. Tandem cum trecentis Loricatis militibus, irruimpens
50 castra temeraria: maximam eorum multitudinem gladijs prostratam orco
transmisit, aliosq; per diuersa siluarum lustra se oculentes in fugam vertit.
Rihulphus commilitonum fiducia destitutus, inter profugos delitescens, fuge
subsidio euasit. Dux ergo profugatis inimicis, suorum recensens numerū: re-
perit ex eis interijisse nullum. Locus in quo hic fuit còflictus, Pratum belli ha-
cenus nuncupatur. Regresso igitur eo de prælio, à præfecto Fistanuensis castri
venit nuncius qui sibi dixit filium natum fore ex puella nomine Sprota, sibi

*Pugna cum Ri-
hulpho.*

Danico more iuncta, unde valde latus effectus, fecit eum baptizari ab Henrico episcopo Baiocensi, Richardumq; vocari.

Triumpho conspicuo de rebellibus dux potitus, atque viribus conualescens, cepit per exteras nationes multimode præclaram virtutum suarum famam spargere: in tantum ut ex diuersis mundi partibus regnorum proceres illius curiam frequentarent, & ab eo nobiliter munerati sedes suas ornates repeterent. Vnde cognita ducis magnificentia, Gulielmus Pictauiensis Comes, sororem eius nomine Gerloc petijt & accepit in vxorē. Ipse vero dux filiā Herberti Comitis, donante patre ductam Rhotomagensibus intulit arcibus.

Audiens autem Ethelstanus Rex Anglorum tam magnificam incliti ducis famam cum multis donarijs legatos illi mittit, torans ut Lodowicum videlicet nepotem suum, Caroli regis filium, qui Landunensis præsulis Ascelini captus decipulis, in custodia diem obierat, satageret restituere regno paterno, Alanoq; Britoni sibi infenso, commissa pro suo amore ignosceret. Confugerat enim Lodowicus puer cum matre Ogina ad eum, cum Francorum dolis pater eius caperetur, ne pari modo in eum illorum sæuicia grassaretur. Iste nempe Carolus rex Francorum dictus simplex, Robertum ducem Parisiensium inuadentem regnum Francorum cum multis peremit. Ob quā causam dictus Carolus ab Herberto comite captus in custodiam Peronē traditur, & in custodia Herberti moritur. Dux igitur ad preces Anglorū regis Ethelstani libenti animo, & Alano debita indulgit, & ad sua redire concessit, & Lodowicum a partibus Anglorum reuocatum: Hugone magno fauente, cum episcopis caterisq; Francorum primoribus, apud Landunum ab Artallo Archiepiscopo coronari procurauit. Sed Franci quietis nescij, post quinquennium iterū aduersus eum conspirant, molientes à regno illum pellere. Quorū improbitate coactus, Hærico transrenano regi mittit nuncios, mandans quod eum vellet alloqui, & pactum amicitiarum itabile firmare cum eo. Quibus rex respondit se nullo modo ad hoc fœdus ineundum acquiescere: nisi Gulielmi ducis Normannorum astipulatione. Hjs auditis Lodowicus illico ducem adiit, petiturus auxilium contra Francos. Quem dux honorifice prout regem decuit excipiens: in regalibus epulis & vultu serenissimo honorauit. Et non multo post, reges ad certum locum conuenire procurauit, additis ad hoc fœdus faciendum principibus Francorum Hugone magno & Herberto. Gulielmus vero tam fidelissimus quā prudentissimus mediator consilia tam vtilia quā honesta dictans, amicitiarum tenorem prout disposuit. Ambo reges inter se sacramentis confirmauerunt. Quibus ita gestis, Rex Lodowicus duci Gulielmo de rebus strenuè consummatīs per eum egit gratias: exorās ut nuper natum sibi filium de sacro fonte susciperet, & eum Lotharinum nominaret. Quod dux gratanter adimplens apud Landunum, Rhotomagum reuersus est.

Sub eodem tempore dum fuisset egressus ad venandum, inuenit duos monachos qui quondam metu paganorum fugerant à Gemetico illuc reuersos, vastam loci herentum manibus suis purgantes & complanantes. Quos percussus requirit ab eis quibus ab oris aduenissent illuc, vel quæ tam præcipua ædificia quondam fuissent. Cui illi rei seriem per ordinem detexere, & charitatem panis hordeatij & aquæ obtulerunt: quam cum ob vilitatem panis & aquæ sumere contempsisset, Saltum ingressus immanem aprum reperit, quē festinè insequi cepit, venabuloq; percussit. Sed mox hasta venabuli fracta: fera impetu precipiti in ducem irruit, eumq; prostratum vehementer attriuit. Qui post paululum sensu recepto, ac sana mente monachos repetijt, & charitatem quam incautè spreuerat ab eis recipiens, locum se restauraturum spondit. Immissis ergo Ancionarijs, a spinis purgauit & sentibus: Sanctiq; Petri Monasterium quod aliquantisper decidèrat resarciens competenter texit. Claustrum quoque & receptacula cuncta muniens, à sui magnitudine breuiata reddidit habitabilia. Interea legatos Pictaui sorori suæ quam Gulielmus Comes duxerat destinauit, mandans ut monachos illi mitteret, quos præfato loco subrogaret. Cuius petitioni soror gratanti fauens animo, duodecim Monachos cum

Gulielmi magnifica liberalitas.

Gul. pacem inter reges componit.

Munificentia in monachos.

cū suo Abbate Martino nomine, à sancti Cypriani sublatos cœnobio fratri destinavit. Quorū aduentu nimīū exhilaratus eos Rhotomagi cum ingēti recepit gaudio, & cum magno honore dux ipse militum septus cuneis duxit Gemeticum. Abbatiq; locum tradidit cum tota villa, quam à Lodarijs auro redemit, se voto obligans inibi monachum fieri. Satisq; fecisset votis, nisi idem Abbas eius animositati obstetisset. Eo quod filius eius Richardus adhuc puerulus esset, verens ne propter illius imbecillitatem, quorundam iniquorum molimine patria turbaretur, veruntamen cucullam & stamineam ab illo extorquens, secum asportavit, quæ reponens in scrinio, clauem eius argenteam cingulo suo appendit. Inde deniq; digressus, Rhotomagum repetit Abbatis prohibitum molestè ferens, Ascitis quoq; Normannicis atq; Britannicis cunctis principibus enucleati animi sui consultum pandit. Cuius verbis vniuersi vehementer stupefacti, hærebant quid responderent præ nimio stupore elingues effecti: & vix tandem resumpto spiritu, in hanc vocem prorumpunt queruli. Cur nos serenissime Domine tam repente dimittis, vel cui dominium committes tui ducatus? Quibus dux, Est mihi inquit, filius nomine Richardus, vos oro vt si quando amoris affectum erga me habuistis, mihi nunc æquo animo ostendatis, quatenus illum vice mei vobis præficiatis: quia quod Deo voui, inuitabiliter à me complebitur factis. Cuius voluntati non valentes contradicere, omnes ei quamuis inæsti procures assensum præbuere, in hijs concordēs. Missis quoq; nuncijs puerum a Fiscamio reductum illis exponit. Cui fidelitatem sacramentis prono animo cunctis firmanibus, Dux totius Normannici seu Britannici ducatus est prælatus. Quem confestim pater Baiocas mittens, Botoni suæ militiæ principi nutriendum tradidit, vt ibi lingua eruditus Danica, suis cæterisq; hominibus sciret aptè dare responsa. Hæc de Gemeticensis loci relatu prætulimus, volentes ostendere quantam deuotionē, quam pium animi propositum dux Gulielmus habuerit circa eum.

Gulielm. dux cepit monachus esse.

Interea tanti Principis fortitudinem & pietatem audiens Haroldus Rex Danorum, qui a filio suo nomine Sweno pulsus fuerat regno suo, cum sexaginta nauibus milite armato plenis, Northmanniam supplex adiit. Quem potentissimus ac liberalissimus Dux, congruo cum honore recipiens, Constantinensem ei ad præsidium concessit comitatum, donec fabricatis nauibus multiplicatoquē exercitu amissum regnum repeteret cum militum validiori manu.

Richardus pater Guillelmi ducatus præficiatur.

Ea tempestate Arnulfus Flandrensis Comes homo versutus nequiens se cohibere intra sui iuris terminos, illectus cupiditate & fastu dominādī plurimos in vicino positos studuit conturbare. Et inter cætera suæ nequitiae molimina, cuidam Comiti vocabulo Herlewino grauissimum inferens detrimentum, Castrum quod vocatur monasterium fraude abstulit. Qui penitus ab Hugone magno domino suo auxilio destitutus, causa petendi auxilij ducem Normanniæ lugubris adiit. Cuius calamitati Dux compassus congregato exercitu municipium vallans obsidione cepit, & alimoniarum sumptibus instauratum reddidit Herlewino. Et strenuè rebus gestis Rhotomagum ouans rediit. Quo tempore Franco Rhotomagensis Archiepiscopus moritur: cui successit Gunardus.

Arnulfus patria turbator.

Interea Comes Arnulfus dolens de ablato municipio, cum multis Francorum principibus de ducis morte corde tenus cepit tractare. Qui inhumani hominis & nephandi homicide cauillatione infecti subdola, vnanimiter conspirant in mortem optimi principis, constringentes se sacramento ad tantum nephas. Arnulfus autem quod animo conceperat fraudulentō opere explere cupiens, missis legatis Duci Gulielmo mādāt se cū eo amicitiam velle habere pacemq; indelebile confirmare, & Herlewino Comiti pro eius amore infensa indulgere: & nisi podagrīco chiragrīcoq; detineretur lāguore, ob hoc ad eius curiam desyderanter ire. Deniq; toto annisu rogat vt locum denominare velit quo valeat ei occurrere ad mutuum colloquium. Dux quoq; cupiens ducatum suum pacatū reddere, eo quod monachicū toto conatu sitiret habitum, deter-

*Gulielmus dolo
interemptus.*

minato loco apud Pinchinacum cum innumera manu electissimorum militum, super fluuium Sompne ob tanti spem negotij proficiscitur. Vbi Arnulfi ex vna parte fluminis, Gulielmi verò ex altera è regione sedit exercitus. Erat quippe insula in medio fluuij, in qua libatis osculis ambo duces confederunt, de rebus pro quibus venerant tractaturi. Arnulfo etenim proditoris inde morem imitante, & ambagibus diu telam texente aranæ: nouissimè post iurata amicitiarum sacramenta, & plurima pacis oscula, sole ruente ad occasum abinuicem dirimuntur. Sed ecce meante fluuium duce Gulielmo: quatuor diaboli filij, milites Arnulfi illum clamoribus reuocantes, referunt dominum suum melioris consilij omisisse decretum. Quem naue ad ripam retorquentem, mox vt terrâ tetigit, extractis gladijs proli dolor interimunt innocentem, nullum iuuamen de suis valentem habere, ob decurrentis aque profunditatem. Indeque protinus fugam arripientes corpus ducis potentissimi exanime reliquerunt. Berengerius quidem atque Alanus Britones, necnon Normannorum principes dominum suum cernentes perimi: clamore & ululatu implentes littora nullo iuuamine illi valuerunt subuenire. Cuius corpus post paululum ad se relatum, cum disuestirent, argenteam clauem in eius stropheo reperiunt dependentem, satis ditissimum thesaurum sub se habentem, stamineam scilicet cucullam monachalem: quæ proculdubio sumpsisset apud Gemeticum effectus monachus, si comes ei vita fuisset. Imponentes autem illum feretro, quantocius cum multiplici luctu Rhotomagum detulerunt, & in ecclesiam Sanctæ Mariæ virginis intulerunt, & ibidem sepelierunt. Illicque iterato tenorem fidei renouantes vnam nimiter pueri Richardo fidem fecerunt, tradentes illum in custodiam Bernardi Dani: vt sub eius tam prouida quam fideli cura tutius custodiretur intra muros ciuitatis. Compleuit autem sanctissimus Dux Gulielmus vitæ suæ cursum 16. Kalend. Ianuarij, Rege Lodowico regnum tenente Francorum, anno Christi. 944.

Duci filius succedit.

Pijssimo atque beatissimo Duce, Gulielmo inter electos Dei vt credimus translato, filius eius summæ ingenuitatis iuuenis, omni probitati & prudentiæ dabat operam, custodibus suis & curatoribus vltro subditus in vniuersis. At Francorum proceres tam nephandam Arnulfi Flandrensis prodicionem videntes, lugubrem Gulielmi Ducis necem plurimū doluerunt. Complices autem ipsius homicidæ qui antea se fictè amicissimos fatebantur: detectis archanorum intimis, virus diu absconsum in propatulo denudarunt. Nempe Lodowicus Rex æstimans iam sibi magni honoris ianuam patuisse, immemor beneficiorum & fidei a Duce semper illi impensæ, quasi consulturus apud Normannos super illius morte, accelerato itinere venit Rhotomagum festinanter. Quem Rodolphus nec non & Bernardus atque Anslech tutores totius ducatus Normannici suscipientes regaliter, se subegerunt eius famulatui pro fidelitate, videlicet, sui tantilli Domini. Videns autem Rex terræ vbertatem, atque aquarum salubritatem, silvarumque plenitudinem: cupiditate captus fraudulenter promittere, quod aliter sibi disponebat retorquere. Iussit ergo Richardum puerum suis aspectibus præsentari. Quem egregia forma perspicuens decoratum, cum coetaneis pueris in suo palatio decreuit educandum. Interea dirus rumor totam concussit urbem, Richardum suæ spei depositum, sub captura regis indecenter detineri. Quæ de re ciues mixti cum turmis militaribus strictis gladijs per ciuitatem discurrentes, curiam Regis irrumpunt: ferinis conatibus illum interimere festinantes. Quorum tumultus vt comperit, vehementer territus, arreptum puerum in vlnis, eorum conspectibus exhibuit, & sic eorum motus efferos compressit. Volens ergo Rex tumultuantes Northmannorum animos omnino sedare, suorum consultu pueri Richardo paternam hereditatem pacta sibi inde fidelitate concessit. Quem in sua fide suscipiens spondit se eis (licet subdolè) eum redditurum imbutum decenter palatinis disciplinis.

*Richardo patris
regnum conce-
ditur.*

Hijscita sedatis, Rex dedecus quod a Normānis accepit sub oculo ferens egrè, cum Richardo pueri Franciā repetit, quasi vellet patris eius mortē de Arnulfo Flā-

drensi

10 drensi protinus vindicare. Arnulfus itaq; metuens ne rex hostiliter super eum irrueret, a crimine traditoris se expiare cupiens, missis legatis cum decē libris auri, à Gulielmi nece se coram rege fatetur immunem esse. Peremptores verò illius si iubeat, proculdubio se exterminaturum pollicetur. Ait tamen reminisci debere contumeliarum & opprobriorum, quæ a Normannis tam lōgo tempore ipse & pater eius perpessi fuisset. Et ideò dixit, optimum fore consilium, ut Richardum puerū aduſtis poplicibus arctaret graui custodia, & gentē Normannicam grauiſſimis vectigalibus tam diu affligeret, quo ad vsq; Danemarchā ex qua eruperat, coacta repeteret. Rex igitur muneribus versuti proditoris cæcatus & decipulis, ipsum suspendio dignū absoluit a scelere, & irā reflexit in innocentem puerum, exemplum Pilati imitatus, qui virum homicidā dimisit, & Christum crucis damnavit patibulo. Vnde cum apud Landunum clauatum moraretur, puerum ab aucupio regredientem, acerbissimis confutās cōuitijs, meretricis filiū vltro virum rapientis eū vocauit. Et nisi a talibus resipisceret, cautriatis genibus omni illū honore priuare minatus est. Deputatisq; alijs custodibus: ne elabatur sub magna cautela seruari iubetur.

Arnulfus muneribus regem placat.

Audiens deniq; Osmundus eius procurator seuerissimā regis sententiam, et futuros ei casus intelligēs, conſternatus animo Normānis legatos mittit, mandans Richardū dominum suū sub lugubri captiuitatis iugo a rege mancipari. 20 Quibus compertis, confestim per totam patriā Normannorū indicitur triduanum ieiunium, sitq; continua oratio ab ecclesia ad Deum pro eo. Enimvero Osmundus inito cōsilio puerum hortabatur ut simulata egritudine lecto decumberet, & ita ægrē ut ab omnibus desperaretur. Cuius monitis puer obtemperans lecto decumbit, velut illicō moriturus. Quod custodes videntes neglecta eius custodia, ad propria procuranda negotia huc illucq; diuertūt. Fortē in areā domus iacebat herbæ fasciculus, in quo Osmundus puerū colligatum imponens humeris, velut equo laturus pabulum cænante rege, nudatisq; plateis a ciuibus, mænia vr̄bis egreditur, veniensq; in domum sui hospitis super equū festinans insilijt, & arrepto puero fugiens quātocius, Cotidiacū venit. In quo 30 cōmendato Castellanis puero, nocte equitās diluculo Siluaneſtis venit. Quem Bernardus comes intuens tā maturē venisse stupet: & qualiter erga nepotē suum Richardū res se habebat diligēter inquirat. Cui cum rei ordinē detexisset, & solito eum latiorē fecisset, Hugonem magnū statim celeri equitatu petiēre: à quo detecto causæ consilio, sumpserunt sacræ fidei sacramenta ad adiuuādum puerum: & mox cum maximo exercitu festinanter veniunt Cotidiacum, eumque inde sublatum ad Siluaneſtensem vr̄bem deducunt.

Richardus puer secretò auferat.

Rex autem Lodowicus cernens votum suum fore irritum, misit ad Arnulfum Flandrensem ut sibi festinus occurreret de hijs omnibus consulturus. Cui dixit Arnulfus. Nostis inquit, Hugonē magnum cum Normannis diu sentire, & ideò 40 vobis expedit illum muneribus exæcare. Concedatis illi Ducatum Normanicum referuando vobis vr̄bem Rhotomagensē, quatenus eius priuato iuuamine, gens ista perfida à patria pœnitens cogatur exire. Hugo verò cum audisset regem de hac materia disputare cupiditate cæcatus: elegit periurus honore ampliari, quā fidem amico suo Richardo seruare. Quapropter iurantes aduersus Normānos expeditionem, mox rex Calaina, Hugo Baiocasina territoria cœperunt rapinis & incēdijs oppugnare. Quæ cum Bernardus Danus didicisset Bernardi Siluaneſtis vsus consilio, confestim legatos dirigit regi Lodowico huiusmodi verbis instructos. Quare inquit, præpotentissime princeps 50 tuam patriam demoliris, præsertim cum sit tibi quæta & pacifica nemine obſistente, desiste igitur à tuorum rapinis, & militum Normannorum vtere militijs. Cur enim eos vexas incendijs? cum tibi patula sit vr̄bs Rhotomagensis, suscipe igitur beneuolō animo eorum seruitia, ut queas illorū subsidio inimicorum vitare molimina. Hac itaq; legatione Rex exhilaratus, prohibitis à præda militibus, ire festinat quantocius ad vr̄bem. Cui venienti cunctus ciuitatis Clerus & populus ad portam processit obuius clamans: benedictus qui venit in nomine Domini. Inde Rex ad regales accedens dapes, cœpit

Perfidia Hugonis.

Normannorum prudentia.

epulari splendide, Bernardo Dano ministrante. Cui inter prandendum, vino iam æstuanti sic Bernardus ait. Hodie rex serenissime illuxit nobis dies lætitiæ in qua capimus esse regales: hætenus militauimus Duci, vltius inuictissimo seruiemus regi. Teneat sibi Bernardus Siluaneſensis Richardum nepotē suum: nos vtinam longo tempore habeamus te regem & Dominum. Reuera exitiabiliter consilium dedit, qui totius Northmannici robur exercitus amittere suauis. Quem verò inimicorum non valuiſſes terrere robustissima illorum virtute. Sunt enim vt nos tuo subiecti dominio, tibi militare volentes corde volenti. Quare ergo viginti millibus bellatorum in nos armaſti inimicum tuum? Nonne ſemper ipſe inſenſus extitit tibi, & contra te rixator aſſiduus? Huiusmodi rex placatus verbis cum feſtinatione Hugoni magno legatos mittit: qui cum compellāt exire a Normannorum terminis, & ei dirigens verba iſta. Stolidum quidem fore alijs tantam donare poteſtatem, quibus ad ſui ſupplementum quieto iure nullo aduerſante poſſet potiri. Quo audito, Hugo magnus exacerbatus valde celerrimè reſceſſit, omiſſa expeditione milites cohibens à Northmannica vaſtatione. Rex autem aliquamdiu morans apud Rhotomagum Comitatu præfecit Rodolphum cognomento Tortam, qui veſtigialia annuatim à ſubiectis exigeret: & in tota prouincia iura & quælibet negotia decerneret. Qui paganiſ deterior, cuncta monaſteria ab ipſis exulta, quæ circa littora fuere Sequanæ à fundamentis diruens, ad reparandam Rhotomagenſem ciuitatem, petras earundem aſportauit. Rex autem ad libitum rebus expletis regreditur Landunum gaudens.

*Hugo regis inſu
ſu Normanniā
exit.*

Bernardus interea Danus metuens ne in reſſu Rex Lodowicus cum Hugone duce Northmanos grauioribus preſſuris opprimeret: Haraldſ regi Danorum adhuc degenti apud Cæſaris Burgum, legatos clam mittit: mandans vt ſociatis ſibi Conſtantiſenſibus & Baiocaſinis militibus, expeditione terreſtri ipſe à partibus marinis cum hoſtica claſſe direptionibus Normanniam concuteret, quatenus tali occaſione Rex Lodowicus eius colloquium expeteret, & ipſe Haraldus ſatageret de inimicis amici ſui Gulielmi Ducis vindicare. Quod & factis mox Haraldus implere curauit. Fama proinde volans more ſolito, paganos occupafſe maritima littora Francos perterruiſſe. Sed & Bernardus Danus, & Radolphus Torta regi Lodowico per nuncium huius infortunij intimauerant aduentum: qui validum congregans exercitum quantocius venit Rhotomagum. Hincq; Regi Haraldſ mandat vt ſibi apud Lekherlewyn occurrat: ſcire cupienti cur inſeſtet terminos regni ſui. Quæ res regi Haraldſ vehementer complacuit decernenti mortem Ducis toto animo ſuo vlciſci. Vbi cum reges ambo die præſinito conueniſſent, & de Gulielmi Ducis iniuſta nece inter ſe diutius diſceptarent: quidam Danus Herlewinum monaſterioſi Comitem, pro quo idem dux occubuerat inter alios proſpiciens, zelo amici ſuccenſus, conſeſſim lancea profodit eum, mortuumq; ſub monumēto ſtrauit. Cuius mortem Lambertus eius frater, cæteriſq; Franci amarè ferentes: concitatis animis ad dimicandum ſuper Danos repētino impetu prouunt. Quos pagani viriliter excipientes, ſæuiente Marte, decem & octo ſatrapas cum innumeris alijs truncatos gladiis igniuomo tranſmittūt orco, alijs hac illaq; nutabūdis quærentibus vitæ ſuffugia. Rex verò Lodowicus velocis equi curſu, a regiſ Haraldſ captione lapſus, in cuiuſdā militis manus incidit. Cui cū multa promitteret ne eius proditiōe hoſti traderetur, tādē miles victus regiſ lachrymis, eū clā ſubduxit in quandam Sequanæ inſulā. Quod vt Bernardus Danus agnouit, captum militē mox in vincla coniecit. Qui coactus ſuimet neceſſitate inuitus corā protulit, quem pro obtētū muneris eruere disponebat. Rex igitur ab inſula ſublatus, Bernardi iuſſu apud Rhotomagū arctatur ſub cuſtodia vehemēti.

*Herlewinica-
des belli cauſa.*

*Lodowicus Rex
captus.*

Gereberga Francorum Regina audiens regem virum ſuum a Northmannis captum dirigit, & conſternata animo celerrimè aggreditur patrem ſuū Henricum ſez. Regem Tranſrenanum orans vt exercitū congregato Rhotomagum obſideret, & inde virū ſuum violentè abſtraheret. Cuius infortunium cum rex Henricus audiſſet: iure hoc illi contigiffē reſpondit, quia fidem quā Gulielmo Ducī

Duci olim iurauerat, eius filiū capiēdo nephariē corruperat. Per tuos, inquit, o filia stude illū iuuare, quoniā de proprijs oportet me tractare. Hijs à patre auditis, regina concitē Franciā reuertitur, rebus nequaquam prosperē gestis. Dehinc supplex adiens Hugonē magnum, postulat vt a Normannis extorqueret dominum suum. Hugo verò dux misso Bernardo Siluanetensi, Normannos cōnocat ad colloquium apud S. Clerum. In quo colloquio eò deductū est negotiū vt Rex Francis redderetur, eo tenore vt Normanni reciprocē filiū regis acciperent obsidem cum duobus episcopis, Beluacensi & Sueslionensi. Quibus pactis strenuē, rex lætus Landunū regreditur, & Normāni Rhotomagū sunt regressi.

- 10 Post hæc præfinito tempore, reuocato Richardo puero qui fuerat in tutela Bernardi Siluanetensis, Rex Franciæ cum suis magnatibus & magna militari manu venit super fluuium Epte, & Hugo magnus cum eo ad habendum colloquium cum Normannis. Ad quem locum occurrere Normanni cum puero Richardo. Discurrentibus autē ab vtraq; parte internuncijs, Christo fauente, pax inter eos firmis fœderibus iuratisq; sacramentis stabilitur, & obsides redduntur præter regis filiū, qui medio tēpore mortuus est apud Rhotomagū. Hijs ritē explicitis rex regreditur Landunū, & puer Rich. Rhotomagū. Quē Radulphus Torta vrbis præfectus malē illico caput tractare, & domesticos eius penuria famis affligere: nolēs plus soluere ad quotidianū victū illis quā 12. nūmos.
- 20 Quamobrē dux iuuenis, vehementer furore succēsus, ab vrbe festinanter illū pepulit, Parisumq; ad filiū suum ciuitatis præsulē ire coegit. Quibus ita peractis Normannica tellus siluit à facie ducis. Haraldus verò rex Daciæ nō multo post in regnum regreditur, reconciliato sibi filio suo Swano.

Rex sub conditionibus liberatur.

- Hugo dux considerans puerū Richardū viribus conualescere, consilio Bernardi Siluanetensis filiam suam nomine Emmam illi despondit: quæ res Lodowicum regē Francorumq; procures valdē perterruit, sed maximē Arnulfū Flandrensem totius fraudis incentorem. Lodowicus siquidē rex vt didicit hos magnarū virium duces amoris vinculo fore constrictos, consilio Arnulfi Flandrensis misit eundē ad transfrenanum regem Othonē, mandans quoniā si Hugonē magnum omnino conterreret, & terrā Northmannicā suo dominio subigeret, proculdubio Lothariense regnum illi contraderet. Qui gauisus nimīū audito quod diu optauerat, preparatis omnibus quæ ad tantum negotiū erant congrua ac necessaria, velut tempestas valida regno suo egressus: adiunctis sibi Lodowici regis Franciæ & Arnulfi Flandrensis exercitibus, cum multis militum legionibus, super Hugonē magnum irruit, consumptisq; omnibus quæ illius erant extra oppida, omne robur belli super Normānos a patria extirpandos immisit, præmittens cum multo milite nepotem suum ad terrendā Rhotomagensium urbem. Quam cum aggressus fuisset, Normannos intra muros delitescētes reperiens, suspicatus est omnes imbelles fore. Proinde concitatis militibus caput expugnare portas vehementissimē. At Normanni (portis patefactis) impetu repentino animis efferatis prouētes, tanto turbine depopulati sunt aduersarios: vt prostrato super pōtem nepote regis Othonis, vix vlli à certamine elaberentur. Porro rex Otho cum rege Lodowico & Flandrensi Arnulfo lenito gradu subsecutus: dispositis militū legionibus, cū accessisset ad obsidendā urbem, perspexissetq; eam inexpugnabilem: audita morte nepotis sui, clam cœpit cum suis consultare de distrahendo Arnulfo Normannis intra ecclesiam S. Petri, almiq; Andoeni quæ sita est in suburbio ciuitatis. Sed Arnulfus eo traditionis laqueo deprehensus, papilionibus tentorijsq; cōplicitis, ac sarcinarijs oneratis, in cōticinio noctis cū suo exercitu festinus aufugit. Otho

Richardus Hugonis filiam ducit.

Irruptio in Normannos.

- 40 verò atque Lodowicus consurgentes diluculo, vt didicerūt Arnulfū fugisse: illico itinere quo venerant gressus retorquent dimissa obsidione. Quos discedētes Normanni adeo sunt persecuti, gladijs perimentes: vt per diuersa reperirentur itinera prostrati quasi bidentes. Plurimi autem illorū dum per siluarum deuia oberrarent capti, per patriā Normannorum sunt distracti. Hic extitit euentus Othonis Germanorū imperatoris: hic Lodowici regis finis, non multo post hominem exuentis.

Normanni proualent.

Richardus Hugonis filius ducis

Hugo deniq; dux fessus senio, cum nouissimum sui exitus diem cerneret imminere, ascitis principibus sui ducatus, eorum consilio Richardo duci Normannorum flore iuuentutis vernanti filium suum nomine Hugonem commendare studuit, vt eius patrocinio tutus, inimicorum fraudibus non caperetur. Post cuius obitum dux filiam eius Emmam nomine olim sibi desponsatam, à paterna domo sublatam, cum maximo tripudio & honore Rhotomagēsis intulit manibus, eam sibi iungens iure coniugali.

Carnotensis interea comes Theobaldus, exortis quibusdam simultatibus, duci Richardo cepit aduersari, terram suam demoliendo rapinis. Cuius ausus temerarios illicò viriliter dux cōpressit. Theobaldus autē suum incēptum spe minus valere considerans, Gerbergē reginæ de Richardo duce maleuola verba cepit suggerere: asserēs quòd eo viuentē, Lotharius filius suus Francorum rex nunquam regnum suum pacatum teneret. Qua de re summè fore necessarium, vt excogitaret qualiter è terra tātum hostē exterminaret. Quibus verbis Regina credula cōfestim Brunoni Archipræsuli Colonienſi & duci, viz. fratri suo Germano legatum mittit, mandans quatenus suo nepoti subueniat, capere satagens Richardum infestissimum eius regni aduersarium, si qua via possit. Cōtinuò quidā episcopus à Brunone mittitur, qui ei suadeat vt sibi occurrat apud pagum Ambianensem ad colloquium cupienti reconciliare sibi regem, Francorumq; regnum subdere suę tuitioni. Quibus verbis dux deceptus subdolè, iter festinus arripuit. Cui eunti obuij fuerunt duo milites Theobaldi: quorum vnus, quorsum (ait) illustrissime virorum gressū tendis? vis esse dux Normannorum? an extra patriam custos ouium. Hijs dictis conticuit: cuius ait milites estis? Adhæc alter, quid tibi (inquit) cuius? nonne tui? Animaduertēs igitur dux eorum verba, sibi ad consulendū, ac necessariò prouidendum dirigi, illos quidē digna mercede remunerauit: suū verò celerrimè gressū retorquēs, venit Rhotomagū. Hoc modo Bruno delusus, regressus est detectis suę nequitie fraudibus.

Brunonis fraus detecta.

Exinanito itaq; tanto dolo, Lotharius rex ad aliud palliatæ proditiōis argumentum hortante Theobaldo iteratò diuoluitur: destinando duci legatum huiusmodi verbis instructum. Quousq; (inquit) dux seruitij debitum mihi detrectas exhibere? An ignoras me Regem Francorum esse, cui te militiam oportet impendere? cuius edictis atq; consultis te nequaquam oportet contraire? Nonne de nostra dissentione mei tuiq; gratulatur inimici? Respice ergo iam, iamq; ab his obstinati animi altercationibus, & accelerato itinere, festina mihi occurrere, vt fœderati indissolubilibus pacis vinculis, deinceps per mutuā cōcordiam fruamur competentibus commodis, gaudeatq; rex de tanto suo duce, & dux de suo charissimo rege. Quibus simulatæ legationis ambagibus dux illectus, illicò regi mandat se vltro neo libitu affuturum. Super hijs rex vehementer gauisus, accitis ducis inimicis Baldewino scilicet Flandrenſi, atq; Gorfido Andegauenſi, nec non Theobaldo Carnotensi, super fluuium Helue venit concitus ad placitum detestandum. E contra dux ex altera parte aquæ sedt cū manu militari. Cupiens autem scire quæ apud regem gererētur, misit quosdam qui renunciarent qui fuerunt contubernales regis. Qui repertis illic dictis comitibus, irruere super ducem disponentibus, cōfestim pernici cursu regressi ducem hortantur vt a loco recedat, ne in manus incidat suorum hostium publicorū. Qui mox loco recedens & iter continuās, Rhotomagum cum suis omnibus est regressus: sic detecta in propatulo fraude regis, animositatem circz se agnouit. Perspiciens ergo rex propositum sui voti floccipensum fore, Landunum regreditur furibundus, non multò post Normanniā (Theobaldo suggerente) hostiliter petiturus. Moxq; congregatis Burgundionum & Francorū copijs, ciuitatem Ebroicā aggressus, ciuibz incautis dolo capit, & statim tradit Comiti Theobaldo ad circumiacentem patriā expugnādam. Rege verò ab vrbe recedente, dux Richardus è vestigio eum prosequitur, vastās prædis & incendijs totū Dunensem siue Carnotensem comitatum. Cōsumptisq; omuibz quæ Theobaldi erant, cum innumera præda reuertitur ad propria. Nec mora Theobaldus vicissitudine reciproca, collecto clam exercitu, ad dedecus ducis

Lotharij dolo non succedit.

papi.

papiliones fixit, & magalia apud Vermentrudis villam, & infestissimorum hostium stationem componit ibidem. Vnde dux prouidissimus, intempestæ noctis silentio alueo Sequanæ transmeato, diluculo super eos irruens illos tanta strage profligauit, ut sexcentis quadraginta peremptis, reliqui per diuersa sylvarum lustra diffugerent vulnerati. Ipse verò Theobaldus dedecorose fugiens cum paucis, latitando per deuia saltus Carnotū venit confusus. Quo die (Christo illi reddente vicem) filius eius moritur, & tota Carnotena vrbs incendio consumitur. Dux verò ad campum belli regressus, mortuosq; reperiens, misericordia motus sepeliri eos iussit, ac vulneratos leniter Rhotomagum deportari, & à medicis ibi curari, sanatos quoq; Theobaldo remitti.

Theobaldus cū dedecore fugit.

Dux itaq; videns tantarum fraudū regis molimina super se imminere, Francorumq; comites vnanimiter contra se scire, Haraldo Danorum regi legatos mittit, orat ut illi succurrat ocius, paganorumq; multitudine Francorum rabiem solo tenus comprimat. Cuius legatos rex gaudenter recepit, & muneribus ditatos maximis duci remisit, seq; celerrimè missurum iuuamen spondit. Quid plura? Mox ad tantæ expeditionis negotium paganica iuuentus præparatur, omniq; armorum apparatu innumerabilis exercitus: qui celeri cursu nauium permenso mari ad Sequanica deuoluuntur ora. Quibus mox obuiam gaudenter dux processit: atque eo præeunte sulcantes remigio alueum Sequanæ, ad Guinoldi fossam deuehuntur. Ibiq; fixis anchoris consulunt de subuersione Franciæ. Et ecce repentinò tumultu è nauibus prouunt, totamq; in circuitu patriam exitiali flamma comburant. Dehinc distrahuntur viri cum mulieribus concatenati, deprædantur vici, desolantur vrbes, subuertuntur castra, in solitudinem redigitur omnis terra, fit luctus omnium in commune per Theobaldi comitatū nullo cane latrante: vbi verò illa deficiunt, regalia iura mox inuadunt: quæ verò Francis subtrahunt, Normannis possidenda vili pretio conducūt. Manet libera a Paganorum rapinis tellus Normannica, Francia (nullo obsistente) distrahitur captiua.

Haraldus Ducis fert opem.

Cum hæc agerentur, sinodalis episcoporum conuentus apud Landunum celebratur, inueltigaturus cur christianus populus his cladibus affligatur. Mittentes deniq; quendam Carnotensem præsulem duci, sciscitantur ab eo, cuius rei causa tam execranda à Christianissimo pijsimoq; principe processerit seueritas. A quo cum regis fraudes, & Theobaldi vrbs Ebroicæ subreptionem pontifex didicisset, confestim a paganis irruptionibus inducias petit, & adipiscitur, in quibus præsules adducant loco oportuno Regem Lotharium, de omnibus beneuolo animo illi satisfacturum. Igitur audiens Theobaldus absq; suo consulto regem pacem quærere, formidans ne totum seditionis pondus super eum incumbat: quendam monachum cum festinatione duci mittit, nūcians se in quibus illum offenderat valde pœnitere, Ebroicamq; urbem illi reddere velle. Hic dux auditis lætus efficitur, & concessa securitate, copiam illi indulget ad se veniendi. Qui nō solum illi urbem reddidit, verumetiam firmatis amicitijs cū multis donarijs ab eo recessit gaudēs. Imminente verò die præfiniti colloqui dux apud Guinoldi fossam in paganorum castris tentoria miræ magnitudinis construi iussit, in quibus rex Lotharius cum suis optimatibus receptus est: illicq; satisfecit duci pactis fœderibus, iuratis sacramentis. His ita dux expletis salubriter, paganorū plurimos ad Christi fidē conuertit sacris monitis. Alios verò in paganismo permanere disponentibus transmisit ad Hispanias, vbi plurima bella perpetrantes decem & octo diruerunt vrbes.

Theobaldus pacem cum Duce init.

Eo tempore Emma ducis vxor, filia magni Hugonis moritur absq; liberis. Ipse verò non multò post quandam speciosissimam virginem nomine Gunnor ex nobilissima Danorum prosapia ortam, sibi matrimonio copulauit Christiano more. Ex qua filios genuit, Richardum viz. & Robertum, atq; Malgerium, & duos alios, necnon & tres filias: quarum vna Emma nomine nupsit Egelredo regi Anglorum, de qua idem rex Edwardum regem, necnon Aluredū, Godwini Comitis longo post tempore dolis interemptum procreauit. Secunda verò Hawisa vocata Gorffrido Britannorum iuncta Comiti, Alanum & Endo-

Prosapia Gunnor.

nem duces progeniuit. Tertia quidem Comiti Edoni, nomine Matildis, de qua sermo orietur in posteris.

*Richardi de-
uotio.*

Cum igitur dux Richardus multorum operum bonorū polleret incrementis: inter plurima apud Fiscamium miræ magnitudinis & pulchritudinis in honorē Dei & S. Trinitatis templū cōstruxit, mirificisq; ornamētis multimodē adornauit. Quasdam etiam Abbacias instaurauit: vnam siquidem in suburbio Rhotomagensi in honorem S. Petri, aliamq; Andoeni, aliam in monte qui dicitur Tūba, in venerationem Archangeli Michaelis, gregibus monachorū insigniuit. Tempore sub eodem mortuo Francorum rege Lothario: illius loco ab omnibus subrogatur Hugonis magni ducis filius adminiculanti ei duce Richardo. Qui citō post moriens regnum Franciæ filio suo Roberto reliquit, viro pijsimo & religiosissimo. Dux Richardus his beatitudinis prærogatiuis profusiū floruit: vt quos audiebat discordes, aut per se aut per suos legatos concordēs redderet (scriptura dicente) Beati pedes pacem portātes. Erat autem statura procerus, vultu decorus, corpore integer, barba prolixa, cano decoratus capite, prouidus clericorum suffragator, superbiorum contemptor, humilium amator, pauperum sustentator, Orphanorum tutor, viduarum defensor, captiuorum redemptor.

*Richardi statu-
ra.*

Hij & huiusmodi boni odoris flosculis dux Richardus in Laicali habitu redolens vera gemma Christi: corporis egritudine caput vehementer aggrauari, conuocatoq; fratre suo vterino Rodulpho comite consiliū exigit de patriæ dispositione. Qui nimio turbatus dolore, ac aliquantisper factus elinguis, nouissimē resumpto spiritu, hæc responsa reddit duci. Quamuis dulcissime frater atq; serenissime senior viribus corporis videaris destitui: tamen dum in hac vita te gaudemus amplecti, tuum est de totius patriæ statu disponere. Quo audito dux accitis vndiq; suis optimatibus: Richardū suum filium exponit corā, hoc eum commendans & præficiens eloquio. Hactenus commilitones optimi militiæ vestræ præfui: nunc vocante domino morbo crudescente compellor a vobis separari. Proinde si mei aliquando amatores fuistis, oro vos vt hunc meū filium loco mei vobis præficiatis, eiq; fideles sitis sicut semper mihi fuistis. Tam enim me ingrediente viam vniuersę carnis vltius habere non potestis. His ab eo lugubrē prolatis protinus tota domus concutitur lachrymis & gemitibus. Tandem sopitis fletibus assensum præbent omnes ducis voluntati, Richardū adolescentem pacta ei fidelitate collaudantes principem. Deinde languore ingrauescente lecto prosternitur, & libratis sursum oculis inter verba orationis, plenus dierum spiritum efflauit. Obijt autem apud Fiscamium 996. an. ab incarnatione domini Iesu Christi.

Richardi mors.

Richardus, Richardi primi filius fulgoris sui radios per diuersos orbis cardines post patris decessum sparfit nomine glorioso, & totā pene Normannicā patriam vnā Christi insigniuit ecclesiā. Qui in armis strenuus, vbiq; armatas legiones militū rexit nobiliter, de inimicis victoriā semper accipere consuetus. Et quamuis seculari actui foret deditus, totus tamen fuit fide catholicus, & erga domini cultores beneuolus & deuotus. Sub cuius moderamine plurima monachorū adoleuere ouilia: qui velut apes ex multis sanctorū canistris actū erumpentes, lucidissima in cælestes Thesauros intulerunt mella.

*Richardi filius
catholicus.*

Cum igitur tantæ probitatis exuberaret copijs, in initio suæ iuuentutis contigit intra Ducatum Normannicum quoddā pestiferi dissidij oriri seminarium. Nam rustici vnanimis per diuersos totius Normannicæ patriæ comitatus agentes conuenticula, iuxta suos libitus viuere decernebant. Quatenus tā in siluarū cōpendijs, quā in aquarū commercijs, nullo obsistente obice perante statuti iuris legibus vterentur suis. Quæ vt rata manerent ab vnoquoq; cētū furentis vulgi duo eliguntur legati, qui decretā ad mediterraneum ferrent roboranda conuentum. Quod vt dux agnouit protinus fratrem suum Rodolphum Comitem cum militum multitudinem illis destinauit, qui & agrestem comprimeret ferocitatem, & rusticam dirimeret concionem. Qui nō morans iussa, cunctos confestim legatos cum nonnullis alijs cepit: truncatisq; manibus

*Rusticorum re-
bellio.*

10

20

30

40

50

bus & pedibus inutiles suis remisit, qui eos a talibus ausis compescerent: & ne deteriora paterentur, euentibus suis cautos redderent. His rustici expertis, concionibus omissis, festinato ad sua aratra sunt reuersi.

Eadē tempestate Gulielmus frater ducis ex patre progenitus, cui dux Oxunensem comitatum contulerat: spreto illius dominio ab illius se cohibuit fidelitatis obsequio. Qui dum per legatos a duce sapius ob id obiurgaretur, & resipiscere nullo modo vellet, cōsultu & auxilio Rodulphi Comitis in turrim Rhotomagensis ciuitatis detruditur, temeritatis pœnitundinem per quinquennium ibi luens. Illos verò qui seditionis causa fuere vita priuauit, alios con-
 10 sentientes exules de suis finibus exturbauit. Tandem post quinquennium Gulielmus cuiusdam sui militis factione, longissimo fune per eminentiorem fenestram turre lapsus, fugam iniit. Et post tempus aliquod cum penes se deliberrasset sibi fore salubrius cum vitæ discrimine fratris clementiam attemperare, quam cuiuspiam regis aut comitis suffragium nil sibi quandoq; profuturum expetere: contigit vt die quadam ducem reperiret se in saltu Vernensi ludis venatum exercentem. Cuius vestigijs illico solo tenuis prouolutus, veniam commissi ab eo lugubris expetebat. Quem protinus dux misericordia motus fauente Rodulpho Comite a terrâ erigens, & euasione suâ ipso narrante casum agnoscens, non solum errata sibi indulgit, verumetiam beneuolo animo
 20 vt fratrem charissimum deinceps dilexit. Et comitatum Oxunensem ipsi donauit, dans insuper ei quandam puellam speciosam valde Litselinam nomine, filiam viri nobilissimi vocati Turkertilli. Ex qua tres genuit filios: Robertum post eius mortem Comitatus illius hæredem, & Gulielmū Sueffionensem comitem, & Hugonem Luxoniensem præfulem. Quibus ita sopitis, terra Normannica filii a facie ducis.

Gul. obsequium negans incarcatur.

Gulielm. penitus restituitur.

Circa præfens tempus Ethelredus Rex Anglorum Emmam Ducis sororem habens in coniugio, quibusdam exortis dissentionum incentiuus, Duci nocere sitiens, maximam nauium multitudinem in mare iussit impelli. Ac militibus mandauit ex omni regno, vt constituto ab eo die ad eas conuenirent de-
 30 center armati. Quibus valida austeritate regio more præcepit, vt euntes totam Normanniam rapinis & incendijs exterminarent: solummodò Archangelum Michaelis monti parcerent, ne tantæ sanctitatis & religionis locum igne concremarent. Sed & Richardum Ducem captum, vinctis post tergum manibus, subiugata sibi patria, viuum suis conspectibus præsentarent. His edictis cum festinatione eos ire imperauit. Qui mox veliuolo sulcantes equora vento, ad littora Sare deuoluuntur permenso maris limbo. Hinc prorumpentes de nauibus continuò maritima confinia exitiali Vulcano tradunt. Quod vt Rugellus a speculatoribus comperit, militibus Constantinensibus congregatis, cum multitudine vulgi repentino impetu super eos
 40 irruit, tantaq; illos strage deleuit, vt nullus penitus remaneret, qui facta posteris nunciaret. Nam vnus illorum cursu nimio fatigatus a longe resederat, qui videns sociorum infortunia, timore territus, corporisq; imbecillitatem oblitus: ad naues concurret quantocius nuncians custodibus exitiat sociorum. Qui pariter ex omnibus ad tres tutiores naues conferentes, intra sinum maris remigio se contulerunt de vita dissidentes. Pansisque velis in sublime, cursu citissimo regem suum expetierunt, vento ad votum spirante. Quos vt vidit, protinus Ducem exigere capit ab eis: Cui illi: Nos (aiunt) serenissime Rex Ducem non vidimus, sed cum vnus Comitatus gente ferocissima, nostro cum interitu dimicauimus. Vbi non modò sunt
 50 fortissimi bellatores: sed & fœminæ pugnatrices, quosq; hostium vestibus hidriarum suarum robustissimos excerebrantes: a quibus scito tuos milites extinctos esse omnes. Quibus Rex auditis suam agnoscens insipientiam tristis erubuit.

Anglorum strages in Normannia.

Gaufridus comes Britannia cernens ducē Richardū in omnibus prosperari, & eius magnificentiam toto orbe dilatari, intra se deliberare cepit, quod si

forori Ducis nomine Hadwis iungeretur connubio, inter eos nodus amoris fortior neſceretur, eam ſibi dari toto annuſu popoſcit. Cuius voluntati Dux gratanter fauit: principibus Normannorum aſſenſum præbentibus. Celebra- tiſq; chriſtiano more cum inestimabili honore nuptijs, non multò poſt eū im- menſis muneribus eos ouantes abire permiſit. Ex qua dictus Gaufridus ex poſt duos filios genuit, Alanum viz. & Endonem, qui poſt eius exceſſum Britannicā patriam robuſto vigore rexere longo tempore.

*Etheldredi in
Danos crude-
litas.*

Cum in ſtatu ſupradicto ſub tam præclaro rectore Normannia polleret ſæli- citer, rex Anglorum Ethelredus, regnum quod ſub magna potentiſſimorū re- gum gloria diu floruerat, tanto nephariæ proditionis ſcelere polluit, vt etiam 10 pagani nephas tam execrabile horrendum iudicarent. Nam Danos per omne regnum vnanimi concordia ſecum pacificè cohabitantes, mortis periculum mi- nimè ſuſpicantes, ſubito furore ſub vna die perimi: mulieres quoq; aluo tenus terræ eſſe deſoſſas, & ferociſſimis canibus concitatis mamillas ab earum pe- ctoribus crudeliter extorqueri. Laſtantes verò pueros ad domorum poſtes al- liſos excerebrari iuſſit, nullis criminum exiſtentibus culpis. Cum igitur apud Londoniam ſub huius decreti die hæc congeries peremptorum liſtorum ſæui- tia in immenſum cumularetur, quidam iuuenes agilitate pernices ad quandam nauem ſe conferentes, fugæ præſidio per Thamifiſ alueum celeri remigio petie- runt maris ſinum. Permeſo prolixi ponti ſpatio, nouiſſimè cupitum applicant 20 Danamarchiæ portum, regi Sweno cruenta gentis ſuæ exitia nunciantes. Tunc rex dolore cordis tactus intrinſecus, accitis totius regni ſui principibus, cun- ctam rei ſeriem illis exponit, quidq; agendum conſulerent, diligenter inquit. Qui amicorum & propinquorum ærumnis atq; luſtu moti, quaſi ex vno ore omnes eorum ſanguinem decreuerunt totis viribus vlcifci debere. Hijs rex au- ditis ſub feſtinatione cunctos degentes ſub ſuo regimine præparari miſſit, miſ- ſiſq; hac illacq; veredarijs, milites cupidos lucri de exteris regnis ad hanc expe- ditionem ſub præfixo ab eo die venire mandauit. Porro termino adueniente ſtatuto, ad naues immenſus illico concurrit exercitus. Dehinc in ſublime eli- uantes vexilla regalia, libranteſq; ventis vela, protenſi maris interuallo velifica- 30 to ad Eboraca territoria deuehuntur. Ibi quippe, rex dimiſſo exercitu, cum nō nullis nauibus pacis gratia apud Rhotomagum ducem Richardum aggredi- tur. Quem cum dux aliquanta mora tractaret regaliter, pacem inter ſe conti- nuam firmauerunt. Ea lege videlicet vt per ſuccedentia Danorum regum, Nor- mannorumq; ducum, ac eorum hæredum tempora firma perpetualiter mane- ret inter eos, & quæ Dani abſtuliffent inimicis, emenda conferrent Norman- nis. Si quis verò Danorum inualidus, aut vulneratus, amicorum indigeret iu- uamine, apud Normannos quaſi in domo propria, ſub ſecuritate ſanaretur. Quæ lex vt rata maneret ab vtraq; parte, ſacramentorum tenore illam ſanxe- runt illorum principes. Quibus rex expletis ad votū, muneratus dignis a du- 40 ce muneribus, quantociùs ad ſuos regreditur, qui remanſerant prope ciuitatē Eboraci. Vt verò iunctus eſt ſuo exercitui, continuò Anglorū regnū vlticibus tradit flammis. Videntes itaq; Eboracenſes ſe a nullo iuuari, datis obſidibus illi ſe ſubdiderunt. Et cum veniſſent Cantii, gens illius patriæ ſimili modo fecere. Dehinc circa Londonias obſidionē componit. Cuius impetū Londonieſes non ferentes, iugo ſeruitutis illius, colla ferina inuiti ſuppoſuere. Ethelredus autē rex apud Wintoniam degens vt vidit ſe ab Anglis deſtitui, ſublatis a tetra The- ſauris cum vxore & filijs Edwardo ſcilicet & Aluredo, in Normanniam ducem Richardum expetiit. A quo decenter exceptus, cum magnis opum apparatibus omne ſui incolatus tempus Rhotomagi cum eo exegit.

*Etheldredi ſu-
g.*

Swenus igitur dū apud Londoniā de regni tractaret diſpoſitione, mortē obiit interceptus ægritudine. Cuius corpus Dani deponētes in naui aromatibus cō- ditum, cum feſtinatione apud Danemarchiā deuexerunt tumulandū. Quo tu- mulato filius eius Cnutus nomine arma illius ſumēs, exercitum viriliter robo- rat, & ne ab iterata expeditione reſpiſcant totis viribus exaggerat. Miſſiſq; 50 lega-

- legatis duos reges euocat ad suū suffragium, Lacinā Swanorum, & Alanū Moricorum. Interea dum hæc geruntur, audiens mortem Sweni Ethelredus rex, paratis omnibus ad nauigandum, cū vxore lætus ad suū regreditur regnū, dimissis cum auunculis duobus suis filiis Edwardo & Aluredo. Rex itaq; Cnutus collectis vndequeq; militū legionibus, velut turbo validus a regno suo egres-
sus procellosum mare temptat intrepidus, subductisq; in altum nauibus, veli-
uolo cursu ad Anglos cum suis deuehitur. Inde petens Thamesis fluiuium, ce-
leriter appulit Londoniæ Comitatum. Cui cum suis egredienti de nauibus, de-
currentes Angli ex omni regno apud Auxendunū congregati, ad suā perniciē
10 cruentissimū illi intulerunt bellū. Cum quibus rex efferatis legionū suarū ani-
mis colligans atrociter, tanta eos internecone deleuit, vt nullus hominū
queat supputare, quot millia die illa gentis Anglicæ corruere. Hinc Rex celeri
se mouens fiducia, Londoniam circumdat obsidione, intra quam urbē Ethel-
redus rex tunc temporis grauius agrotabat, & crudescēte morbo corporis
non multo post hominē exiit. Rex igitur Cnutus audita morte regis, suorū
consultu fidelium præcauens in futurum, Enimam Reginā abstractam ab urbe
post aliquot dies sibi iunxit Christiano more: dans pro illa cuncto exercitui
in auro & argento pensum illius corporis. Ex qua succedente tempore genuit
filium nomine Hardecnutum, postmodum Danorum regem, & filiam vocabu-
20 lo Gumildem, quæ nupsit Henrico Romanorum imperatori. Dissidētes quo-
quē Londonij de sua salute, quippe cum diuturna laborarent fame, patefacta
vrbe se suaq; omnia regi sponte dedere. Quibus peractis omne robur Anglici
regni succubuit dominio Regis Cnuti. Hæc in huius serie inteximus, vt Ed-
wardi regis ortum ignorantibus monstremus. Nunc verò ad propositum re-
torqueatur stilus, a quo paulisper digressi sumus.
- Sub eisdem temporibus, Odo Carnotensis comes ducis Richardi sororem
Matildam nomine duxit in vxorem: cui dux mediētatem Dorcastri castri de-
dit dotis nomine, cum terra super Arne fluiuium adiacente. Sed illa post annos
aliquot sine liberis moriente, Comes Odo duci repetenti dictam terram cum
30 castri tuitione Dorcastri, noluit quietam dimittere. Quapropter dux accitis
Britonibus cum Normannorū legionibus, super Arne fluiuium hostiliter veni-
ens castrum condidit, quod Tegulense vocauit: sumptisq; ex Odonis comita-
tu alimonijs eandem munitionem abundantissimē instaurauit, relinquens ibi
dem custodes, de quorum fidelitate certus fuit. Odo verò comes conuoca-
tis clam ad suū suffragium Hugone siquidem Cinomannensi, ac Wallerando
Mellentensi cum multis copijs militū, tota nocte equitans, diluculo ad Tegu-
lense Castrum venit signiferis præeuntibus. Quos vt viderunt procures quos
illic dux dimiserat, dimissis custodibus intra municipium, repentino impetu
foras erumpentes cum suis, cum eis prælium commiserunt. Quos ita prostra-
40 uerunt, vt multis peremptis, plurimis vulneratis, reliqui per deuia fugientes,
opaca siluarum latibula quærentes natabūdi. Odo atq; Wallerandus vitæ que-
rentes suffragium se occultauerunt Dorcastri castri munitione. Hūgo nempe
quo cui infederat extincto, pede fugiens, ad caulas diuertit ouium, lorica,
quam indutus erat sub sulco tegens telluris. Dehinc clamide opilionis se ami-
ciens, septaq; gregum infatigabiliter humeris de loco ad locum ferens, Nor-
mannos hortabatur, vt quantocius persequerentur hostes non longē ante eos
turpiter abeuntes. Quibus recedentibus præuio pastore, siluarum lustra car-
pens, tandem post triduum Cinomannis venit, vepribus & sentibus miserabili-
ter pedes ac tibias cruentatus.
- 50 Dux igitur videns Odonem comitem ad tantam deuolutum esse vecordi-
am, missis legatis duos reges cum paganica multitudine ex transmarinis par-
tibus euocat in suum auxilium: Olanum s. Noricorum & Lacinam Swanorum.
Qui latis animis cum suis exercitibus pariter congregati, cursu celeri ad Bri-
tannorum finitima littora nauigio deuenere. Quorum repentinum Britones
agnoscentes accessum, arbitrati sunt eos ad prædam inhiantes incautos præ-
occupare. Pagani verò dolos eorum comperientes, quadam vsi versutia, per

Cnutus de An-
gliis triumphat.Cnutus Emma
reginam ducit.Odo Matildam
ducit.Odo rebellans
subingatur.

*Britones hostiū
decipulis casti.*

*ad. sh. 1000
audemur ut*

*Francorum rex
pacem inter Go-
trof, reges
componit.*

*Leoni. 1. 1000
audemur ut*

*Olanus rex fit
Christianus &
Martyr.*

*Richardi liberi
per uxorem Lu-
dith.*

*Mildunum re-
bellans capitur.*

campi planiciem quo illos nouerant venturos fore: profundissimos foderunt cuniculos in superficie angustos, ut superuenientes equites, cruribus eorum contractis indecenter humo præcipitarentur, & sic facilius gladijs perimerentur. Venientes ergo Britones atrociter irruunt super hostes, Quorum mox prostrati decipulis, tantam illorum sæuitiam sunt perpeffi, ut vix è prælio elaberentur perpauci. Inde prolixius pagani progredientes, castrum Doli obfident, captumq; igne comburunt, interfectis eius incolis cū Salemone aduocato loci. Deinde sublati anchoris repetentes mare, velificante classe ad ora Sequanæ deuehuntur, carpentesq; fluminis alueum, pernici remigio applicāt Rhotomagū: quos dux vehemēter gauisus, regaliter excepit honore cōpetēti.

Rex autem Francorum Robertus audiens paganos Britannis tanta probra intulisse, ducemq; Richardum ad confutandā comitis Odonis contumaciam eos accersisse: verens ne ab eis Francia demoliretur, conuocatis satrapis sui regni, ambos discordes ad se apud Coldras cōuenire mandauit, vbi sopitis eorum animis protinus illos concordēs reddidit. Eo quidē tenore ut Odo Dorcasinum castrum teneret, & dux præreptam terram reciperet, reciprocè Tegulensē castro in suo statu perpetualiter persistente, in eius s. suorūq; hæredum potestate. Quibus dux ita ad vota peractis, ad suos reges regreditur lætus. Muneratisq; congruis donis regaliter, ouāter ad propria redire permisit, quādoq; ad eius iuuamen reuerti paratis. Rex autem Olanus super christiana religione oblectatus, spreto Idolorum cultu, cum nonnullis suorū, hortante Archiepisc. Roberto, ad Christi fidem conuersus est: atq; ab eo Baptismate lotus sacroquē chrismate delibutus: de percepta gratia gaudens ad suū regnum est reuersus. Qui postea a suis proditus, & a perfidis iniuste preemptus, cælestem regiam intrauit Rex & Martyr gloriosus, coruscans nunc apud gentem illam prodigijs & virtutibus.

His ita gestis dux Richardus de succēssione prolis sollicitus, audiens Goisfridum Britannorum comitem habere quandam sororem Iudith nomine, corpore elegantem, omniq; morum honestate pollentem, hanc in connubium petijt per legatos. Cuius propositum Goisfridus vltroneo animo satagens accelerare: omnibus quæ ad tantum negotium erant congrua præparatis, eam illi deduxit vsq; ad limina Michaelis Archangeli, vbi dux illam suscipiens cū honore, eam sibi iunxit legitimo iure. De qua tres genuit filios s. Richardum, Robertum & Gulielmum, qui factus est Monachus apud Fiscamium: totidemq; filias, quarum vna nomine Adeliz nupsit Rainaldo Burgundionum comiti, altera Baldewino Flandrensi: Tertia iam adulta obiit virgo. Porro Goisfridus Comes ex post orationis obtentu Romam proficiscens, totam Britannia cum duobus filijs, Alano viz. atq; Endone, reliquit sub ducis aduocatu. Qui peragratis sanctorum locis in repatriando, præuentus morte diem obiit.

Tempore illo cū Burchardus Mildunensis castri comes moraretur apud Curiam regis Francorū Roberti, quidā eius miles nomine Walterius cæcatus muneribus, illud ei dolo surripuit, Odoniq; Comiti clādestina prodicione tradidit. Quod ut rex comperit, Odoni mandauit quatenus castrum sponte desereret, quod sibi vsurpauerat minus iuste. Sed ille loci fesus munimini ob decurrētis in giro alueum Sequanæ, regijs legatis respondit, illud vita comite se nunquam vlli reddere. His rex oppido exacerbatus verbis, Richardum Normanorum ducem ad colloquiū accersuit, cui sui ruboris dedecus deposuit, orans eius gratissimam fidelitatem subuenturam sibi, ne tanto præsumptionū ludibrio premeretur a suis. Cuius opprobrium dux non ferens, congregato miræ multitudinis exercitu quantocius, Mildunū venit, illudq; obsedit ex vna parte fluminis, & rex cum suis ex altera, die noctuq; illud quatiētes cum turbine graui, machinis, & tormentis. Videntes itaque Mildunenses se non posse tollere tantam vim hostium, distracto duce tumido rebellatore, portas repente aperiant, eumq; cum suis introducunt. Quorum dux parcens multitudini, traditorem protinus regi destinauit, mandans ut milites dirigeret, qui castrum in sua fidelitate custodirent. Quo rex exhilaratus nuncio, continuò illud Burchard-

chardo reddidit, & proditorem cum vxore propria patibulo suspendi iussit, debitam illis reddens talionem pro præsumptione factionis. Post hæc dux cū benedictione regali ad propria remeauit. Cuius temporibus semper fuerunt assueti hostes fugare Normanni, terga vertere nulli.

Annis ab hinc tribus emensis, Henricus Burgundionum dux moritur absque liberis: Robertum Francorum regem relinquens sui ducatus hæredem. Quem suscipere Burgundiones fastu supercilij resutantes, Landricum Niuernensem comitem intra Aleissiodorum tam diu obsedit: donec Landricū cum vrbe obsidibus sumptis suo dominatui subiugaret. Inde verò profectus cum
10 duce Richardo penè totam vastauit Burgundiam robore vehemēti. Quibus ritè peractis, rex per cuncta castella custodibus deputatis, Robertum filiū suū ducatu subrogauit. Et lic arrogātia repugnantium castata quieuit. Post hæc rex in Franciam: & dux regreditur cum suis in Normanniam.

*Burgundiones
inusti recipiunt
Francorum regem dominum
suum.*

Cognita quoq; mirandorū operum ducis opinione, Rainaldus trans Aone fluuium Burgundionum Comes missis legatis, filiam eius nomine Adeliz sibi petijt in coniugium. Quam impetratam, a paterna domo auferens, in Burgundiam cum magno duxit honore, suoq; thoro christiana lege sociauit. Qui longo post tempore obortis fomentis litium a comite Cabilonensi, Hugone nomine dolo captus sub diræ custodiæ ergastulo detruditur, compedibusq; gra-
20 uissimis arctatur. Cuius incompetētem anxietatem dux vt agnouit, illico legatos direxit Hugoni, mandans vt pro amore suo sineret generum suum abire liberum. Quam legationem Hugo tumide spernens, non modò eum reddere contempsit, verum etiam custodibus adhibitis vehementius custodiri iussit. Quod cum relatum duci fuisset, pròtinus Richardo filio suo imperauit vt coacto in vnum Normannorum exercitu Burgundiam adiret, suamq; iniuri-
am de funesto totis nisibus vindicaret. Quæ iussa adolescens libenter exequens, preparatis quæ ad tanti itineris erant necessaria, velut tempestas procellosa cuncta coram se proturbans, egressus a patria confecto calle, Burgundiam inuasit cum innumerabilem multitudinem Normannorum, castrum
30 q; Menwaldum cinxit obsidione. Quod captum cum viris & mulieribus atque paruulis comburant terra tenus, eò quòd incolæ fidentes loci munimini telis & sagittis hostes ad sui perniciem prouocauerant. Inde retorquentes gressum patriam igne cremantes iter dirigunt ad urbem Cabilonensem. Considerans igitur Hugo se nullatenus posse resistere contra tantum exercitum, ferens equestrem sellam in humeris genibus prouolutus adolescentis Richardi, prece supplicij veniam precabatur commissi. Qua indulta Rainaldū reddidit, & obsidibus datis, apud Rhotomagum ex hoc se fore satisfacturum iureiurando duci Richardo spondit. Quibus ad votum peractis: Richardus iuuenis ad patrem est regressus.

Ducis filius Rainaldum carcere liberat.

Dux ergo quamuis præcellentissimorum actuum prærogatiuis longè lateq; claruerat, tam cultor Christi extitit assiduus, adeo vt Monachorum & clericorum iure vocaretur piissimus, & pauperū sustentator indefessus. His & huiusmodi probitatum vicens titulis ægritudine corporis cœpit vehemēter aggravari. Conuocatoq; apud Fiscamium Roberto Archiepiscopo, cum cunctis Normannorum principibus, indicauit se iam omnino resolutum. Igitur per cuncta domus triclinia, sic illico luctus omnibus intollerabilis: lugebant & lamentabantur monachi atq; clerici, lachrimabantur heroes, flebant egenorum caterue pro destitutione tanti ducis & patroni. Tandem accitum Richardum filium suum consultu sapientum, suo ducatu præfecit, fratremq; suum Robertū comitatu Oxunensi vt inde illi debitum persolueret obsequium. Omnibusque
40 quæ ad cultum dei pertinere videbantur strenuè dispositis 1026. anno dominicæ incarnationis hominem exiit, viam ingrediens vniuersæ carnis.

Ducis mors.

Richardus iuuenis in Ducatu superstes genitoris, licet paulisper superuixerat, sicut in vocabulo nominis, ita eius hæres extitit censura summæ ingenuitatis. Hic in armis bellicis valde idoneus, totus tamē fuit fide Catholicus, & circa Dei cultores mansuetissimus, æquo libramine militares turmas moderans,

Richardus laus,

*Robertus rebel-
lis fratri se
dedit.*

Richardus mors.

*Robertus Ar-
chiep. obsidetur.*

*Dux rebelles
comprimis.*

*Dux sapiens
cōsilijs adhibet.*

rans, pace continua frui gaudens. Sed pacis hostis perfidus non passus est diutius illum latari, sed fratrem suum Robertum ad rebellionem quorundā maleuolorum versutia concitauit. Hic enim post biennium contempto eius dominio intra Falise castrum cum suis satellitibus se contulit ad resistendum. Quem dux illico cum magna multitudine infra castri ambitum vallauit obsidione. Quem cum arietum & Balistarum crebris ictibus expugnaret, Roberto tandem a perfidia resipiscente, datis dextris in pristinam concordiam redierunt, firmiterq; pace composita ab inuicem recesserunt. Porro dux post hoc dimisso exercitu Rhodomagum regressus, 1028. ab incarnatione domini anno, cum suorum nonnullis, ut retulerunt plurimi veneno mortem obiit, fratrem suum Robertum relinquens heredem sui ducatus.

Robertus igitur frater ducis Richardi totius Monarchiæ ducatus ab omnibus subrogatur. Qui quāuis circa rebelles fuerit aliquanto ferocior: beneuolus tamen, lenis & benignus ergaq; dei cultū pius & deuotus extitit. Quāobrem pacis oblectamento diutius frui meruit: præter id quod præuorum consilio, Robertum Archipræsulem habens suspectum, hostili obsidione vallauit intra mœnia ciuitatis Ebroicensis. Qui tandem nata discedendi libertate, Robertum Francorum regem exul cum suis adiit, Normannicam patriam feriens Anathemate pontificali. Dux autem Robertus recompensata improborum astutia, & perpendens se inconsultē omnia gessisse, Episcopū reuocauit ē Frācia, & pristinum restituit in honorem facti penitens, eumq; ut tantum virum decebat, suis deinceps asciuit consilijs in reliquum persistens sibi fidelis.

Eliminatis deniq; a se totius litiis incentoribus, sapientum capite uti tractatibus, & solerti industria ad summi honoris incrementa prouehi. Cuius probos mores boni caperūt efferre, nonnulli verò improbi ignauia ascribere. Ex quorum contubernio Gulielmus Bellemensis animositate eius audens attēptare, ex castro Alencio quod iure beneficii tenebat, a seruitij iugo visus est extorquere sumpta rebellionē. Ad cuius insolentiam conterendam Dux veniens cum turmis militaribus, tam diu eum intra municionem suā præsumptionis adiutricem conclusit: donec eius clementiam expeteret, nudis vestigijs equestrem cellam ad satisfaciendum ferens in humeris. Cui dux licet ficta facienti, non modo cuncta indulgit: verumetiam reddito ei oppido festinus a loco secessit. Sed Gulielmus non multo post iterum dissidij inuectus furia: filios suos Fulconem atq; Robertum cum copia militum dirigit, qui direptionibus Normanniam infestarent. Quibus ex domo ducis plurimi audacter occurrentes expediti vernaculi, intra saltum Banonis cruentum prælium commiserunt. Et ita domino fauente profecerunt, ut iugulato Fulcone præuicatoris filio, vix frater eius Robertus elaberetur a certamine, cunctis pene militibus interfectis. Quorum interitum ut idem Gulielmus grauiter egrotans cōperit, tactus dolore cordis intrinsecus continuo animam exhalauit. Et sic profligatis ducis inimicis sedicio pressa in partibus illis ultra disparuit.

Cum hæc gererentur perspiciebat Baiocasinę vrbis episcopus, Hugo Rodulfi comitis filius, ducem velle prudentum sectari consilia, suaq; destitui, quadam vsus doli versutia Ebroicum castrum armis clā alimonijq; muniuit. Et positis custodibus, ocius Franciam adiit ut inde milites conduceret, qui illū ad repugnandum viriliter adiuuarent. Cuius fraudis molimina dux comperiens, contractis Normannorum copijs idem castellum præoccupauit obsidione: clausa egrediendi ab eo siue ingrediendi omnibus facultate. A cuius ingressu cum se videret Hugo extrusum: sollicitus de suis intra illud conclusis, libertatem abeundi per legatos a duce petijt, & eos idem protinus abiecit. Ipseq; cum eis quos expetierat diu permansit extorris. Dux autem castellum deditione sibi redditum custodibus & armis muniuit.

Sub eodem remore Baldewinus Flandrensis Satrapa, cupiens sobolem suam innormare regali prosapia, Robertum Francorum regem expetijt, poscens eius filiam dari suo filio Baldewino. Quam adeptam a palatinis ferens triclinijs ad domum propriam in cunis asportauit, eam nutriendi vsq; annos nobiles diligen-

ligēti cura. Cuius filius mox vt nubilus puellę frui cępit amplexibus: fretus af-
 finitate regali patrem a solo pepulit, Flandrensibus ab eius fidelitate auulsis.
 Qui indecenter a suis destitutus Normannorum ducis suffragia postulauit. Cu-
 ius calamitatem dux miseratus, contractis militum viribus, velut turbo horri-
 dus egressus a patria, Flandoniam est adorsus, illam exterminans flammis ex-
 itialibus: progredienſq; ad Castrum quod Cioca vocatur confestim illud sub-
 uertit, combultis omnibus in eo consistentibus. Quod videntes reliqui proce-
 res & similia pati formidantes, relicto filio ad patrem sunt reuersi, duci obsides
 dirigentes. Ante cuius excursus intollerabiles adolescens Baldewinus intuens
 10 se non posse villo modo subsistere, eum precibus humilimis illi legatos dirigit
 dicens se cupere eo mediatore patri reconciliari. Cuius desiderio vir summę
 beneuolentię fauens affectu gratulanti, vtrosq; libato pacis osculo in pristinam
 concordiam redire persuasit. Sic litibus compressis, vterius in pace & amore
 quo decuit perſisterunt. Ipse verò dux demolitis rebus rebellium cum incollu-
 mi exercitu Normanniam est reuersus. Qua tempestate moritur Francorum
 rex Robertus, cui successit filius eius Henricus.

*Filius patrem
regno pellit.*

Rex etenim Henricus patre Roberto viuentē Francorum regno potitus: tā-
 to postmodum a matre Constantia Nouercali odio est affectus: vt conspiranti-
 bus aduersus eum Comitibus a regali fastigio eum deponere conaretur: dis-
 20 ponens Robertum Burgundionum ducem illius loco subrogare. Ob cuius in-
 festi animi infectionem, consilio suorum fidelium cum duodecim tantum
 famulis confugit ad Normannorum ducem qui tunc morabatur apud Fiscami-
 um, petens per debitū fidei quatenus sibi in hac necessitate subueniret. Quod
 dux compleuit efficaciter, plexis rebellium ceruicibus, consumptis eorum bo-
 nis omnibus, & per hoc suę infelicitissime matris conatibus exinanitis.

*Robertus opem
ducis implorat.*

Britannorum Comes Alanus elatus fastu proteruię, a ducis seruitio se sub-
 traxit. Aduersus quem dux innumerabilem mouens exercitum, inuasit Britan-
 niam, & flammis voracibus totum Doli tradidit comitatum, & cum ingēti prę-
 da Normanniam est regressus. Post cuius abscessum, Alanus illatum sibi cupiēs
 30 vlcisci opprobrium, ē vestigio illum prosequitur cum magno exercitu ad de-
 molendū Abrincatensem comitatum. Cui custodes illius caſtri cum suis occur-
 rentes tanta illico strage depopulati sunt Britones, vt per camporum plana vi-
 derentur prostrati quasi bidentes. Ipse vero sua tristis repetens cum dedecore
 Rodonis venit.

Britonū strages

Tempore quippe quo Ethelredus Anglorum rex, a Sweno Dacorū rege reg-
 no pulsus vt supra recitauimus, in Normanniam venit profugus, duos filios Ed-
 wardū & Aluredum non longo post patriā repetens, Richardo eorum auūculo
 reliquit nutriendos. Qui intra Normannici ducis aulam educati tanto honore a
 duce sunt habiti vt nexu amoris summi eos sibi tanquā fratres adoptaret. Quo
 40 rum diuturno exulatu compassus missis legātis regi Cnutoni mandauit, vt iam
 iamq; eorum exterminiu illis parceret, & sua eis vel sero pro sui amoris obten-
 tu redderet. Qui salubribus eius non adquiescens mōitis: legatos infectis re-
 bus nihil latum portantes remisit. Tunc dux succensus rubore vehementissimi
 furoris, conuocatis sui ducatus principibus magnam classem nauium festinato
 fabricari iussit. Quam ex omnibus Normannici maris partibus coactam, infra
 spatium parui temporis in anchoris, hominibuscq; robustissimis diligenter in-
 structam stare apud Fiscamium in littore ponti fecit. Inde quoq; signo dato ve-
 lisq; panſis in sublime nimia tempestate aſti, ad insulam quę vocatur Gernſi cū
 magno periculo ponti pelagi demum sunt deuoluti. Quod puto ita factum esse
 50 domino authore pro Edwardo rege quem disponebat in futurum regnare sine
 sanguinis effusione. Vbi dum longo detinerentur tēpore, vento aduersus flante
 diutius, dux efferatus animo incredibili cruciabatur mōerore. Nouissimē videns
 se nullo modo transſretare: giratis proris nauiu, apud sancti Michaelis mon-
 tem remeato limbo maris quantocius sunt appulsi.

*Dux iter patet
Britanniam
gaſtaturus.*

Sumens autem dux quandam partem clasſis direxit ad affligendam Britan-
 niam incendijs atq; prędis. Ipse verò contracto equeſtri exercitu parabat ab al-

tera parte eam aggredi. Alanus itaq; videns graue sibi discrimen imminere ab vtriusq; partibus, missa legatione Robertum vtriusq; auunculum, Normannorum viz. Archipræsulem ad se mādauit sub festinatione venire. Cui cum exiti-alem Britannia exterminationem & concitati ducis super se atrocem enarra-
set expeditionem, sumens eum præsul fide sua interposita, ad sancti Michaelis montem adduxit, ad clementiam ducis illum inuadere disponentis. Quorum præcordia nimium rigida propiciante Christo illico ad quietem composuit, & omni dissensionum motu sedato, serena eos vniuit concordia, Alanum in ser-
uitio ducis pacta fidelitate supplicem omnino complicās. Posthæc missis lega-
tis nautas a Britannica vexatione recedere iussit.

*Cnutus ducem
instituit hære-
dem regni.*

Quibus aliquandiu sopitis ecce assunt legati a Cnutone rege duci directi nunciantes illum medietatem Anglici regni velle reddere filiis, & hæredi regis pace rata in diebus suis, eò quòd valida grauaretur incommoditate corporali. Sed dux ad tēpus differre decreuit nauale expeditionē donec redisset ab Hie-
rosolymis, quā peregrinationē diu optauerat. Quapropter accercito Roberto Archiepiscopo Rhotomagensi cum optimatibus sui ducatus, illis diu concep-
tum propositum manifestauit. Qui mox omnes vehementer attoniti propter eius absentiam patriam perturbandam multimodè formidabant. Exponens autem eis Gulielmum filium suum quem vnicum genuerat, vt hunc sibi loco suo dominum eligerent, militizq; suæ principem præficerent ab eis attentissi-
me exigebat. Qui licet sub tenerrima detineretur ætate, tam de eius consolati-
one omnes oppido exhillerati, eum prompta vnanimitate delegerunt princi-
pem, pangentes illi fidelitatem inuiolandis sacramentis. Quibus ad votum ex-
pletis dux sub tutoribus & actoribus vigentibus sapientia illum ad vsque le-
gitimam ætatem subegit. Et dispositis competenter rebus ad patriæ modera-
mina congruentibus, pium vale dicens omnibus, cum suo nobilissimo cōmita-
tu, illam sanctissimam peregrinationem est aggressus. Quæ verò lingua vel ser-
mo explicabit elemosinarum exhibitiones, egenis quotidie ab eo distributas. Tandem confecto itinere, ad illud p̄uenit sepulchrum venerabile in quo re-
gis cœlestis sanctissimum corpus iacuit. Quis ergo hominum enarrauit quot
per octonos dies lachrymarum riuis illud eluerit? vel quot auri muneribus
accumulauerit? Porro inuictus dux pius & deo amabilis adorato Christo cum
suspitijs internorum singultuum, & peragratis sanctorum locis, felicissimum
conuertens iter ad Nicenam regressus est urbem. In qua correptus ægrimonia
corporis, 1034. anno ab incarnatione Domini, viam petens vniuersi generis
humani: gaudentibus Anglis diuinæ vocationis iussu occubuit in fine. Cuius
beata anima plurimo iam optimorum operum splendore, candidata nunc vt
credimus cœlo residet glorificata. Sepultus est autem in Basilica S. Mariæ a suis
intra mœnia ipsius ciuitatis cum honore.

*Dux peregrina-
tur ad Hieroso-
lymas.*

Robertus mort.

Gulielmus Roberti ducis filius Roberto successit: qui quo sudore laboris, inimicorum laqueos euaserit, suisq; vestigijs illorum colla ferina substrauerit, quibus victoriarum triumphis in ducatu claruerit, prout ordo rerum veracis-
simè computatarū dictauerit, notificare libet futuris, ne tegantur segnitie quæ
gloriosè micuerunt sub illius ætatis tempore. Is itaq; in puerilibus annis orba-
tus patre, sagaci tutorum prouidentia liberalium morum instituebatur ad in-
crementa. Sub cuius ineunte ætate plurimi Normannorum ab eius fidelitate
aberrantes per loca plura erectis aggeribus tutissimas sibi construere muniti-
ones. Hinc diuersi inter eos exoriuntur motus, concitantur seditiones, ac seua
patriæ perpetiuntur incēdia. In tanto quippe dissensionum turbine consumi-
tur non modicus bellatorum cuneus sæuiente Marte: Hugone montis fortis
cum Walchelino configente, in quo certamine occisus est vterq;. Porro cru-
stante in maius quorundam rabie: tutor ipsius pueri, scilicet domini, Occen-
sis siquidem Comes Gislebertus non multo post perimitur. Deinde diuersis
temporibus Tuoldus eius p̄dagogus, necnon Osbernus procurator domus,
nouissimè Henricus rex Francorum immemor beneficij a patre ducis quon-
dam sibi impensi, dixit se ei placabilem nullo modo fore, Tegulensi castro in
statu

*Subditi in Gul.
rebellant.*

statu pristino persistente. Cuius fraudes ob salutem pueri Normanni in fide
stantes decreuerunt fieri, quod egisse postmodum penitere. Sed Gislebertus
cognomento Crispinus cui dux Robertus olim illud Castrum comiserat, mox
ut molestissimum agnouit decretum, fretis eorum donatibus cum valida ma-
nu armatorum intra ipsum ad resistendum se illico conclusit, quem confestim
rex obsidione cinxit. Quid plura? Tandem Gislebertus precibus victus ducis,
merens castrum reddidit, quod sub oculis omnium cum maximo dolore cor-
poris, confestim igne concremari perspexit. Quibus rex ad vota peractis a lo-
co secessit. Sed non multo post Oxunensem comitatum aggressus Argentoni-
um ducis vicum cremavit, & onustus præda deseruit partes illas. Regressusq;
via qua venerat ad Castellum Regulense venit, atque sacramenta faciens irri-
ta, quæ iurauerat Duci: quod a nullo suorum reficeretur in quatuor annos,
cum festinatione illud restaurans militibus & alimonijs abundantissimè mu-
niuit, hincq; recessit.

*Gislebertus ca-
strum reddit.*

10 Perspicuus vero Thurstinus Oxunensis præses ducem puerum cecidisse Regi
aliquantulum, & iam quasi victum regie manus oppressionem aliquantam ut-
cunq; perpeti, zelo succensus infidelitatis regales milites stipendijs conduxit,
quos complices ad muniendum Falise Castellum ne idem seruiret duci, sibi asci-
uit. Cuius conatus perfidos ut dux comperit, legionibus Normannorum vna
20 quaq; coactis festinanter illud obsedit. Concitatisq; militibus tanta mox mag-
nanimitate pugnatum est, ut partem muri sub momento deiicerent, & nisi nox
prælium dirimisset proculdubio rem quam summè volebant totam confeci-
sent. Perpendens autem Thurstinus se tantas hostium copias non posse tollerare
diutius, locum secedendi a duce petijt & sic profugus a patria extorris aufugit.

*Thurstinus re-
bellans fugit.*

Quo tempore moritur Robertus Archiepiscopus Rhotomagensis, cui suc-
cessit Malgerius frater Roberti ducis. Nam Richardus dux secundus mortua
Judith aliam uxorem nomine Papiam duxit, ex qua duos filios genuit, Walge-
rium s. Archipræsulem & Gulielmum Archasensem. Hic enim Gulielmus a du-
ce iam adolescente, Comitatum Tolagi percipit obtentu beneficii ut idem illi
30 fidelis existeret. Qui elatus nobilitate generis, castrum Archarum in cacumine
ipsius montis condidit, quo assumpta tyrannide regioq; fretus iuuantine, co-
tra eundem ducem calcaneum ausus est extollere. Quod dux persentiens, quã-
tocius frater ad eum venit, & erectis aggeribus ad radicem montis castrum sta-
biliunt quod fortium virorum robore inexpugnabile reddidit. Sicq; inde abi-
ens vallatum alimonijs reliquit. Quod audiens Rex Henricus protinus sum-
ptis Francorum copijs, causa muniendi superioris oppidi apertissimè propè ad-
uenit, exercitum iubens apud S. Albanum castrum metari. Cuius aduentum mi-
lites ducis comperientes, protraxerunt non minimam partem exercitus regis
in insidias, & confligentes cum eis plurimos peremerunt. Inter quos Inglara-
mus Abbatis villæ comes occiditur, & Hugo cognomento Bardulfus cum multis
40 alijs capitur. Quod ut rex agnouit intromissis alimonijs castello pro quo vene-
rat, moestus propter milites amissos recessit cum dedecore. Gulielmus quoque
non multo post cum suis affectus inedia inuitus castellum reddidit, & ipse a
natio solo in exilium discessit.

Causi mors.

Eadem tempestate Anglorum rex Cnutus diem obiit. Cui successit Harol-
dus eius filius ex concubina nomine Elfinæ natus. Cuius diu cupitam mortem
Edwardus rex audiens adhuc cum duce degens, quantocius cum quadraginta
nauib; milite plenis superato mari Hamptoniam appulit. Vbi innumerabile
Anglorum multitudinem ad sui perniciem se operientem offendit. Qui protin-
50 us congressus cum eis, non minimam partem ex illis orco transmisit. Ipse ve-
rò victor existens ad naues est regressus cum suis. Videns autem non absq; plu-
rimo numero militum se posse regnum obtinere Anglorum, regiratis nauium
proris Normanniam cum præda magna repetijt.

Interea frater eius Aluredus non parui numeri bellatoribus portum Whit-
sandi petijt, & inde transfretans venit Doroberniam, & inde regni penetrans
interiora obuium habuit Comitem Godwinum. Quem idem Comes in sua fi-
de suscipiens, inde traditoris vicem implevit in illo sub nocte eadem. Nam

libato pacis osculo & cum percepto cibo medio interpestre noctis manibus post tergum ligatis illum Haraldus regi apud Londoniam cum suorum nonnullis destinavit. Milites autem suos partim per Anglorum regionem distraxit, partim decorose peremit. Quae Haraldus ut vidit mox eius socios decapitari iussit, ipsumque duci ad Eljensem insulam ibique oculis priuari mandavit. Sicque nobilissimus vir & optimus Aluredus occubuit iniuste peremptus, Haraldus non diu post viueps obiit in morte. Cui successit frater eius Hardecnutus a Dacia regressus ex Emma matre Edwardi natus. Qui confirmatus in regni culmine, fratrem suum Edwardum a Normannia reuocavit & secum cohabitare fecit. Ipse vero non plenis duobus annis subsistens, exiit hominem, Edwardum totius regni relinquens haeredem. Sed de hijs hucusque; nunc stilus figatur in praefixa narrationis serie.

Igitur dux iam flore vernans gratissima iuventutis cultum dei cepit amplecti, yltroneo corde, imperitorum contubernia eliminare, & sapientum consilijs adhaerere, rebus pollere bellicis & vigere prudentia saeculari. Cum vero his prohibitum augmentaretur quotidie commodis, contigit illum quandam crudelem coniuram experiri secum a puerilibus educatum annis, Widonem viz. Burgundionem filium comitis Rainaldi, cui olim contulerat castrum Brioci quasi munere firmitus astringendae fidelitatis. Is enim fastu inuectus superbia plurimos proceres velut Absalon ab eius fidelitate caput auertere & in voragine suae perfidiae complicare, in tantum ut Nigellum Constantinensem praesidem in hac conspiratione annecteret, & a seruitio duci sacramentorum obligatione debito cum multis alijs funditus exturbaret. Quod videns dux prudentissimus, verens ne a ducatus fastigio abijceretur, & eius amulus suo loco subrogaretur, necessitate coactus, Henricum Francorum regem expetijt pro subueniendi obtentu. Tunc tandem rex memor beneficii a patre eius quodam sibi impensi, coactis simul Francorum viribus, Oxunensem comitatum aggressus Valesdunas venit, ubi innumerabilium armorum exercitum infestissimo animo strictis gladijs praelium sibi attemptantem offendit. Quorum efferos impetus Rex cum duce minimè perhorrescens, facto alterno concursu militum bellum commisit, tantaque eos strage deleuit ut quos gladius non extinxit, deo formidinem inferente refugientes absorberet fluuius Olne. Wido vero lapsus e praelio Briocum expetijt, in quo obseratis portarum repagulis cupiens se liberare aliquamdiu obstruxit. Quae dux (rege Franciam repetente) properè intra castelli ambitum sepsit obsidione, stabilitis munitionibus in utraque parte fluminis quod vocatur Risle. Videns profecto Wido se nullo pacto a loco posse fugere astrictus famis calamitate per amicos compulsus est supplex & commissi poenitens eius clementiam exorare. Cuius dux misertus miseriae illi clementer pepercit, & recepto castello Brioci, cum suis domesticis in domo sua manere iussit. Conspectantes itaque cuncti optimates qui a duce descinerant illum omne fugae praesidium partim destruxisse, partim interclusisse, datis obsidibus colla rigida ei ut domino subdidere. Sicque ubique castellis euerfis nullus ultra ausus est erigere rebellem animum contra eum.

Andeganorum quoque Comes Goiffridus cognomento Martellus per omnia vir versutus, vicinas sibi gentes afflixit frequenter, Comitemque Theobaldum a se fraudulenter captum tam diu custodire mancipavit, donec urbem Turonicam ab illo violenter extorqueret cum nonnullis castellis alijs. Cepit insuper rapinis Normanniam demoliri, immissa intra Danifrontis castrum custodibus seditiosis. Quod dux militari manu vallatus, visendi obtentu aggressus, ut vidit illud scopulis asperrimis & eminentibus in giro circumdatum & inaccessibile ad expugnandum, accitis Normannorum viribus illud protinus firmissimis castellis cinxit, obstruis aditibus egrediendi. In cuius praecinctu dum aliquamdiu moraretur, ecce assunt exploratores nunciantes Aleucium castrum eum posse capere sine detrimento suorum. Qui confestim custodibus intra Castrum positus, tota nocte equitans cum exercitu diluculo venit Aleucium, ubi in quodam municipio trans flumen posito quosdam reperit se conuiijs subsannantes. Quod mox cepit & flammis concremauit. Illudores vero coram omnibus infra Aleucium consistentibus manibus pedibusque priuari iussit. Vnde Aleucij pauescenti castellum duci illico reddiderunt. Quibus peractis viriliter militibusque suis intro-

Aluredus iniuste peremptus.

Francorum Rex duci auxiliatur

Goiffridus Normanniam spoliat.

10

20

30

40

50

tromissis, celerrimè Danfrontè repetijt. Audientes igitur Danfrontani qualia dux suis socijs intulerit, & considerantes se a nullo posse iuuari, datis obsidibus eius se cum castello dominatui tradiderunt. Inde verò custodibus positis egrediens, Abrincas venit ad confutandam comitem Goisfridum: ibiq; super ora fluminis castellum condidit, quod alimonijs & militibus sufficienter muniuit. Quibus gestis Rhotomagum est regressus.

Iam itaq; Duce iuuenili vigente robore cæperunt eius optimates de prolis successione cum eo tractare. Quorum consultu a Baldwino Flāndrensi comite filiam suam Mathildam regali ex progenie descendantem, corpore elegantem, animo liberalem, petijt in vxorē. Vnde Baldewinnus satrapa multū gauisus, non solum decreuit petitam dare sibi, verumetiam cum immensis muneribus eam adusq; Ocenſe castrum adduxit. Vbi dux adueniens, stipatus cateruis militum illam sibi despōsavit, & cum maximo gaudio & honore Rhotomagensibus intulit manibus. De qua filios filiasq; genuit, ex quibus postea in ducatu genitori Robertus successit, sanctus honore paterno. Eo tempore Malgerius Archiepiscopus Rhotomagensis capit desipere, & insipientia ductus, Duci Archiepiscopatum reddidit, quem postea dux tradidit Maurilio excellenti Monacho, & multis virtutibus decorato, sinodali decreto.

*Dux Baldwini
filiam ducit.*

Enimuerò ex quo Normāni arua Neustriæ cæperunt incolere, mos fuit Frācis semper eis inuidere, concitantes reges contra illos insurgere, asserentes eos terras quas possident suis maioribus surripuisse violenter. Quibus rex Hēricus vehementer irritatus suggestionibus, duobus hostium agminibus Normanniam est aggressus, dirigens vnum agmen viroꝝ fortium ad subuertendū Caltinum territoriū, cui præfecit fratrem suum Odonem nomine, alteri verò Goisfrido comiti Andegauorū vt ipse demoliretur comitatū Ebroicēsem. Vt ergo dux se suosq; taliter vidit opprimi, magno & nobile dolore tactus, protinus elegit milites qui subuersores Caltini territorij cōprimerēt. Ipse autē cum nonnullis suorū circa regem se contulit quatenus penas lueret si quē satellitū a latere regis abstrahere aliquatenus præualeret. Veniētes quoq; Normanni ad Frācos reperiūt eos ad mare mortuū incendijs & mulierum ludibrijs occupatos. Cum quibus illico mane commissum bellum in continua cæde occumbētium vsq; ad nonam est protractum. Nouissimè quippe victi Franci terga dedere Normannis cum eorum signifero Odone viz. fratre regis. In quo nimirum certamine concidit pars maxima nobilitatis Franciæ, partem verò reliquā oppressit captiuitas ea vice. Quorum infortunium vt rex agnouit a Normannica infestatione concito gradu pedem retraxit.

*Henricus Nor-
manniā vastat.*

Francorū cades.

Hijs ita gestis dux memor opprobrij a comite Goisfrido sibi illati, ad urbem Cinomanicam post annos aliquot arma conuertit. Quis igitur explicare poterit quot militum incurſibus, quot legionū expeditionibus illam afflixerit? Ad postremum nempe victi Cinomanni iam Castellis per cunctū comitatum subactis, dextras dederunt duci, fidē pangentes illi arctissimis sacramentis. In quorū medio duo stabiliiuit municipia ad domandam eorum insolentiam quę suis militibus custodienda cōmisit. Restiterat adhuc Meduanū castellū, quod erat cuiusdam militis nomine Goisfridi, quod & oppugnauit & combussit, & iterū illud restaurans custodibus mancipauit.

*Dux Cinoman-
nos subiugat.*

Rex verò Henricus iniuriam sibi a duce illatam vlciſci cupiens sumpto Goisfrido comite Andegauense copiosissimo cum exercitu Normanniam ingreditur iterata expeditione. Qui comitatum pertransiens Oxunensem, & penetrās Baiocensem tandem reflexo calle redeūdi vadū Dinæ appetijt. Quod rege trāseunte media pars exercitus substitit mari eructante, nō valens transire ob redundationē fluminis, cū quibus dux alacriter superueniens, illico vidēte rege congressus tanta illos strage prostrauit, vt quos gladius nō extinxit, hos per Normannica cōpita constringeret diræ captiuitatis violētia. Videns autē Rex suorū interitum concito gressu recessit a Normannia, & ultra ad eos venire nō apposuit. Qui tandem post aliquot annos moriens, Philippum filium suum in Francorum regno reliquit hæredem.

*Edwardus ducē
statuit heredem*

Edwardus quoque rex Anglorum, disponente domino prolis successione carens, olim miserat duci, Robertum Archiepiscopum Cantuar. statuens illum heredem regni a Deo sibi attribui. Sed & Haraldum illi postmodum destinavit, qui fuit maximus comitum regni sui in honore, dominatione & diuitijs, ut ei de sua corona fidelitatem faceret, ac Christiano more sacramentis confirmaret. Qui dum ob hoc negotium venire contenderet, velificato freto Ponti Pōtinum appulit, ubi in manus Widonis Abbatis villæ s. Abule comitis incidit: quem idem Comes captum cum suis confestim in custodiam trussit. Quod ut dux comperit missis legatis violentor illum extorsit: quem aliquamdiu secum moratum, facta fidelitate de regno pluribus sacramētis, cum muneribus multis regi remisit.

*Haraldus reg-
num inuadit.*

Denique rex Edwardus completo termino felicitis vitæ, sub an. 1065. dominicæ incarnationis migravit a sæculo. Cuius regnū Haraldus continuo inuasit ex fidelitate peiuratus, quam duci iurauerat. Ad quem legatos direxit protinus, hortans ut ab hac vesania resipisceret, & fidem quam iuramento sponderat, cum digna subiectione seruaret. Sed ille hoc non solum audire contempsit, verum omnem ab illo Anglorum gentem infideliter auertit. In diebus illis in parte circuli Stella apparuit quæ tribus radijs longius protensis maximam partem Austri per quindecim noctium spatium illustrauit, mutationem ut asseuerant plurimi designans alicuius regni. Considerās itaque princeps regio diademate iure coronandus Haraldum quotidie viribus roborari, classem ad tria millia nauium festinanter constructam, in Pontino apud sanctum Walericum in anchoris stare fecit, plenam tam valentibus equis, quam hominibus robustissimis cum galeis & loricis. Inde vero flante vento secundo velis in sublime passis: trans mare Peneueselle appulit. Vbi firmissimo vallo castrum cōdidit, quod militibus committens, festinus Hastings venit, ibique cito opere aliud firmavit. Quem Haraldus incautum accelerans præoccupare, contracta Anglorum innumera multitudo, tota nocte equitans, in campo belli apparuit summo mane. Dux verò nocturnos præcauens excursus hostis, inchoantibus tenebris, ad gratissimam usque lucem exercitum in armis esse iussit, facto autem diluculo, legionibus militum in tribus ordinibus dispositis, horrendo hosti intrepidus processit obuiam. Cum quo committens bellum sub hora diei tertia, in cædibus morientium diem protraxit in vesperum. Haraldus autem in primo congressu militum cadens occubuit, letaliter confossus vulneribus. Quod comperientes Angli de sua diffidentes salute iam nocte imminente, versa facie fuge subsidia petiere. Dux ergo fortissimus inimicorum strage reuersus nocte media ad campum belli est regressus. Mane autem illucescente, spolijs hostium distractis a corporibus suorum charorū sepultis, iter arripuit quod tendit Londoniam. Referuntur enim illo cōflictu pugnae multa millia Anglorum corruisse, Christo illis vicem reddente ob Aluredi fratris Edwardi Regis necem ab eis iniuste perpetratam. Denique felicissimus atque consilio præcipue munitus belli ductor callem conficiens ad Waringford diuertit urbem: transmeatoque vado fluuij legiones ibi castrametari iussit. Inde verò profectus Londoniam est aggressus, ubi præcursores milites venientes, in platea urbis plurimos inuenere rebelles. Cum quibus congressi protinus non minimum luctum intulerunt urbi, ob plurima funera ciuium ac filiorum eorundem. Videntes demum Londonij se diutius contra stare non posse, datis obsidibus se suaque omnia nobilissimo victori suo hereditario domino supposuere. Quo triumpho inter tanto ordine confecto pericula, Dux noster inclitarum virtutum, & quem nostri præconia stili minime sufficiunt æquare, in die Natalis domini ab omnibus tam Normannorum quam Anglorum proceribus rex electus, sacro oleo ab episcopis regni est delibutus, ac regali diademate coronatus, sub 1066. ab incarnatione Christi anno.

*Dux coronatur
Anglia rex.*

Paulo post hæc rex Gulielmus regressus in Normanniam ecclesiam S. Mariæ in Gemetico cum honore magno dedicari iussit. Quam dedicationem hujus episcopi cum spirituali iocunditate 1067. dominicæ incarnationis anno, Kal.

Iulij

Iulij compleuerunt, Mauritius. f. Rhotomagēsis Archiepiscopus, Ioan. Abrincatenſis, Goiffridus Conſtantiſis, Hugo Luxoniſis, necnon Baldewinus Ebroicēſis. Rex autem ipſe deuotiſſimo animo, hijs nuptijs preſentialiter ſtudit intereſſe. Cumq; Rex in Normannia circa pietatis opera detineretur, Eutachius comes Boloniſis, quorundam Anglorum verſutijs deprauatus, Doroberniæ caſtellum inuolare niſus eſt. Qui in noctis conticinio mare tranſ-

Eutachius Do-
ueri caſtrum ab-
ſidet.

10 inopinato obleſſos, liberalibus animis accēſi, patefactis portis repente vnanimiter foras proruūt, conſertoq; certamine cunctos cum dedecore ab obſidione repellunt. Eutachius autem ad mare diuertens cum paucis auſugit nauigio indecenter. Cateri verò ad deuexū montis qui rupibus ac ſcopulis aſperri-

Hoſtes ſe prae-
pitant.

mis mari imminet, fugientes omnes ſeſe (Deo terrorem ingerente) inde deie-

20 cēre deorſum præcipites, iuſtas ſui ſceleris pœnas luentes. Sicq; factum eſt vt quos gladius non proſtrauit, hos diſcorporet horribilis aſperitas prærupti montis, vindice ſuperna ſententia perfidos ac temerarios conterente.

Rex ergo iam pro voluntate rebus diſpoſitis pro quibus venerat, Roberto filio ſuo iuueniliſſimo vernanti Normanni ducatus dominium tradidit. Ipſe

30 verò in regnum Anglorum remeans iterato, plurimos eiſdem gentis reperit quorum corda leuia ab eius fidelitate auerterat conſpiratio præuaticatrix. Coniurauerant enim latrunculi per totam patriam vt milites quos ad tuendū regnum reliquerat, in capite ieiunij quo ſolet uſu pœnitens chriſtianorum religio ad eccleſiam feſtinare, nudis veſtigijs incautos ubiq; perimerent, & ſic ipſum a Normannia regredientem e regno facilius proturbarent. Verum dete-

40 ctis eorum perfidiæ machinis repentinum domini ſui magni debellatoris formidantes aduentum, furtim fuga lapſi in quandam cuiuſdam Comitatus partem aquis pariter & ſiluiſ inaceſſibilem ſe contulerunt firmiſſimo vallo erigentes caſtrum quod propria lingua Dunelmum huncapant. Ex quo diuerſos crebrius agitan-

50 tes excuſus aliquamdiu inibi delituerunt: præſtolantes Sweni Danorum regis aduentum vel ſubuentum, quem veredarijs ad ſui auxilium conuocauerant. Eboracēſes enim per legatos aſcinerunt ad exerenda ſue nequitie infaulta commenta. Quibus iuncti armorum ſimul & ſtipendiariorum copia urbem munierunt, ſemetipſos corroborantes ad reſiſtendum: quendamq; puerum ſibi præſcientes regem ex Edwardi Regis nobilitate genus ducentem. Quorum conatus temerarios rex vt agnouit productis Normannorum copijs ad conſutandam eorum contumaciam quantocius ire per-

Latronum con-
ſpiratio.

Latronum ca-
des & fuga.

Porro duo Haroldi regis filij ſe ab eorum contubernio ſubducentes cum multis vernaculis patris adierunt regem Hybernæ nomine Dirmetum pro iuamine obtinendo. De cuius regno ipſo ſuffragante paruo tempore non minimam militum ſibi contraxere manum, & cum ſexaginta ſex nauibus Anglos oc-
 50 cius repetierunt in regione quā maximè oportuna iudicabant rapinis & incendijs, morè ſeuiffimorum piratarum terrę populū exterminantes. Quibus Brienus Endonis ducis Britanniæ minoris filius cum ſuis obuius, protinus cum eis ſub die vna duobus prælijs manum conſeruit. Cæſiſq; mille & ſeptingentis bellatoribus cum nonnullis regni proceribus, reliqui e certamine fugientes, nauium præſidio necis exitium vtrumq; euaserunt, ex charorū amiſſione permaximum Hibernienſibus reportantes luctum. Qui profeſſo omnes mortis pouacula abraſi fuiſſent, niſi nox prælium diremiſſet.

Quod rex Gulielmus regnum Angliæ sit adeptus non euentu subito, aut incerto casu, sed Dei iudicio prouido satis patet. Nam tēpore regis Edwardi orta est grauis dissensio inter ipsum regem Edwardum & Godwinum comitē Cantij, patrem s. Haraldi qui regnum tenuit post Edwardum. Sed Godwinus tandem cum rege pacificatus dedit regi obsides, filium suum Wulnothum & Haraldum filium filij sui Sweni, quos rex Edwardus transmisit in Normanniam Gulielmo duci custodiendos. Post mortem verò Godwini Haraldus petiuit a rege quatenus cum licentiā eius transfretaret in Normanniam repetiturus fratrem suum & nepotem datos obsides. Cui rex ait: ad detrimentum totius Angliæ transfretabis. Haraldus nihilominus nauem ascendens, & in Pontinum fluuiū non prospero cursu perueniens, a domino illius terræ captiuatur, & ad Gulielmum ducem Normannorū transmittitur. Post dies aliquot dux ait Haraldo. Rex Anglorū Edwardus sororius tuus, dum adhuc esset iuuenis nutritus mecum hic in Normānia, interposita fide pollicitus est, quod si Angliæ rex foret & sine prole discederet in me ius hæreditarium regni trāsterret. Tu ergo si te in hoc adnūciaturum mihi sponderis & castellum apud Doueram cum puteo aquę ad opus meum feceris: & sororē tuam vni de principibus meis dederis in vxorem, filiamq; meam Alam in coniugem te accepturum iuraueris, tunc & modò nepotem tuum, & cum in Angliā regnaturus venero, recipies incolumem fratrem tuū. Prolatis itaq; sacrosanctis reliquijs, iurauit Haraldus se cuncta quę Gulielmus dux proposuerat opere completurum. Et sic Haraldus accepto nepotē suo reuersus in Angliā, cum intra paucos dies rex Edwardus obiisset, cōtempo sacramento regni diadema suscepit. Ad quem dux Normannorū Gulielmus cum direxisset nūcium, sic respondit. Soror mea quam iuxta conditionem expetis, mortua est. Quod si corpus eius quale nunc est vult dux habere, mittam ne iudicer sacramentum violasse. Castellum Douerię & in eo puteum aquę, licet nesciam cui, expleui. Regnum quod nec dum fuit meum, quo iure potui dare vel promittere? Si de filia sua quam debui in vxorē, vt asserit, ducere agit, super regnum Angliæ mulierem extraneam inconsultis principibus ne nec debere, nec sine grandi iniuria posse adducere nouerit. Reuersus nūcius domino suo retulit hæc responsa. Quibus ille auditis, iterum ei amica familiaritate mandauit; quatenus alijs omisissis seruata fidei sponsione, saltem filiam suam vxorem duceret, alioquin promissionem successionis regni armis sibi proculdubio sciret se vindicaturum. At ipse nec illud quidem se facere velle, nec hoc formidare respondit. Vnde factum est vt dictis facta compensans, Dux Gulielmus intraret Angliam vt præfertur, & Deo sibi fauente regnum subiugaret.

*Haraldi dolus
sibi perniciosus.*

*Odonis fente: re-
ge fixo, custos
regni.*

Adueniente Quadragesima, anno domini, 1067. rex Gulielmus petijt Normanniam, ducens secum Dorobernensem Archiepiscopum Stigandum & multos de primatibus Angliæ: constituens interim fratrem suum Odonem Baiocensem episcopum, & Gulielmum filium Osborni, quem Herefordiæ comitem constituerat, custodes regni Angliæ, quibus præcepit vt castella per loca firmarent.

Circa quod tempus fundare capit Abathiam de Bello. Rediens autem de Normannia Rex Gulielmus importabile tributum Anglis imposuit. Deinde in Deuoniam profectus hostiliter Ciuitatem Excestriam sibi rebellem obsedit & infregit.

Matildis vxor regis Gulielmi consecratur in reginam Anglorum die Pentecostes ab Aldredo Eboracensi Archiepiscopo, anno gratiæ 1068.

Anno gratiæ, 1069. principes Northanhumbrorum timentes ferocitatē regis Gulielmi, assumpto secum Clitone Edgardo, Scotiam adierunt, & incitauerunt Danos qui cum ducentis quadraginta nauibus Angliam infestarunt, vnde contigit vt hinc Normannis, hinc Northanhumbris, hinc Danis Angliam incurfantibus fames præualuit in hac terra.

Anno 1070. Rex Gulielmus monasteria totius Angliæ perscrutari, & pecuniam quam ditiores Angli in eis deposuerant auferri, & in ærarium suū deferri iussit.

iussit. In consilio magno celebrato Wintoniæ iubente & præsentente Gulielmo, Alexandro Papa consentiente, Stigandus Dorobornensis Archiepiscopus degradatur tribus ex causis. Quia Episcopatum Wintoniæ cum Archiepiscopatu iniuste possidebat. Et quia viuente Archiepiscopo Roberto non solum Archiepiscopatum sumpsit, sed & eius pallio quod Cantuariæ remansit dum iniuste pulsus est ab Anglia in missarum celebratione usus est. Et post a Benedicto quem Romana ecclesia excommunicauit, eo quod apostolicam sedem inuasit, pallium suscepit. Nonnullos tam episcopos quam Abbates quos nulla euidenti causa nec consilia nec leges sæculi damnabant, honoribus suis rex Gulielmus priuauit, & usque in finem vitæ detinuit custodię mancipatos.

Stigandus cur degradatus.

10 Anno 1071. Lanfrancus Abbas Cadomensis genere Longobardus, vir vnde-
cunq; doctissimus, omnium liberalium artium diuinarumq; simul ac seculari-
um literarum scientia peritissimus, consilijs quoq; ac gubernatione rerum mun-
danarum æq; prudentissimus, die assumptionis S. Mariæ Archiepiscopus Can-
tuar. consecratur. Lanfrancus pro pallio Romam iens, peruenit ad præsentiam
Alexandri Papæ. Cui papa ad se intranti assurgens, cum ut gressum figeret dul-
citer hortatus est. Ac deinde subdens, honorem inquit, exhibuimus tibi, non
quem Archiepiscopatu tuo, sed quem magistro cuius studio sumus imbuti in
illis quæ scimus debuimus. Hinc quod ad te pertinet ob reuerentiam beati Pe-
tri te exequi par est. Residente igitur Papa, Lanfrancus progressus humiliat se
ad pedes eius, sed mox ab eo ad osculum est erectus. Reuersus in Angliam pri-
mas totius Angliæ confirmatus est. Cuius tempore per totam terram religio
quamplurimum aucta est in nouis monasteriorum edificijs. Quorum structo-
ribus ipse primum exemplum præbens ecclesiam Christi Cantuar. cum omnibus
officinis quæ infra murum sunt ipsius Curie cum ipso muro ædificauit.

*Lanfrancus quo
modo exceptus a
Papa.*

30 Anno 1072. Rex Gulielmus audito quod Comites, Morgarus, & Edwardus
Barn & Egelwinus Dunelmensis episcopus latenter in insulam Eliensem con-
fugerant, in orientali insulæ plaga omnem illis obstruxit exitum, & pontem duorum
miliariorum in occidentali fieri iussit, & omnes excepto Herewardo viro serenif-
simo, qui cum paucis per paludes euasit, sibi deditionem facere coegit, anno s.
regni sui 6. Hoc anno post Assumptionem S. Mariæ Rex Gulielmus profectus est
in Scotiam, ut eam subiugaret. Cui rex Scotorum Malcolinus in loco qui dici-
tur Abrenitici occurrit, & homagium sibi fecit.

*Scotorum rex ho-
magium facit.*

Anno 1073. Rex Anglorum Gulielmus ciuitatem quæ dicitur Cinomannus
& adiacentem provinciam maximè Anglorum adiutorio sibi subiugauit.

40 Anno 1074. Gregorius Papa 7. prius vocatus Hildebrandus celebrata syno-
do Symoniacos anathematizauit, vxoratos sacerdotes a diuino remouit offi-
cio, & laicis missam eorum audire interdixit, nouo exemplo & ut multis visum
est inconsiderato præiudicio contra sanctorum patrum sententiam: qui scrip-
serunt quod sacramenta quæ fiunt in ecclesia, Baptismus, Chrisma, corpus &
sanguis Christi spiritu sancto latenter operante eorundem sacramentorum ef-
fectum, seu per bonos seu per malos intra ecclesiam dispensentur, tam quia spi-
ritus sanctus mysticè illa viuificat, nec bonorum meritis amplificatur, nec pec-
catis malorum attenuantur. Ex qua re, tam graue oritur scandalum, ut nullius
hæresis tempore, sancta ecclesia grauiori schismate discissa sit, hijs pro iustitia,
illis contra iustitiam agentibus. Porro continetiam paucis tenentibus: aliqui-
bus eam modò causa quæstus, ac iactantiæ simulantibus, multis incontinentiæ
periurio aut multipliciori adulterio cumulantibus, adhuc hac oportunitate
laicis insurgentibus contra sacros ordines, & se ab omni ecclesiastica subiecti-
one excutientibus, laici sacrosancta mysteria temerant, & de hijs disputant, in-
fantes baptizant, sordido humore aurium pro sacro oleo & crismate vtentes
in extremo vitæ viaticum dominicum & vsitatum ecclesiæ obsequium sepulture,
a presbyteris coniugatis accipere paruipendunt, decimas presbyteris deputa-
tas igni cremant, & ut in vno cetera perpendas, laici corpus domini a presby-
teris coniugatis consecratum, sæpe pedibus conculcauerunt, & sanguinem do-
mini voluntariè effuderunt.

*Hildebrandi
decreta scanda-
lum generabant*

Herefordensis Comes Rogerus filius Gulielmi contra præceptum regis Comiti Estanglorum Radulpho sororem suam coniugem tradidit, nuptiasq; cum plurima multitudine optimatum, in Cantebrigienſi prouincia in loco qui dicitur Ixingham, celebrantes magnam coniurationem plurimis assentientibus contra regem Gulielmum ibi fecerunt, comitemq; Waltheofum suis insidijs præuentum secum coniurare compulerunt. Qui mox ut potuit Lanfrancū Archiepiscopum adiit: poenitentiamq; ab eo pro facto sacramento licet non sponte suscepit humiliter, eiusq; consilio regem Gulielmum in Normannia petijt, eiq; rem ex ordine gestam pandens, illius misericordiæ vltro se dedit. Herefordensi vero Comiti ne trans Sabrinam Rodulpho occurreret restitit Wolstanus Wigornienſis episcopus, & Egelwinus Euſhamenſis cum Vrlone vicecomite Wigornie & Waltero de Laceio. Odo verò Baiocenſis episcopus frater regis & Gaufridus Constantienſis Episcopus Radulfum ad minorem Britanniam cum exercitu fugere compulerunt.

*Waltheofus con
spiracionem
Gul. pandit.*

*Gul. penam de
conſurati ſu-
mit.*

Rex autem Gulielmus reuerſus de Normannia eorum qui in illum coniu-
rauerant quosdam exlegauit, quosdam erutis oculis, vel manibus truncatis
deturpauit. Comitem vero Waltheophum indignè iuſſit decapitari. Cuius cor-
pus ex poſtè terra leuatum magno cum honore Cruland ſepeliendū deporta-
tur, vbi prodentibus miraculis ſe cum Chriſto regnare manifeſtè declarat. Poſt
hæc rex Guliel in Britanniam minorem tranſiens caſtellū Rodulphi Comitis,
quod Dol dicitur tam diu obſedit, donec rex Francorum Philippus illum inde
fugaret. Acta, anno Chriſti. 1075.

Robertus Curthoſe Gulielmi Regis primogenitus eò quòd Normanniam
quam ante conqueſtum Angliæ, coram rege Francorū dederat, poſſidere non
licebat, Franciam adiit, & auxilio Philippi regis in Normannia magnas fre-
quenter prædas agebat, & patri ſuo non paruam moleſtiam inferebat ſub an-
nis. 1076. & 1077.

*Gul. a filio Gul-
meratus.*

*ad vniuersum
regnum.*

Anno 1079. Rex Gulielmus pugnando cum Roberto filio ſuo vulneratus eſt
ab ipſo in brachio & deſectus ab emiſſario. Sed Robertus mox ut vocem illius
audiuit, feſtinus deſcendit, & illum ſuum caballum iuſſit aſcendere, & ſic abire
permisit. Ille autem multis ſuorum occiſis nonnulliq; captis, ac filio ſuo Gu-
lielmo vulnerato cum multis fugam iniit. Maledixit igitur Rex Roberto filio
ſuo, quam maledictionem antequam moriretur euidenter perpeſſus eſt.

Anno 1080. Rex Gulielmus Walliam ſibi ſubdidit, & Odonem episcopum
Baiocenſem fratrem ſuum in carcere poſuit.

*Henricus
ſecondus
regem Angliæ
ſubditiſſimum.*

Anno 1087. Rex Gulielmus miſit iuſticiarios ſuos per vnamquamq; Schi-
ram Angliæ, & per iuſticiandum fecit inquirere quot hidæ, id eſt, iugera vni a-
ratro ſufficientia per annum eſſent in vnaqua; villa, & quot animalia: fecit &
inquiri quid vnaqua; vrbs, caſtellum, vicus, villa, flumen, palus, ſilua redderet
per annū. Et omnia in chartis ſcripta, delata ſunt ad regem & in Theſauros re-
poſita vbi vſq; hodie ſeruantur.

*Gul. moriens
ſua diſponit.*

Anno 1088. Rex Gulielmus regnum deuſtans Franciæ, Caſtrū nobile quod
vocatur Maante combuſſit, & eccleſias quæ ibi erant & plebem multam & du-
os ſanctos Anachoritas igni tradidit, quibus viſum non fuit, & in tanto pericu-
lo deferere cellas ſuas. Sed in ipſo redditu dirus dolor viſcerum apprehendit
illum. Cum autem diem ſibi mortis imminere ſenſiſſet, fratrem ſuum Odonem
Baiocenſem episcopū & omnes quos in Anglia vel Normannia tenebat in vin-
culis relaxabat. Terras vero ſuas ſic diuiſit. Roberto primogenito ſuo Normā-
niam. Gulielmo ſecundo filio ſuo Angliæ Monarchiam. Henrico Theſauri copi-
am. Pro quo cum Robertus vendidiſſet ei partem Normanniæ, Theſauro habito,
quod ei vèdiderat abſtulit. Rex igitur Gulielmus poſtquā genti Anglorum
præſuiſſet viginti annis decem menſibus & 27. diebus, quinto Idus Septēbris
die Iouis regnum cum vita reliquit, & Cadomi in eccleſiā S. Stephani quam ip-
ſe a fundamentis conſtruxerat, ſepultus requieſcit. Vxor verò ſua Matildis, Ab-
baciā S. Monalium ibidem conſtruxit, vbi & ipſe requieſcit. Hæc fuerat filia
Baldewini comitis Flandrenſis.

Gu-

Gulielmus dictus Rufus regis Gulielmi filius Angliam adiit festinanter ducens secum Wulnotheum & Morcharum quos laxauerat pater suus. Sed mox ut venit Wintoniam eos custodire mancipauit. Sexto verò Kalend. Octobris die dominico in Westmonasterio a Lanfranco Archiepiscopo consecratus est in regē. Hoc anno inter primates Angliæ oritur magna discordia. Pars enim nobilior Normānorum fauebat regi Gulielmo, sed minima: pars verò altera Roberto comiti. Sed maxima cupiens hūc sibi assiscere in regnum, fratrem verò aut fratri viuum tradere, aut regno priuare peremptum. Itaq; res eò perducta est ut partes essent ad conflictum paratæ. Sed pater reuerendus Wulstanus, iam quodam modo alter Moyses, parat se viriliter staturus pro populo & ciuitate sua, pro imminente periculo fundens precamina, exhortans quosq; ne desperent de deo, qui non pugnat gladio neq; hasta. Normanni igitur rogant sanctū Wulstanum episcopum, ut ab ecclesia ad eos transiret in castellum. Ipse verò pro regis fidelitate, petitioni eorum acquieuit. Castellani igitur atque ciues, licentia episcopi occurrunt hostibus trans Sabrinam. Quibus inquit: Ite filij, ite in pace, ite securi cum dei benedictione & nostra. Confidens ego in domino spondeo, vobis hodie gladius nō nocebit. Alacres ergo omnes vnanimiter occurrunt hostibus. Hostes verò contumaciter spernentes mandata pontificis in terram ipsius posuerunt incendia. Vnde a circumstantibus coactus episcopus, grauē eos percussit anathemate. Res miranda & dei virtus, & viri bonitas. Nam statim hostes tanta membrorum percutiuntur debilitate, tanta oculorum attenuantur cecitate, ut vix arma valerent ferre, nec socios, nec hostes agnoscere, ceduntur pedites, capiuntur milites. Cæteris fuga elapsis, regis fideles sine vlla diminutione suorum remeant ad propria, gratias Deo & Episcopo referentes.

Anno 1090. Rex Gulielmus regni sui vlcisci paratus iniurias, quas frater suus Robertus intulerat muneribus datis, acquisiuit sibi Castellum sancti Walerici & Albamarle & On & Fiscamium. Comes verò Robertus suorum infidelitate cognita, regem Francorum Philippum in Normanniam venire fecit. Sed a Gulielmo Rege non modica pecuniæ data quantitate in Franciam remeavit.

Anno 1091. Rex Anglorum Gulielmus cum fratre suo Roberto fecit concordiam, eo tamen pacto ut castra illa quæ frater ab eo acquisierat regi remanerent. Hoc enim statuerunt inter se, si alter sine hærede moriretur, hæreditas defuncti superstiti remaneret. Post hæc simul venientes in Angliam, regem Scotorum Malcolinum compulerunt obedire Regi Gulielmo sicut obedierat patri suo, & Rex Gulielmus 12. villas quas in Anglia sub patre suo habuerat, Malcolino redderet, & 12. marcas auri singulis annis daret. Anno sequenti Rex Gulielmus profectus Northumbriam ciuitatem Cærlæ, restaurauit, quæ a Danis Paganis ante ducentos annos diruta, vsque ad id tempus mansit deserta.

Anno 1093. Rex Gulielmus decidit in langorem, ut putaret se moriturum. Vnde de cætero vitam suam corrigere, ecclesiam non amplius vendere, nec ad censum ponere, sed illas regia tueri potestate, rectasq; leges statuere Deo promisit. Igitur Anselmo Beccensi Abbati, suadentibus sibi suis Baronibus 4. anno oppressionis ecclesiæ Anglicanæ Dorobernensem Archiepiscopatum concessit. Et Cancellario suo Roberto Bloet, dedit Lincolnæ præsulatum.

Anno 1095. vir vitæ venerabilis sanctus Wulstanus episcopus Wigorniensis migravit è sæculo. Anno a primo die sæculi certa scripturæ ratione, 5219. Cuius transitus hora apparuit amico suo, quem specialiter dilexerat Roberto Herefordensi episcopo in villa quæ Crekelade dicitur, illiq; ad se tumultandum, Wigorniam properare mandauit. Anulum enim suum cum quo pontificalem susceperat benedictionem, neminem passus est digito extrahere, ne post mortem suam suos videretur fallere, quibus prædixerat sapissimè, nec illum se vita comite velle perdere, nec etiam sepulturæ suæ die.

Northumbrensis comes Robertus de Mulbraio & Gulielmus de Auco, cum multis alijs, regem Gulielmū conati sunt regno vitæq; priuare, & Stephanū de

Wulstani Gir-
tui.

Concordia regis
cum fratre.

Anselmo datur
Archiep. Cant.

Wulstani mors.

*Albamarlus re-
bellans capitur.*

Albamarlú filium amitæ illius regem constituere. Sed rex congregato exercitu castella eius obsedit, milites illius cepit, & ipse a Monasterio S. Oswini quo fugerat a militibus regis captus est & in custodia positus. Rex igitur non multo post illum ad Bamburgh castellum s. ipsius Comitis duci iussit, & oculos eius erui, nisi vxor eius & propinquus eius Moreal Castellum redderét. Qua necessitate compulsi Castellum reddiderunt. Robertus autem Comes ad Windelshoram ductus est, forti custodię mancipandus. Moreal verò factę traditionis causam regi detexit.

Parthenius ab-

Anno 1096. in octauis Epiphanię apud Sarisburiam rex Gulielmus tenuit consilium, in quo iussit Gulielmi de Anco in duello victi oculos eruere, & testiculos abscindere, & dapiferum illius Gulielmum de Alderi filium amitę illius suspendi. Comitem Odonę de Campania, prædicti Stephani patrem, & quosdam alios traditionis participes in custodiam posuit.

Eo tempore instante magna peregrinatione Ierosolimitana Robertus Dux Normannorum missis in Angliam nuncijs, petijt a Gulielmo rege fratre suo, vt præstaret sibi peregrinato 10. millia marcarum argenti, & ab eo Normanniam in vadimonium acciperet. Qui mox petitioni eius satisfacere cupiens, accommodata a maioribus Anglię non modica pecunia, mense Septēbri mare transijt, & sex millia sexcenta sex illi præstitit, & ab eo Normanniam vadem accepit.

*Christianorum
elades.*

Anno 1097. Primum bellum christianorum fuit ad pontem Pharphar fluminis 9. Kal. Martij. Secundum apud Niceam, quam & ceperunt 13. Kal. Iulij, ceperunt & Laodiciani. Cum verò essent plus quam 300. millia armatorum tanta eis suppetebat copia, vt aries vno nummo, bos vix 12. nummis venderetur. Cum igitur post 7. ebdomadas & tres dies, inde Antiochiam tenderent diuiso exercitu, circumdederunt vnū eorum exercitum, 360. millia equitum, & Arabes quorum non erat numerus. Mittitur ergo ad alium exercitū, & bellum geritur horrendum nimis, in quo christiani vehementer attriti sunt. Quibus iam fugam meditantibus occurrit Robertus Dux Normannię, clamans magna voce. Quo milites? quo fugitis? Equi eorum sunt nostris velociore, melius est enim bene mori quā malē euadere, me sequāmini. Dixerat, & in quendam paganorum regem lancię suę direxit aciem, quę lignū, & æs, & corpus æquē diffudit. Strāuitq; secundum & tertium. Qua occasione cæteris principibus ministravit animum & audendi fortia dedit exemplum. Vnde factum est vt christiani victoria potirentur, licet damnosa, mensis Iulij die 1. Inde progredientes ceperunt plurimas ciuitates. Tandem venerunt ad pontem ferreū & Antiochiam quę caput est Syrię 12. Kal. Nouembris obsiderunt. In Februario congregato mirabili paganorum exercitu ad pontem ferreum apud castellum Areth, christiani sex acies in eos direxerunt. Sed maxima vis paganorum eos inuasit tam acriter vt paulatim iam cederent. At Boamundus bellorum arbiter, Robertus et filius Gerardi signifer, velut Leones prouunt in hostes. Dux igitur Normannorum gladio caput cuiusdam magni viri, & dētes, & collum & humeros vsq; in pectora diffudit. Dux Godfridus quendam medium secavit. Cum igitur pars terrę cecidisset, partem aliam domini sui ferebat equus inter paganos. Quo monstro perterriti simul cuncti fugientes in iram damnationis abierunt.

*Christiani vi-
ctoria potiuntur.*

*Godfridi ferri-
tudo.*

Ortum, vitam & promocionem Beccensis Ab-

batis in Archiepiscopum Cantuaria sequentia edocebunt.

Anselmus genere Longobardus, Augustę ciuitatis indigena, a puero literas edoctus, cum literis bonos imbibit mores, studens in hoc firmare propositum, ne ab honesto reflecteret animum. Transcendens iuga Alpium, in Gallia liberalibus disciplinis studuit per triennium. Inde transiens in Normanniam adhæsit Lanfranco Priori Beccensi, scholas publicas regenti tunc temporis, permissu vel iussu Abbatis Herlewini. Sanam cuius doctri-

doctrinam attendens, & mundialibus curis ex toto renunciatis, habitum Monachalem suscepit, 27. ætatis agens annū. Quos imitari debuerat, bonis operibus iugiter inhærendo, cura sollicitiore præuenit. Et cum in claustro iam cōtinuum transgisset triennium, Lanfrancus primo Cadomēsis Abbas effectus, post Dorobernensis Antilles consecratus, in prioratu Beccensi successorem reliquit Anselmum, qui postea vnanimi consensu fratrum, electus est in Abbatem loci prædicti. Ex post vt supra retulimus post decessum Lanfranci, in Archiepiscopum Cantuariæ sublimatus est, procurante rege Gulielmo, anno ætatis sue 60. Rex Gulielmus conualecens corpore de infirmitate, ægrotare cepit in anima. Nam in proprijs facultatibus dispergendis effusior, alienas perscrutari nō desistit. Petijt igitur ab Archiepisc. mille libras argenteorū fiscalibus cōmodis applicandas, causam allegans vt sibi videbatur iustissimā, quoniā gratis in promotione sua promptū præbuisset assensum. Archiepiscopus verò trahēs ad indifferentiam, ante promotionem vel post, ob talem causam numerare pecuniā pari sententia ferendum decreuit vtrumq;. Sed quia regis saccos implere nō poterat, nisi prius bonam conscientiam euacuasset, elegit potius regis indignationem incurrere, quā dispendium famæ: quā periculum animæ, quā confusionem impofterum, quā imprecationem multorū in ecclesia Dei subire. Non multo post cum maxima difficultate vix obtenta a rege licentia non licentiosa recessit a Curia. Nam si propositis Euangelijs, reprimmitteret se nec Apostolorum limina visitaturum, nec pro quouis negotio Romanæ sedis audientiam appellaturum, tum poterat & suis atq; suorū rebus cum omni tranquillitate prospicere, poterat & regni maiorib; in omni dominatione præesse. Sin autem poterat transire, sed sine spe reuertendi recedere. Discedens Archiepiscopus venit ad mare. Ascensuro nauem apud Doueriam, accurrit Gulielmus Warwast irreuerenter, & pecuniā non in ore sacerdotum solummodo, sed in ipsius Archiepiscopi manicis & clitellis, improbus perscrutator perquirēs: sed non inuento quod quesierat, sollicitudinem suam delusam vidit. Sed in hijs iniurijs, nec sic ab Archiepiscopo vel verbum amaritudinis, vel signum offensionis potuit extorquere. Transfretationē eius illico apparitores potestatis prosequuntur, ecclesiæ bona fiscalibus ratiocinijs per totam regionē addicentes. Limina visitans apostolorū ab Urbano Papa maximo cum honore receptus est Laterani. Cum quo postmodū in Barensi consilio, Græcorum a fide catholica dissidentium confutauit errorem. Habito Romæ consilio quo rursus idem Papa resedit Urbanus, interfuit, in quo laicos inuesturas ecclesiarum more pristino conferentes, & eas accipientes a laicis, & taliter post adeptum honorē munus consecrationis impendere præsumentes, a communione fidelium synodalis auctoritas decreuit extorres. A consilio rediens Archiepiscopus, dum exilium æquanimiter Lugduni subiret, effluxit triennium, propē cuius finem, rex Gulielmus vitæ fecit finem. Cui frater suus Henricus successit in regno. Qui mox reuocauit Archiepiscopum, & liberam rerum suarū administrationem habere permisit. Sed tamen vt debitā libertatem ecclesijs conseruaret, per duos annos & dimidium grauissimis affectus est iniurijs. Nam bonis suis denuo cōfiscatis annus elapsus est & dimidijs. Ipse interim Lugduni moram traxit, vbi quasi in quadam schola virtutum prædens, magisterio sanctę conuersationis enituit. Postmodum Archiepiscopus a rege rogatus intrauit Normanniā. Cum autem Becci rex & Archiepiscopus conuenissent, sub audientia virorum illustriū, tanquam in iure professus est rex, se nihil iuris vel sibi vel hæredibus impofterū in ecclesiarū inuestituris vendicaturū, nec in electionibus faciendis aliquid aliud quā solum assensum, sicut sacrorū canonum censura præscribit. Quibus sic pacificatis Archiepiscopus regressus est in Angliā & in bona quiete consenuit.

Rex Guliel. dum in noua foresta venaretur, venit ei nuncius a Cenomannia dicens ei familiā suā ibi obsideri. Illico rex ad mare veniens, naues introijt. Cui nauclerus & Nautæ. Cur regum fortissime intolierabili tempestate maris alta laceßis? & mortis imminens periculum non formidas? Quibus Rex, de Rege submerso fluctibus sermonem non audiui: quin potius soluite reti-

*Anselmi origo.**Anselmus transfretat.**Papa Anselmum humaniter tractat.**Anselmus restituitur.*

macula nauium & videbitis elementa conspirare ad meum obsequium. Ergo mare transiens spreto periculo, nihil dum viueret egit, vnde tantam famiam haberet. Cenomanniam veniens Heliam Consulem qui cum suis urbem obsederat cepit, fugatis reliquis. Adducto Helia coram se ludibundus ait. Habeo te magister. At ille: fortuito me cepisti. Sed si possem euadere, noui quid facerem. Hoc autem dixit propter paucitatem militum regionum. Tunc rex iratus: Abi inquit, fuge, concedo ut facias quodcumque volueris siue poteris. Hoc autem dixit ut readunaret exercitum. Sed nec ille fuit ausus redire cum exercitu, quamuis plures haberet milites quam rex habebat, nec exercitus manus conferere cum rege furente. Hijs ita gestis rex in Angliam est reuersus.

*Antiochia a
christianis ca-
pitur.*

Anno 1098. Christiani obsessa Antiochia in tantum attenuati sunt propter omnium rerum penuriam, ut in toto exercitu vix centum boni equi inuenirentur. Et tamen quamuis ex desperatione multi sese subtraxerunt, multiq; repatriauerunt 9. tamen mense obsidionis 3. Nonas Iunij, capta Antiochia, Christiani a paganis versa vice obsessi, tanta fame sunt afflicti, ut vix aliqui ab humanis carnibus abstinerent. Sed confortati a deo per inuentam ipsius lanceam, S. Andrea Apostolo reuelante in ecclesia beati Petri, ipsa lancea eos precedente, occurrunt obsessoribus, & Cirbaram principem militum aliosq; fugantes occisis multis millibus plenam victoriam reportarunt, 4. Kal. Iulij. Commissa Antiochia Duci Boemundo, christiani propter discordiam principum in Syriam profecti, expugnata Marra & Barra, ibi rursus fame afflicti sunt, ut corpora Saracenorum iam fetantia comedere sunt compulsi.

*Ierusalem san-
guine Paganorum
fluit.*

Anno 1099. exercitus Dei peruenit Ierosolimam, eamq; obsidentes Christiani, cum laborarent pro victus, & maxime pro aquæ penuria: omnes ex communi decreto nudis pedibus orando quotidie circuibant urbem. Octauo igitur talis humiliationis die, obsidionis autem 39. capta est Ierusalem Idus Iulij sexta feria, & in templo Solomonis, & in porticu eius, christiani cum paganis bello conferto, tot incredulos occiderunt, ut in sanguine occisorum, pene ad equorum genua equitarent. Civitate igitur ordinata: & principibus de reditu iam agentibus, ecce Turcæ occurrunt cum centum millibus equitum, & quadringentis millibus peditum. Quibus cum occurrisset exercitus domini, cum non pluribus quam quinque millibus equitum, & 15. millibus peditum, Saraceni solo christianorum impetu territi, omnes proiectis armis fugerunt. Et hoc octauo bello 4. Kal. Augusti, cæsa sunt centum millia paganorum. In porta verò Ascalome ubi bellum commissum fuerat ad duo millia suffocati sunt.

*Guliel. sagitta
cæsus.*

Rex Anglorum Guliel, anno dom. 1100. dum in noua foresta venaretur in die S. Petri ad vincula, a Gualtero Tirel, sagitta percussus occubuit, & Wintonie sepultus est in ecclesia S. Petri.

Henricus frater regis Gulielmi consecratus est rex Anglorum apud Westmonasterium a Mauritio Londinensi episcopo, Nonis Augusti, cum quo Thomas archiepisc. Eboracensis coronam capiti regis imposuit.

Godfridus princeps Ierosolimorum & dux Lothariensium diem clausit extremum.

Henricus Rex Anglorum uxorem duxit Matildam filiam Malcolini Regis Scottorum.

Anno Christi 1101. Robertus dux Normanniæ regressus de peregrinatione Ierosolimitana, venit in Angliam, & regis prudentia condonauit regi tria millia marcarum quæ sibi rex debebat annuatim.

Anno Christi 1104. Gulielmus Comes Moritonienensis exhereditatus ab Anglia causa perfidiæ, discessit in Normanniam, & hominibus regis Henrici bellum intulit calamitate refertum.

Anno 1106. rex Henricus transiens in Normanniam ferè subiugauit omnes principes Normannorum, exceptis Roberto de Belesmo, Gulielmo de Moritonia & paucis alijs.

Rex Henricus Beccuni venit, ubi ipse & Anselmus Archiepiscopus in vnum conuenerunt, & tandem omnia quæ in diuersa traxerant, pacem & concordiam in-

10

20

30

40

50

inuenerunt, & idē Archiepiscopus iussu & rogatu regis Angliæ redijt in Angliā.

Congregato exercitu rex Anglorum Henricus quoddam Castrum Comitis de Moritonia quod vocatur Tenerchebray perrexit & obsedit. Interim venit dux Robertus frater regis super eum cum exercitu in vigilia S. Michaelis, & cū eo Robertus de Belesino, & Comes Gulielmus de Moritonia, vbi concito pugnatum est, sed victoria regi fuit. Nam illic captus est dux Robertus Normanniæ comes de Moritonia, Robertus de Belesino in fugam versus est, & plures alij capti sunt. Igitur Normānia sub regia disposita potestate, Duceq; Roberto Normannorum & Comite Moritonij Gulielmo sub captione præmissis
10 in Angliam, ipse ante Pascha in regnum reuersus est.

Anno 1110. rex Henricus Abbathiam Eliensem ad Episcopalem mutauit sedem, & Herueum præfecit ibidē. Rex Francorū & auxiliarij sui hostiliter uenerunt in Normanniam, vbi cum vna nocte mansissent, formidantes regis aduentum properē recesserunt.

Anno Christi 1118. regis Francorum & regis Anglorum longa concertatio grauissimē regem vexauit vtrumq; donec Baldewinus Comes Flandriæ apud On lethaliter vulneratus est.

Anno Christi, 1119. rex Anglorum Henricus pugnavit contra regem Francorum. In quo bello Gulielmus Crispinus miles magnanimus, regis Henrici
20 caput bis gladio percussit, ita vt sanguis prorumperet. Vnderex commotus percussorem suum ita repercutit vt equitem & equū prosterneret mole icrus, qui mox ante pedes regis captus est. Franci verò horrore inspirato liquefacti: terga dedere. Henricus autem rex perstitit in campo victor.

Regni Ierosolimitani principes directis nuntijs Fulconem Andegauensium comitem sollicitauerunt, quatenus loca dominicæ passionis adiret, accepturus uxorem filiam regis Baldwini, quam vnicam & hæredem reliquerat. Quibus adquiescens Comes filio suo Gaufrido Plantagenet hæreditatem reliquit. Ierosolimam venit, super solium David regis in Ierusalem collocatus est, Christi crucis inimicos attriuit. Quod igitur incepit, viriliter sui successores tempore
30 suppleuerunt. Quorum strenuitas ordine successorio gubernacula regni Ierosolimitani nancicens & Ydumeorum compescuit ferocitatem, et Babilonem factam rebellem sub ditione redegit, & Alexandriam reddidit tributariam: & in nominis sui celebritate, totius populos orientis effecit attonitos.

Mortua Matilda Regina rex Henricus duxit Adelizam filiam ducis Louanniæ. Quæ a Radulpho Cantuariensi Archiepiscopo consecrata est apud Win-
delischoram, anno 1120.

Eodem anno, Gulielmus filius regis primogenitus submersus est cum multis nobilibus. Hic iactitauerat quod si dominium super Anglos aliquando acciperet, eos quasi boues ad aratrum trahere faceret. Sub hoc tempore rex Hen-
40 ricus maritauit Matildam filiam suam Henrico 4. Teutonico imperatori.

Circa an. dom. 1123. Ordo Templariorum incepit. Hij nempe congregati ex reliquijs hospitaliorum sedem sibi statuerūt in porticu templi Ierosolimitani: qua de re vocati sunt milites templi. Qui ex reliquijs hospitaliorū in cibis & armis sustentati, ad tantam rerū opulentiam deuenerunt, vt filia ditata matrem videretur supergredi & suffocare. Qui tandem ob ignominiosam Apostasiam in Christum & blasphemiam, circa annū gratiæ, 1312. sub papa Clemente 5. deleti sunt.

Anno Christi, 1125. Henricus 4. obiit Alemanniæ imperator. De quo quidam dicunt quod postquam incarcerationem patrem suum carnalem, & patrē spirituale Papam cum Cardinalibus, tandem ad cor rediens, vltroneus exul factus est, dimissa clam uxore sua Matilde Anglica: heremiticam vitam duxit apud Celtriam per decennium. Quo sic digresso latenter, Matildis imperatrix ad patrem suum regem Henricum in Normanniā redijt. Vbi cito copulata est Galfrido Plāragenet comiti Andegauia, de quo suscepit Henricum 2. postmodum regem Anglorum. Alij verò dicunt quod præfatus Henricus imperator Alemanniæ sepultus sit apud Spiram cum suis progenitoribus cum hoc Epi-
50 taphio.

*Gulielmi Villæ-
ria.*

Henrici magnanimi.

*Gul. regis filius
submergitur.*

*Templarij dele-
ti.*

*Imperatoris
mors.*

taphio. Filius hic, pater hic, auus hic, proauus iacet istic. Primates Angliæ iura-
uerunt imperatrici, & primus inter omnes Stephanus comes Boloniæ.

Anno 1127. Galfridus Plantagenet comes Andegauorum duxit imperatri-
cem Matildem.

Anno 1129. Mortuo Flandrensi comite Karolo, Henricus rex Angliæ de be-
neplacito regis Franciæ successit iure consanguinitatis.

Anno 1133. Robertus Curthofe quondam dux Normanniæ & frater regis
obiit apud Kardif.

Anno 1134. natus est Cenomanniæ Henricus primogenitus, Galfridi Plan-
tagenet comitis Andegauorū & Matildis imperatricis. Quo audito rex Henri-
cus conuocatis regni sui principibus, filiam suam & hæredes filiæ suæ sibi insti-
tuit successores, super hoc sibi præstito a regni maioribus iuramento. Step-
hanus filius Ale sororis suæ apud Westmonasterium post præstitit sacramentum.

Henrici mors.

Anno 1135. Henricus rex Anglorum cum regnasset annis 35. & mensibus
4. decessit apud S. Dionisium in silua Leonum, & in Angliā sepultus est apud
Radingum. Nomina Castellorum quæ in Normannia ex integro fecit Henri-
cus Rex in margine ipsius prouinciæ sunt ista. Drincurtus nouum mercatum,
Vernolium, Nonanticurtis, Bomunlius, Colun mons, Pons Versoms: fecit &
castrum S. Dionisij in silua Leonum, Vallem Rodullij, Turrim Ebroicarū, Tur-
rim Osteriarum, Turrim Aleno. Turrem S. Iohannis iuxta montem S. Michaelis,
Monasterium Radingarum fecit in Angliā, Monasterium Canonicorum apud
Circestre, Monasterium de Prato apud Rhotomagum, Monasterium de
mortuo mari.

*Qua castra
struxit.*

*Stephani coro-
natio.*

Stephanus comes Boloniæ audita morte regis Henrici auunculi sui, trāsffe-
tauit in Angliam, & a Gulielmo Cantuariensi Archiepiscopo consecratur in re-
gem apud Londoniam. Hugo nempe Bigod veniens in Angliam qui fuerat se-
nescallus regis, corā Archiepiscopo Cantuar. sacramento probauit, quod dum
rex Henricus ageret in extremis, ortis quibusdam inimicitijs inter ipsum &
imperatricem, ipsam exhæredauit, & Stephanum Boloniæ Comitem hæredem
instituit. Gulielmus igitur Cantuar. Archiepiscopus nimis credulus verbis
Senescalli, Stephanum Moritonij comitem consecrauit in regem apud West-
monasterium vt præfertur.

Anno 1136. Imperatrix Castella quædam in Normannia post mortē regis G.
Argentonum & Danufrunt cepit.

*Stephani libe-
ralitas.*

Stephanus rex in Paschalibus diebus apud Westmonasteriū consilium con-
gregauit, fidelitates exegit, regis Henrici Thesauris non pepercit, in munerum
largitione nimis effusus. Stephanus rex duxit exercitum apud Excestriam, quā
obfedit & cepit, Baldewinum de Rimeres exhæredauit.

Anno 1137. Stephanus rex transijt in Normanniam & foedus iniit cum re-
ge Francorum. Galfridus comes Andegauensis ingressus Normanniam Regi
Stephano treugas dedit, accipiens ab eo duo millia marcarum argenti singulis
annis per tres annos.

Anno 1138. David rex Scotorum innumerabilem congregauit exercitum
tendens in Angliam, & terram vsq; ad flumen Teyse cremando, cedendo, gra-
uidas findendo, vastauit. Thurstanus Eboracensis Archiepiscopus auxilio Nor-
thanubrorum ei relictis apud Aluerton vbi duodecim millia Scotorum
sunt occisa.

*Stephanus ca-
pitur.*

Anno 1139. Rex Stephanus cepit episcopos Sarum & Lyncolnæ, quoniam
ipsi castella sua reddere noluerunt. Sequenti anno rex Stephanus obfedit Lyn-
colniam. Cum autem die Purificationis rex ad missam cereum suum offerret,
confractus est paxis & cecidit super altare cum corpore Christi. Captusq; est eo
die rex & ductus ad imperatricem, quæ dudum sollicitata fuerat venire in An-
gliā, a quibusdā proceribus regni, & positus est rex in custodia apud Bristow.
Imperatrix a Londoniensibus in dominam est recepta. Vbi Regina Angliæ
coniunx regis Stephani eam interpellauit, vt rex absolui posset ea conditione,
vt regno imperatrici reddito, rex alicubi posset monachari, at perpetuò pere-
gri-

grinari. Sed non est exaudita. Interpellata est enim a ciuibus Londoniarum, vt liceret eis vti legibus S. Edwardi, & non legibus patris sui Henrici, quia graues erant. Sed illa non adqueuit. Et idcirco a Londoniensibus est expulsa. Illa vero, anno 1141. assumpto secum auunculo suo Danide rege Scotorum, obsedit turrim episcopi Winton. vbi frater regis erat. Sed superueniente regina cum Gulielmo Yprensi, imperatrix tanto timore resoluta est, vt feretro imposita ac si cadauer esset, equis deferentibus ad urbem Glouernie delata est. Et interim frater eius comes Robertus in exaltatione sancte crucis captus est. Habita, pro inde mutua compensatione compeditorum, hinc rex, hinc comes a vinculis absoluti liberi recesserunt.

*Imperatrix
fugit.*

10 Rex Stephanus obsedit imperatricem apud Oxenford a festo Michaelis vsque ad natale domini. Illa vero obsidionis diutine impatiens, occasionem fuge ex temporis qualitate nacta, noctis & niuis beneficio, in veste alba Tamesim fluuiam crassa glacie transijt superstratum.

Anno 1142. Lucius Papa misit pallium Henrico Wintoniensi Episcopo cui proposuerat assignare septem Episcopos. Sed morte praeuentus quod proposuerat non perfecit, nempe non amplius quam duodecim mensibus vixit in Papatu.

20 Anno 1143. Godfridus comes Andegauensis, receptus Rhotomagi, turrim obsedit & cepit, & ex tunc dux Normannorum appellatus est.

Anno 1146. Rex Stephanus cepit in curia sua Ranulphum comitem Cestrie, nec liberari potuit donec castrum Lincolnie reddidisset. Et ex post rex Stephanus Lincolnie coronatur.

Anno 1148. Lodowicus rex Francorum de Ierusalem est regressus. Cui cum quidam clericus Papale priuilegium attulisset, quod in omni Cathedrali ecclesia regni sui primam vacaturam haberet, cum fructibus medio tempore prouenientibus: ille confestim combussit literas, dicens se malle tales comburere literas, quam animam suam in inferno torqueri.

*Littera Papa
combusta.*

30 Anno 1150. Buerso monasteriolo quod tribus annis obsessum fuerat, Galfridus Plantagenet reddidit ducatum Normannie Henrico filio suo & Matildis imperatrici.

Lodowicus Rex Francie accepit homagium Henrici filij Galfridi Plantagenet de ducatu Normannie & comitatu Andegannie. Dum Galfridus Plantagenet comes Andegauorum rediret Parisio a curia, concessit in fata apud castrum Lidij, & sepultus est Cenomannis in ecclesia S. Iuliani.

40 Anno 1151. celebratum est diuortium inter regem Francorum & reginam Alienoram. Quam confestim Henricus Dux Normannorum & comes Andegauorum accepit in coniugem. Et sic factus est ratione coniugis dux Aquitannorum. Anno 1152. Henricus dux Normannorum cum manu valida intrauit Angliam. Anno 1153. euenit quod minime credebatur. Siquidem ducem Normannorum Henricum, Rex Stephanus in filium arrogauit, eiq; & in eum ius transulit, & potestatem, sibi quoad vixerit regie dignitatis solam imaginem reseruauit. Et si propheticum illud attenderis, iam se induit genitore, iam ducem arrogauit in filium. Et vt pax vberior vigeret in Anglia, munitiones de nouo fundate destructe sunt ad numerum 1115.

*Stephanus ducem
Normannorum
haredem
instituit.*

50 Anno 1153. Rex Stephanus obiit 8. Kalend. Nouembris, & sepultus est apud Feueresham monasterium quod ipse a fundamentis construxit. Quo audito Dux Normannie Henricus ascensu ratibus apud Barbe fluuium, & inde Angliam veniens, die dominica ante Natale domini apud Westmonasterium electus est ab omnibus in regem, inunctus est a Theobaldo Archiepiscopo, presente Archiepiscopo Eborum, & alijs episcopis Anglie, Rogerus Eborum Archiepiscopus manum non apposuit. Henricus Wintoniensis episcopus absq; licentia regis recessit ab Anglia, ideoq; diruta sunt eius sex Castella. Natus est Henricus regis primogenitus.

*Henricus coro-
natur.*

Anno 1156. Rex Henricus transfretus apud Douerum, applicuit apud Widsande. Ad quem venit Rhotomagi, Theodoricus comes Flandrie & Comitissa

E. iiii.

Sibilla

Sibilla regis Amita. Rex Henricus cepit Castellum Mirabellum & Chinonem longa oblidione, Lofdunū verò redditum fuit ei. Regina Alienora peperit filiam quam vocauit Matildam. Anno sequenti Regina Alienora peperit filium quem vocauit Richardum. Henricus rex transfretauit in Angliā, & Malcolinus rex Scotorum reddidit ei ciuitatem Kaerliel, castrum Bamburgij, nouum castrum super Tynam & comitatum Londonensem.

Henrici coronatio.

Anno 1158. Henricus rex Anglorum coronatus apud Wigorniam, post celebrationem diuinorū coronam super altare posuit nec vterius coronatus est.

Regina Alienora tertium peperit filium f. Gaufridum. Thomas regis Cancellarius in apparatu magno venit Parisijs, Margaretam filiam regis Francorū accepturus vxorem, Henrico filio regis Anglorum, Gaufrido fratre regis mortuo, rex statim transfretans accepit Raimetem.

Anno 1159. Rex Anglorum Henricus duxit exercitum versus Tholosam, & cepit castella fortia vicina eius, Rege Franciæ commorante interim iugiter in Tholossa, & ob reuerentiam ipsius præsentis, dictus est rex Angliæ ipsam ciuitatem Tholosam non assiluisse. Rex enim Franciæ ob gratiam comitis S. Egidij cuius sororem comes vxorem duxerat, a Tholossa non recedebat, vnde duo reges inimici facti sunt.

Anno 1160. Henricus rex Angliæ Margaretam filiam regis Francorum quā apud se habebat in custodia, Henrico filio suo disponari fecit. Et Castellum de Gisorz diu desideratum, & iam ante ex condito duorum regum custodia militum Templi vsq; ad diem illarum nuptiarum commissum obtinuit. Quod quia præproperè vt dicunt factum est, Rex Franciæ & fratres vxoris eius indignati, regi Angliæ inimici facti sunt, & aduersari cœperunt. Ad dedecus itaque regis Angliæ rex Franciæ & comes Theobaldus Caluum montem situm inter Bleisum & Ambasium firmauerunt. Rex autem Angliæ festinus cum suis adueniens, rege Francorum & comite Theobaldo fugatis, castrum obsedit & cepit, captis illic intra castrum 55. militibus Theobaldi.

Henricus Caluum montem cepit.

Anno 1163. Henricus rex Angliæ finibus Normannorum, Britonum, Ceno-mansensium, Andegauorum, Turonensium, & Aquitanorum ad voluntatem suam dispositis in Angliam redijt.

Homagium quorundam principum regi Angliæ.

Malcolinus rex Scotorum, Resus princeps Australium Wallensium, Andoc-nus Aquilonarium, & quinq; Maiores de Kambria, fecerunt homagium Regi Anglorum & Henrico filio suo Kal. Iulij apud Woodstoke.

Horribilium poena.

Anno 1166. quidam prauis dogmatis disseminatores, tracti sunt in iudiciū apud Oxoniā præsentem rege, præsentibus & episcopis. Quos a fide nostra deu- uios, & in examine superatos, facies cauteriata notabiles cunctis exposuit, ex- pulsos a regno.

Collectam Ierosolimitanorum vsibus destinandam, truncus in singulis de- putatus ecclesijs adacta sera conclusit, præstito per Angliam publicè sacramen- to, denarios 4. a singulis marcatis emungens.

Collectam Ierosolimitanorum vsibus destinandam, truncus in singulis de- putatus ecclesijs adacta sera conclusit, præstito per Angliam publicè sacramen- to, denarios 4. a singulis marcatis emungens.

Lis inter An- glorum & Fran- corum reges.

Anno 1167. Rex Anglorum & rex Francorum facti sunt discordes, a Nor- mannis Caluus mons, vicinus Gisors succensus est. Multi milites, multi ciues ibi capti sunt. In vltionem huius facti, Rex Francorum villam Campestrē Rho- romagensis Archiepiscopi f. Andeli combussit, & ipsa die redijt in Franciam a- missis in itinere plus quam mille de suis. Postmodum in Pertico multi milites Francorum capti sunt a Normānis. Tandem duo reges pacificati sunt. Richar- dus siquidem filius regis Anglorum dux Acquitanniæ, filiam regis Francorum accepit in sponsam.

Anno 1168. Ex quo reges in minori Britannia desierunt præesse, duo comi- tes in eisdem locis principari cæperunt. Sed quoniam omnis potestas impati- ens semper consortis erit, sese varijs sæpe dissentionibus affligerunt. Conanus tandem iure successorio nactus vtrumq; comitatum, dum in fata concederet, ex sorore regis Scotorum, filiam reliquit hæredem. Quam rex Anglorum filio suo Gaufrido vxorem accipiens, & in pace passim statuenda per Britannia stu- diosus existens, clerum terræ illius sibi conciliauit & populum.

Anno 1170. in Natali domini rex tenuit curiam suam apud Nannotenlem urbem, presentibus episcopis & Baronibus totius Britannia, ubi fidelitate sibi & filio suo Gaufrido communiter iurauerunt. Sequenti quadragesima rediens in Angliam, multis suorum subita maris tempestate periclitatis, ipse magno diuinæ pietatis munere euasit incolumis.

10 Annus Millesimus Centenus Septuagenus : Primus erat primas quo ruit ense Thomas, Rex Angliæ morabatur apud Argentonium in Normannia, cum ad eius noticiam rumor infaustus, de nece Sancti Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi, quibusdam perferentibus penetravit, qui statim in primis nephandi sermonis inijs, ad omnia lamentationum & miseriarum genera conuersus, regiam prorsus maiestatem, quasi cilicio & cinere commutauit. Octauo Idus Augusti, Rex pater Regis appulsus est in Angliam. Qui visitauit in transitu Henricum Wintoniensem episcopum iam in extremis agentem, qui eum pro morte gloriosi Martyris Thomæ durissimè increpauit. Ob quā causam ipsum multa prædixit aduersa passurum.

Thomas Cant.
cades.

20 Rex pater regis intrauit Hyberniam 15. Kal. Nouembris & Lismorum episcopus & Apostolicæ sedis legatus, Archiepiscopi & Episcopi receperunt eum in regem & dominū, & fidelitatem ei iurauerunt. Regulus de Limelic, regulus de Chore, regulus ille qui dicebatur monoculus, homagium fecerunt ei. Rodericus autem regulus de Conmat, quia regio in qua habitabat inaccessibilis est paludibus nimis interiacentibus, in quibus nec vada commoda nec peruij pontes, nec nauigatio tuta est, superfedit occurrere.

Rex Hyberniam
visitat.

Anno 1172. Dum rex moram faceret in Hybernia, Hugo de S. Moore & Radulphus de Faie auunculus reginæ Alienoræ, (cōsilio sicut dicitur eiusdem reginæ) regis filij regis animū a patre suo cōperūt auertere, suggerentes incongruum videri quibuslibet regem esse, & dominationem regno debitam non exercere.

30 Recentium esus carniū, & haustus aquæ tam incognitus quā solitus plures de Regis exercitu panis inedia laborantes afflixit in Hybernia fluxu ventris.

40 Cum autem intellēxissent Hybernenses in quantum circa pacem statuendam & conseruandam regis Angliæ tota versaretur intentio, qui nec indulgentijs crimina subleuabat, nec in mortē alicuius præcipitabat sententiam, cōueniunt ad ipsum rogantes quæ ad pacem sunt. Et quoniā inter eos publica potestas constituta non fuerat, quæ metū pœnarū impunitatē minime repromitteret, cum patres suos mutuo cædibus interfectos sapissimè doluissent, ut in virtute regis pax fieret in diebus suis, ei & in eum ius suum transtulerunt & potestatem. Archiepiscopi & Episcopi plebis sibi commissæ plurimū & in plurimis attendentes errorem, sed in hijs maximè quæ circa matrimonium a maioribus definita noscuntur, quæ Anglia recipit & obseruat, se firmiter amplexuros & inuiolabiliter executuros promittunt. Et in singulis obseruatio similis regnum colligaret vtrumq; passim omnes vnanimi voluntate, communi assensu, pari desiderio, regis imperio se subiiciunt. Omnibus igitur hoc ordine cōsummatis, in Consilio habito apud Lismor : vrbes & castella quæ Rex redegerat in suam potestatem, fidei deputauit custodiæ. Et quia ipsum varia trahēbant negotia, die Paschæ nauem ascendit, & in crastino appulsus est in Walliam prope Sanctum David. Inde progressus est vsque ad Porcestre, ubi nauem ascendens Angliam salutauit a limine, & felici nauigatione intrauit Normanniam. Quod cum ad regis Francorum noticiam peruenisset, vociferās ait: Rex 50 Angliæ modò in Hybernia, modò in Anglia, modò in Normannia, volare potius iudicandus est, quā vel equum vel nauem conscendere.

Hybernenses
subdantur regi.

Postquam Rex Anglorum appulsus est in Normanniam, ubi cum sub festinatione venisset ad Apostolicæ sedis Legatos, iurauit mortem gloriosissimi Martyris Thomæ nec voluntate sua, nec conscientia perpetrata fuisse, nec suo artificio requisitam. In facie igitur Ecclesiæ solemniter absolutus, promisit quod ab instanti festo Pentecostes vsq; in annum, tantam pecuniam daret,

Rex purgat se
a nece Thomæ.

vnde possent ducenti milites conduci ad defensionē terræ Ierosolimitanæ per annum. Et multa alia quæ scribuntur plenius in vita S. Thomæ.

Anno 1173. Henr. rex Angliæ Iohanni filio suo cognomento sine terra, vix septenni filiam primogenitam Huberti comitis de Moriana, sponsam accepit, cum quatuor castellis datis in dotem, & custodiæ regis deputatis.

Aldefonsus rex Aragonum, Reymundus comes S. Ægidij, Girardus Comes Viennensis, Hubertus comes de Moriana, tanquam ex condicto conuenerunt ad curiam regis Angliæ ad montem Ferādum in Aruernia, fuit & ibi Henricus rex filius regis Henrici, procerum, equitum, ciuium quos varia trahebant negotia, non defuit multitudo numerosa. Prædictis itaq; viris illustribus partes suas interponentibus, Comes S. Ægidij fecit homagium regi Anglorum Henrico, patri regis Henrici, salua fide Lodowici regis Francorum, sibi suisq; hæredibus volens in futurum prospicere. Comitatum Tolosanum ex hoc & deinceps Aquitanico duci in seruitio militari, multisq; alijs præstationibus in scripto redactis, subnoxium futurum esse sacramento firmavit. Sed quia Richardus dux Aquitanie cum facturus erat homagium, comes S. Ægidij tunc temporis præsens non erat, vsq; ad Octauas Pentecostes, negotij complementum dilatione accepit.

Henricus rex filius regis abiens in consilio impiorum animum suum auertit a patre. Et ab Argentonis noctu recedens, domesticis patris sui qui ei necessaria ministrabant ignorantibus, ad socerum suum Lodowicum regē Francorum secessit. Ipsa nocte pater suus dormiens apud Aleuciū, cum subito ex-
Regis filij fuga. pergefactus, transfugium filij cognouisset, paucissimis secum assumptis, equū ascendit, & transicum habens per Marchiam suā & castellorum custodes præmuniens, equis sæpe mutatis, sub ipso diei crepusculo 10. Kal. Aprilis venit Gisorciū, quod filio suo regi, rex Francorū Lodowicus cum filia sua Margareta nomine dotis contulerat. Richardus dux Aquitanie, Gaufridus dux Britannie, iuniores filij Regis, consilio matris suæ reginæ s. Alienoræ sicut dicitur fratrem potius elegerunt sequi quā patrem. Fiunt vndiq; coniurationes, fiunt rapina, fiunt incendia. Et vt a tempore sumamus auspiciū, eo tempore sup-
Flandrensum submersio. sit arma filius contra patrem, quo quibuslibet locis ob reuerentiam dominicæ passionis arma christiani deponunt.

Septies 20. Flandrenses irruptione facta prope Pasceium beneficio pontis intrauerunt Normanniā. Quibus obuij facti Normanni quantocius eos cogitare de reditu coegerūt. Sed pons quo transitū prius habuerāt effractus a quadam muliercula, in subsidiū aquas opposuit profundissimas. Quibus inuoluti Flandrenses vniuersi submersi sunt. Quod audiēs rex Francorum ait: Pro Normannis elementa decertant. Nam alio tempore cum intrassem Normanniam pars exercitus mei quamplurima pro aquæ penuria periit. Nunc nimiam possumus abundantiam aquarum causari.

Hugo de Gornai tam pater quā filius & 80. milites cum eis, capti sunt a rege filio & castrū in quo fuerant succensū est, & Burgēses ad redēptionem cōpulsī.

Robertus comes Legiocestrie accipiens mutuam vndequa; pecuniā, & verba pacis habens transiretandi, a iusticiarijs licentiam impetrauit. Gulielmus Camerarius, de Tankeruilla fecit similiter. Vterq; sacramēto corporaliter præstito, regi patri fidelitatem iurauit. Sed subito trans mare currentes, cælum illico mutauerunt & animum. Nam cum audissent quæ fiebant in terra, ceperunt & ipsi de transfugio cogitare. Plures enim Comites & mediæ manus homines quos ex iustis & probabilibus causis rex pater exhæredauit, Regis filij
Comitis Legiocestria perfidia. cesserunt in partem, non quia causam eius iustiore attendere, sed quia rex pater regis titulos dignitatis ampliari procurans, supetborum & sublimium colla calcaret.

Lodowici calor frigidus.

Lodowicus rex Franciæ ad Normanniam penitus deuastandam innumera-
50 bilem congregauit exercitum, in Octauis S. Iohannis Baptistæ. Et primo impetu statuit delere Vernoliū. Sed nunciatum est ei ab exploratoribus castrū inaccessibile, vtpote fossatis circumdatū, cinctū muris, propugnaculis obfirmatū, viris

viris bellicosis ebulliens, radiatibus armis refertum, victualibus multis abundans, & nisi longa obsidione obsessos coarctarent, Franci poterant inani labore consumi. Ad sumptus igitur exercitui providendos, per totā Galliam fit descriptio generalis. Nullus immunitate gaudebat a sedēte in solio vsq; ad laborātem in mola, vel in prostibulo dormientem, manū extendere iuebantur regij exactores. Non sexus, non ordo, nō dignitas, a muneribus sordidis vacatōnem habebat. Multi vt exercitui necessaria ministrarēt, detrahēre patrimonia cogebantur.

*Taxatio Frācie
ad bellum in
Normannos.*

10 Rex filius tractis in partem suam comitibus Flandrensi & Boloniensi, intrauit cum eis Normanniam in superbā magna, vbi cepit castellū de Albamarle, non sine nota prodicionis quorundam custodum dicti Castri. Cepit etiam castellum de Driuecourt munitissimum, & militibus electis commissum.

Inde Rex filius cum Comitibus Boloniensi & Flandrēsi progrediens versūs castrum Arches, Comes Boloniensis Matthæus in festo S. Iacobi vulneratur ad mortem. Hic fidelitatem patri Regi iurauerat, tactis sacrosanctis reliquijs, inter quas manus S. Iacobi præsentialiter habebatur, & idcirco in ultionē per iurij in die festo S. Iacobi lathaliter vulneratus fuit iuxta multorū opinionē. Comes Flandrensis Philippus vulnerato fratre suo comite Boloniensi vt præfertur ad propria remeare maturauit. Redijt itaq; per comitatuū Ancensem
20 quē iam rex filius totum subiecerat potestati suæ.

*Comes Boloniensis occumbit
Vulnere.*

Rex pater eo tempore morabatur Rhotomagi vt populo videbatur, æquo animo ferens quæ fiebāt in terra. Frequentius solito venatui totus indulgēs, & venientibus ad se vultū hilaritatis prætedens. Attamē hī quos domesticos prius habuerat & familiarissimos, quotidie dilabebātur ab eo, credētes eius deiectionem futuram in breui, & filij dominationem arbitantes procedebāt iuxta regis Franciæ & principum voluntatem. Vt autem audiuit rex, Philippū Flandrensem comitem a Normannia recessisse, confestim congregauit exercitum, vt si regem Franciæ intra fines Normanniæ reperisset, prēlium iniret cum eo. Venit igitur & fixit tentoria in loco ab exercitu Francorum non procul remoto
30 s. apud Conchas. Dirigit ergo nuncios in mandatis habentes verbis pacificis dicere regi Francorum, vt a Normannia cum indemnitate suorum recederet, alioquin visitaret eum ipsa die. Quod audiens rex Francorū, cum sciret regē Angliæ fortissimū esse, & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis sauiat in saltu, ascendēs illico equū velocissimum, intra Galliam se cum festinatione recepit. Sicq; cunctis fugientibus, totus apparatus ad obsidionem comportatus in plaustris, quadrigis, bigis siue summarijs, Normānis & obsessis cessit in prædam 5. Idus Augusti.

Domestici a patre rege desciunt.

Rex Scotorum Guliel. Angliam intrans, & per fines Dunelmensium transitum faciens, cœpit Angliam depopulari, villas succendere, prædas agere, mulierculas captiuas abducere, & a prægnantium uteris infantes semeiuuos extrahere. Quod audientes magnates Angliæ, arma cum ea qua fieri potuit acceleratione sumentes, Regem Scotiæ subito fugam arripere coegerunt, & inducias petere vastata patria sua compulerunt, & sic cum victoria redierunt.

*Scotorum regis
saustia.*

Rege patre moram faciente Rhotomagi, nunciatum est electam regis filij militiam apud Dolensem urbem a Brabantinis suis circumclusam: qui statim equi dorsum insiliens, & cum calcaribus vrgens, sequenti mane venit in Britāniam s. ad Dol. vbi militiam filij per dies aliquot repugnantem, insimul comprehendit. Inimicorum verò suorum præmaxima multitudo, priusquam veniret a Brabantinis fuerat interempta. Ibi captus est comes Celtrensis cum alijs
50 proceribus, & cum eis milites ferè 24.

Anno 1174. Rex filius regis habens in comitatu suo tres comites & 500. milites, Sagiensem urbem inuasit. Sed ciuibus & sine principe, & sine duce viriliter resistentibus nihil profecit.

Rex pater dubitans ne vel rex filius, vel quilibet alij Marchiæ vicinantes intra suos irrumperent, & Normanniam deuastarent, eam domesticis familiaribus custodiendam cōmisit. Cupiensq; experiri quo animo secū starent Ceno-

mannenses & Andegauenses, terras illas ingreditur. Cenomanni parati per omnia ad eius obsequium, si vel bellum ingrueret vel aliud immineret discrimen, vel vllum mortis instaret periculum se promptos fore dicebant. Andegauenses celerius & celebrius occurrerunt domino suo regi, omnia submittentes suo arbitrio, quaecumque proponeret. Omnibus inibi pro voluntate completis, diem Pentecostes Pictauis celebrauit, vbi cum audisset Richardi filij sui militiam, urbem Sanctonicam occupasse, sumptis secum Pictauensibus, ad eam liberandam cucurrit, & primum praesidium subiugauit, deinde maius praesidium s. capitellum. Ad vltimum accessit ad maiorem ecclesiam militibus multis & armatis refertam, oppressam a sagittarijs, a lenocinantibus conculcatam. In qua & in duobus alijs supradictis praesidijs, cepit circiter sexaginta milites & Sagittarios quadringentos, commisitque; sex viris illustribus Acquitanniam defendendam. Quibus gestis redijt in Normanniam.

Interea Philippus comes Flandriae venit in Angliam vt eam subiugaret regi filio regis. Missum est igitur pro rege patre per regni iusticiarios quia videbatur multa fieri mala in terra per Flandrenses & quosdam alios regis proditores. Rex vero suis subuenire celerius cupiens, naues ascendit apud Barbe flumini. Et cum vidisset ventum contrarium, & sibi suisque imminere periculum, erectis in coelum luminibus palam dixit. Si quae ad pacem sunt cleri & populi habeam in proposito: si pacem in aduentu meo reformandam rex coelorum disposuit: tunc pro sua misericordia, portum salutis indulgeat. Si autem aduersus fuerit & regnum in virga visitare decreuerit, nunquam mihi detur vel fines regionis attingere. Exaudiuit ergo diuinitas orationem regis humiliati, & ipsa die omnium indemnitate, applicare fecit feliciter in portu Hamonis. Qui ex tunc vtens tenui dieta, pane s. & aqua, omnes curas abiciens, nec aliquam ciuitatem ingrediens, non destitit donec ad Thomam gloriosum Martyrem peruenisset, vbi cum affluentia lachrymarum, cum gemitibus, nudus pedes, toto corpore prostratus, misericordiam & veniam praecabatur. Et ab episcopis qui tunc praesentes aderant, absolutionem petijt, & carnem suam disciplinae supponens, virgis caesus est a singulis religiosis quorum multitudo conuenerat, ternos ictus vel quinos excipiens. Surgens igitur & vestibus resumptis quas prius exuerat, muneribus pretiosis pretiosissimum honorauit, assignans in super annuos redditus quadraginta libras ad luminaria iugiter circa matrem in eius venerationem concinnanda. Sicque deditus vigilijs & orationi, ieiunium usque in diem 3. continuauit. Quin martyrem sibi placibilem iam reddidit, quoniam peccatum eius translatus sit, non est qui dubitet. Nam ipsa die qua indulgentiam sibi dare postulabat a Martyre, sepulchrum Martyris frequenter deosculans, tradidit dominus Gulielmum regem Scotorum in manus suas, custodiae mancipatum apud Richemond, vt adimpleretur illud propheticum: Dabitur maxillis eius frenum, quod in Armorico sinu fabricabitur. Sinum vocans Armoricum, Castellum de Richmount, ab Armoricis principibus & nunc & ab antiquis temporibus haereditario iure possessum. Ipsa enim die rex filius nauibus quas congregauerat ad transfretandum in Angliam dissipatis, cepit redire in Galliam. Votis orationum cum deuotione completis, rex pater rediuit Londoniam vbi repperit regni maiores sibi occurrisse. Inde regrediens, rebelles domuit, hostes fugauit, municiones cepit. Tandem per omnia regni sui confinia potentissimus naues ascendit apud Porcestre, ducens secum regem Scotiae, comitem Leicestrensem, comitem Cestrensem, & quosdam alios quos habebat in vinculis. Et prospera nauigatione transuectus, venit Rhotomagum, quam inuenit obsessam a Lodowico rege Francia, & Henrico rege filio regis Angliae comiteque Flandrensi Philippo. Cumque rex Francorum regem patrem in manu valida aduentasse didicisset, versus est in stuporem. Et illico de comuni consilio tam Franci quam Flandrenses ignem machinis apponentes, aulis tentorijs, mapalia succedentes omnia, non sine detrimento faniae recesserunt ab urbe. Extremam partem castrorum Marchiones instanter impugnantes arma plurima, nec non & impedimenta diripuerunt in praedam.

Franci

Rex quam religiosus.

Franci sumptibus tædiosis afflicti, Flandrenses a suorum interemptione deterriti, damna suis illata conferebant adinuicem. Vt ergo suæ tranquillitati prospicerent, filios Regis Anglorum ad gratiam patris reducere studuerunt, quod & factum est.

Gulielmus rex Scotorum in Normannia pago Constantiensi apud Valomas homo regis Anglorum deuenit, de Scotia, & de omnibus terris suis, fecit & homagium Henrico filio regis & fidelitatem salua fide patris sui.

*Subiectio regis
Scotorum.*

10 Vt filij regis Anglorum quos a sacris paternis, consilia prauorum extraxerant, pristinam familiaritatem reciperent, homagium atque ligeantiam patri suo omnibus modis facere institerunt. Quod factum est primitus Cenomanis, a Richardo & Gaufrido, & postmodum in Normannia a rege filio apud Bur.

Reges Angliæ quos anno præterito capere latitudo regni non poterat, confederatos ad inuicem, nauis eadem transevit in Angliam.

Anno 1176. vniuersa castella per Angliam & per Marchiam totam ad imperium regis patris deputata sunt custodiæ.

Gulielmus comes Glocestriæ dum filium non haberet, ægrè ferens hæreditatem inter filias diuidendam, Iohannem filium regis hæredem instituit apud Windeleshores.

20 Aldefonsus rex Castellæ gener regis, Sanccius rex Nauarriæ auunculus Aldefonsi discordes adinuicem, in regem Angliæ compromiserunt, & directis in Angliam nuntijs, se staturos regis patris arbitrio iurauerunt. Sub eisdem diebus nuncium Manuelis Constantinopolitani, nuncium Frederici Romani imperatoris, nuncium Gulielmi Remensis Archiepiscopi, nuncium Henrici Ducis Saxonici, nuncium Philippi Flandrensiū comitis, quos varia trahebant negotia, tanquam ex condicto simul in curia regis Anglorum conspiceret apud Westmonasterium.

*Nuncijs ex
vtriusque regni ad
Anglos.*

30 Anno 1177. amotis ab Ecclesia Walthamensi canonicis sæcularibus, subinducti sunt regulares, autoritate summi Pontificis sub præsentia regis patris in vigilia Pentecostes. Rex verò regno pro voluntate disposito transfretauit in Normanniam 15. Kal. Septembris. Posthæc vtrique reges Angliæ & Franciæ huiusmodi inter se iusiurandum fecerunt.

Ego Lodowicus Rex Francorum, & ego Henricus Rex Angliæ, volumus ad omnium notitiam peruenire, nos deo inspirante promississe ac iurasse, quod simul ibimus in seruitium Christianitatis, & crucem suscipiemus ituri Ierusalem. Volumus enim quod omnes sciant quod sic sumus & animo volumus esse amici, quod vterque nostrum alteri nostrum conseruabit vitam & terrenum honorem contra omnes homines pro posse suo. Acta apud Nouancurt 7. Kalend. Octobris.

*Anglia & Fran-
cia reges inui-
cem iurant.*

40 Anno 1178. Rex pater Gaufridum filium suum ducem Britannia, donauit Cingulo militari apud Woodstocke.

Anno 1179. Rogerus a collegio S. Trinitatis ad curam assumptus Monasterij S. Augustini, ab Alexandro Papa 5. Kal. Februarij Tusculani benedictione, & in signum emancipationis indultæ, mitram, anulum & chirothecas suscepit. Cuius prædecessores debitam Archiepiscopo Cantuariensi obedientiam per annos quingentos perante exoluerunt.

Lodowicus Rex Francorum venit in Angliam peregrè visitaturus S. Thomæ Martyrem, quem quondam exulantem intra Galliam Selticam pie fuit.

Anno 1180. Henricus rex filius regis reliquijs præsentibus sacrosanctis iurauit apud Radingum quod dispositionem paternam in omnibus sequeretur.

50 Lodowicus rex Franciæ naturæ soluit debitum 14. Kal. Octobris. Cui successit in regno Philippus filius eius.

Lodowici mors.

Anno 1181. quatuor reges pacificè ad vnum Colloquium conuenerunt & pacificè recesserunt. Philippus rex Franciæ, rex Anglorum Henricus, rex Henricus filius regis Anglorum, & Gulielmus rex Scotorum.

*Regum 4. ami-
cui congressus.*

Anno 1182. Rex Anglorum Henricus ætatis annum inchoans 49. necessitatibus Ierosolimitanorum, quadraginta duo millia marcarum argenti, quin-

gentas marcas auri distribuit.

Anno 1183. Rex filius ad instantiam regis patris, Richardo fratri suo ducatum concessit Aquitanie, dummodo Richardus homagio sibi præstato & ligantia facta, fidelitatem sibi tactis sacrosanctis reliquijs repromitteret. Ad hæc vocem Richardus vehementer excanduit, incongruum esse dicens cum ex eodem patre, cum eadem ex matre traxisset originem, si fratrem primogenitum aliqua specie subiectionis superiorem agnosceret. Rex pater hoc audiens iracundiæ calore succensus aduersus Richardum dura proposuit. Et ut ad edomandam Richardi superbiam rex filius totus insurgeret, constanter indixit. Galfridum quoque Britanniæ ducem ut cum fratre suo rege, domino suo ligo fideliter staret commonuit. Rex pater nempe parum ante iusserat filio suo regi, ut de ducatu Britannie quædam Galfridus frater suus possidebat, cum Constantia filia Conani ducis vnica simul & hærede legitima, homagium eius reciperet & ligantiam. Hoc enim vinculo debite subiectionis, de liberalitate regum Francie, ducibus Normannorum ab antiquis temporibus, comites siue duces Britannie tenentur astricti. Quod ergo pater petijt, factum est Andegauis. Sed Richardo detrectante subijci fratri suo maiori, Rex filius copiosam congregauit exercitum, ut Richardum fratrem suum ad debite seruitutis coarctaret obsequium. Sed nequicquam. Quia quando cum fratre congredi debuisset præcisa est veluti a texente vita eius, cum compleisset viginti & octo annos, quatuordecim septimanas & sex dies, Sepultus est Rhotomagi propè maius altare versus Aquilonem.

*Richardus mors
subita.*

Anno 1185. Iohannes filius regis a patre militaribus armis accinctus in Hiberniam est transmissus.

Hibernia descriptio.

Hibernia post Britanniam omnium insularum est optima. Quæ quamuis Britannie diuitijs cedat: latitudine, salubritate, serenitate, præstat. Quæ sicut versus Aquilonem breuior est, ita versus meridiem trans illius fines protenditur. Hæc autem tibi propriè patria Scotorum est. Nam sicut legitur Egyptijs in mari rubro submersis, illi qui superfuerunt expulerunt a se quendam nobilem Sciticum qui degebat apud eos ne dominium super eos inuaderet. Expulsus ille cum familia peruenit ad Hispaniam, ubi & habitauit per annos multos, & progenies ipsius familie sue multiplicata est nimis. Inde venerunt Hiberniam post annos mille, duobus additis a transitu filiorum Israel per mare rubrum. Et de Hibernia pars eorum egressa, tertiam in Britanniâ Britonibus & Picis gentem addiderunt. Pars eorum quæ remansit in Hibernia Nauarri vocantur, & adhuc eadem vtuntur lingua. In Hispania nempe fluuius est Hiberus, a quo dicitur Hibernia, dicuntur enim & Hibernienses.

Cum Simon comes filius Simonis, filius Simonis comitis de Northampton sine liberis decessisset, Rex reddidit Comitatum Huntingdonie cum omnibus pertinentijs suis Gulielmo regi Scotorum, qui fuit filius Henrici comitis, filius regis David qui fuit regis Malcolini &c. Ab isto Malcolino reuoluunt genealogiam usque ad Noe.

Vnde Scoti dicti

A regione quadam quæ dicitur Sicilia, dicitur Scita, Sciticus, Scoticus, Scotus Scotia, similiter a regione quadam quæ dicitur Gecia dicitur Geta, Geticus, Gothicus, Gotus, Ostrogotus, Witfigotus.

Iohannes filius regis Anglorum vocatus Hybernæ dominus redijt in Angliam.

Galfridi mors.

Anno 1186. Galfridus dux Britannie, filius regis Anglorum cum a natiuitate sua cõpleuisset an. 28. diem clausit extremum. Sepultus est autem Parisijs in ecclesia beatæ virginis intra chorum Canonicorum s. in sede maiori. Reliquit autem idem Galfridus ex vxore sua Constancia filia Conani duce Britannie duas filias.

Santa crux captiua a Turcis.

Anno 1187. Constancia Comitissa Britannie, quam maritus suus filius regis Anglorum Galfridus vita decedens reliquerat grauidam, die S. Pasche peperit filium quem Britones vocauerunt Arthurum. Sub eodem anno capta est sancta Crux a Turcis. Quo etiam anno rex Ierusalem Suido captus est, & christiani

stiani multipliciter flagellati in terra sancta, & pene tota regio est amissa. Facta est proinde cruce signatio pene per omnia regna christianitatis. Inter quæ reges Angliæ & Franciæ cruce signati sunt.

Boamundus Comes Tripolitanus elapsis diebus quindecim postquam cap-

*Boamundus
preditor amens
expirat.*

Richardus Pictauorum comes petijt a patre suo quatenus sororem Regis Franciæ sibi daret in vxorem in colloquio habito inter reges, et terram suam sibi velut hæredi suo faceret iuramento firmari. Quod etiam peti fecit per Regem Francorum. Rex Anglorum respondit se nullatenus hoc facturum in tali
10 statu, quin hoc potius videretur coactus facere quàm spontaneus.

Anno 1189. post Pascha inter reges Francorum & Anglorum, & comitem Pictauorum bis habitum est colloquium prope feritatem Bernardi. Sed tandem inimici adinuicem recesserunt. Rex Francorum & comes copijs vndiq; congregatis, infra paucos dies, feritatem Bernardi, montem fortem, Baalum, Bellum montem, factis irruptionibus occupauerunt. Et a municipalibus circumquaq; Comiti Richardo sit deditio castellorum. Multiq; proceres & magnates ad eundem comitem transfugerunt.

*Rex Francorum
dominia Angliæ
occupat.*

Rege Angliæ Cenomannis residente, appropinquabāt rex Francorum & comes Pictauæ cum armatorum multitudine. Rex verò Anglorum quamuis militum copiam maximam haberet paratam ad resistendum hostibus, præcauens tamen obsidione vallari, reliquit Cenomanniam sufficienter refertam victualibus. Quam Rex Francorum & Comes Richardus ingressi, recepti sunt in ecclesia maiori cum processione solemnī. Post diem decimum, turris ciuitatis de mandato regis Anglorum regi Francorum reddita fuit. Tandem pax inter tātos principes magnorum consilio reformata est. Et rex Angliæ numerauit Regi Francorum 20. millia marcarum, expensarum nomine quas fecerat circa castrum Radulphi, vt firmior pax haberetur: facta sunt hæc in vigilia Apostolorum Petri & Pauli. Postmodum Rex Anglorum homagium fecit regi Francorum. Et quicquid in Armenia vel ipse vel antecessores sui possederāt, quietum
30 clamauit regi Francorum.

*Pax inter An-
gliæ & Francia
reges.*

Deinde Rex Anglorum ad Chinonem venit, & tactus dolore cordis intrinsecus maledixit diei in qua natus fuerat. Et sic in dolore positus & cordis angustia infra triduum post pacem factam diem clausit extremum. Sepultus est autem apud fontem Ebrandi in Monasterio Monialium quod ipse fundauerat & multipliciter ditauerat. Turonensis & Treuerensis Archiepiscopi celebrauerunt diuina, Richardus comes interfuit. Et quoniam sæpè viuens dixerat vniuersum orbem vni non sufficere pro voto principi, inscriptio tumuli illius talis fuit. Sufficit hic tumulus cui non suffecerat orbis. Res brevis est ampla cui fuit
40 ampla brevis.

Regis mors.

Epitaphium tumuli regis.

Richardus comes Pictauorum dispositis omnibus quæ tam ad pacem quàm securitatem Aquitaniæ vel Andegauæ, vel Turoniæ seu Cenomanniæ spectare potius videbantur, intrauit Normanniam, & apud Sagium inueniens Archiepiscopos Cantuariensem & Rhotomagensem, quia post fidem susceptam armamouerat contra patrem, a prædictis Archiepiscopis beneficium absolutio-
50 nis accepit. Inde Rhotomagum veniens ab Archiepiscopo Rhotomagensi tam ensen quàm vexillum de ducatu Normanniæ proceribus multis præsentibus, in ecclesia beatæ virginis ante maius altare suscepit. Et inde tendens in Angliam apud Wintoniam in assumptione beatæ virginis, solemnī processione receptus est.

Ad vocationem Archiepiscopi Cantuar. conuenerunt suffraganei ecclesiæ supradictæ Londoniæ ad coronationem noui regis. Richardus igitur hæreditario iure promouendus in regem, inuolutus est triplici sacramento s. quod opem impendet pro viribus, vt ecclesia Dei populusq; christianus veram pacem obtineret. Quod interdiceret omnibus rapacitatem. Et quod in iudicijs equitatem præcipiet & misericordiam. Cantuariensis Archiepiscopus celebrauit diuina, Radulphus de Diceto qui scripsit hæc, Londoniensis ecclesiæ Decanus
60

*Richardus corona-
tio.*

tam in oleo quam in chrismate ministravit Archiepiscopo, quia tunc temporis vacabat ecclesia Londinensis.

Rex Scotiae Gulielmus, Cantuariæ fecit homagium regi Richardo.

*Exaltio graui
ad terram san-
ctam.*

A tempore crucis susceptæ per reges Francia & Angliæ decimatio generalis rerum mobilium facta per Angliam ad subuentionem terræ Ierosolimitanæ, tam clerum quā populum exactione violenta perterrituit, sub elemosynæ titulo vitium rapacitatis includens.

Anno 1190. 4. Idus Aprilis Rex Richardus cruce signatus ascendit nauem cum exercitu suo apud Messanam habens secum naues 150. & galeas 39. aliāq; vasa multa.

*Curfac compedi-
bus argenteis
arctatur.*

Anno 1191. Rex Richardus applicuit in Cipro apud Limezim. Curfac autem dominus terræ qui se vocabat imperatorem, occurrit ei cum manu forti portum prohibiturus, & quamplurimos hominum suorum afflictos afflixit, spoliauit naufragos, & in carcere reclusit fame perituros. Quem captum Rex Richardus & vinctum, in castello prope Tripolim retrudi præcepit. Inierat autem euni rege pactū prædictus Curfac, ne ferreis detineretur in vinculis. Quod rex obseruans, cum compedibus arctari fecit argenteis, filiam autem eius vnicam secum retinuit cum duabus reginisin Thalamo honorificè custoditam.

Cipri situs.

Situs Cipri talis est. Primò venit ad Paphum quæ caput est regionis versus meridiem. Secundò venit ad Limezim. Tertiò venit ad Famangust, dictam quasi ciuitatem Augusti. Postea caput S. Andree versus septentrionem extenditur, & è regione respicit Armeniam. Postea venit ad Cheri quo naues ascendant Ierosolimam visitaturi. Rex Francorum applicuit apud Acon in Paschalibus diebus die Sabbati 12. Kal. Aprilis.

*Richardus Rex
eum magna
classenauiat
Acon.*

Rex Anglorum Richardus habens in comitatu suo 13. magnas naues quas Buccas vocant triplici velorum expansione notabiles, dum sulcarent equora: habens & centum naues onerarias, & 50. galeas triremes se vento commisit apud Ciprum, & inter nauigandum, nauem quandam quam Saphadinus Saladinus frater Babiloniæ dominus sumptibus magnis extruxerat, vt Saracenis apud Acon obsidione vallatis succursum præstaret, casu fortuito velificantem aspexit, refertam omni genere victualium, armis bellicis ad quoslibet subeundos congressus instructam, ignis Græci, serpentium ignitorum plena vasa plurima continentem, sicut dicebatur hominum mille quingentorum suffragio roboratam. Instructis igitur in articulo temporis omnibus ad præliū nauale necessarijs, galearum concursu circa nauem, acerrimus vndiq; fit insultus, quæ venti destituta suffragio stabat immobilis. Quidam itaq; remigantium, subtus aquas accessit ad nauem & eam terebro perforauit. Rediensq; ad galeam incolumis, sua resedit in sede. Modico tractu temporis aqua subintrans, omnia tabulata transcendit, & hominibus qui prius in propugnaculis confidebant, euadendi spem omnem prorsus abscidit, quorum mille trecetos, Richardus rex Anglorum in mari mergi præcepit, reseruando ducentos. Tercio die post hæc rex intrauit portum Acon, 6. Idus Iunij. Cum igitur duo reges circa ciuitatem machinas erexissent, & magnitudine lapidum muros penitus attriuissent, Saraceni versi sunt in stuporem nullam habentes fiduciam resistendi. Qui communicato cum suis consilio, cæperunt tractare de pace talibus initis pactionibus. Quod Saladinus sanctam crucem certa die restitueret, et christianos captiuos mille quingentos quos habebat in vinculis liberos abire permetteret. Sic ciuitas cum armis & impedimētis Saracenorum, saluis tantum corporibus ipsorum regibus duobus fuit reddita 4. Idus Iulij. Sed veniente die statuto Saladinus nihil horum quæ promiserat adimpleuit. In cuius perfidiæ ultionem circa duo millia secenti Saraceni decapitati sunt. Subiugata ciuitate rex Francorum ad propria redire proposuit, quasi toto negotio consumato. Quod audiens rex Anglorum quicquid in argento vel auro, quicquid in victualium cōgregatione, quicquid in armis vel equis, vel nauibus cōgregauerat, se pro parte dimidia regi Francorum tanquam domino suo communicaturum obtulit, & sub quauis securitate firmiter repromisit. Sed nequicquam, toto christia-

*Acon recupera-
tur.*

norum

norum exercitu de eius recessu grauiter consternato, cum paucis suorum repatriaturus nauem ascendit. Post recessum regis Francorum, rex Anglorum Richardus reparatis ciuitatis Acon ruinis muris fossatis, versus Ioppē iter arripuit. Et cum eo dux Burgundiæ cum suis Francigenis & cum eo multi comites & Barones, & populus innumerus. Sed antequam rex venisset ad Ioppen, Saladinus impetum fecit super vltimam aciem Christianorum, qui fauente diuina miserationis gratia, in vigilia natiuitatis beatæ Mariæ propē Aflur tātā stragem de nobilioribus Saracenis fecerunt, quantā Saladinus annis 40. trāstactis antea non sustinuit vna die. Deinde domino ducēte rex Anglorum Ioppen

Saladinus circum-
citur a Christi-
anis.

peruenit, eandemq; villam fossatis & muro firmavit. An. 1192. Rex Francorum a finibus Ierosolimitanis rediens 6. Kal. Ian. Parisijs solemni processione receptus est. Qui immemor beneficiorum regis Rich. & iuramenti sibi præstiti, quod suis aut terræ suæ non noceret quādiu rex Richardus in peregrinatione maneret, nec iret post reditum suum in terram suā ante dies 40. exactos, statim tamen in reditu suo terras regis Richardi inuasit.

Francorum re-
gis perfidia.

Rex Richardus cum die quadā spaciaturus fuisset egressus iuxta Ioppen cum paucis familiaribus & Falconibus suis, fatigatus ex itinere in loco quodā sub dio dormiuit. Et ecce repente cū impetu irruerūt Turcæ vt ipsū cōprehenderent improvisū. Qui ex aduenientiu strepitu expergefactus, equū ascendit, & extracto gladio cū suis, Turcis obuiā procedit. Quos fugā simulantes insequi-

Richardi peri-
culum de Tur-
cis.

tur vsq; ad locum insidiarū ipsorū. Vbi subito erumpentes plurimi, regē cum paucissimis de suis circumdederunt, quē tunc destitutū auxilio cōprehendissent, si eius plenā notitiā habuissent. Sed ecce confuso certamine cōtendentibus vnus sociorū regis nomine Guliel. de Pratellis exclamauit Ydiomate Saracenicō se regē esse affirmans. Quod Turcæ credētes, ipsū Guliel. cōprehensum confestim ad suū exercitū deduxerunt captiuū. Fama facti perueniēs ad exercitū ipsos ad arma cōmouit. Qui dum progrediūtur regē quæsīturi reuertēti occurrūt. Abierāt enim Turcæ longius putātes se regē abducere, cuius 4. socij in bello ceciderant interfecti. Caterua Saracenorū dum a Babilonia tēderet Ierusalē, armis abundans & omni genere victualiu intercipitura christianis. Quod quisq; Francorum diripuerat, suos cessit in vsus, quod templares, quod hospitalarij, quod exteræ gentes inuasērāt, cessit ad arbitriū regis Anglorum.

Amicus verus,

Saracem inter-
cepti.

Pridie Idus Maij rex Anglorū veniens ante Darum, castellum obsedit & infra 5. diem capto castello plusquā 5. millia hominum captiuauit.

Pridie Kal. Augusti captum fuit oppidū Ioppe a Saracenis. Quod mox Kal. Augusti, rex Richardus recuperauit.

Ioppe captare-
cuperatur.

Rex Richardus pro Gulielmo de Pratellis redimēdo, qui se capi fecerat pro rege suo, decem de nobilioribus Turcis commutauit.

Inducia Turca-
rum cum Chri-
stianis.

Hinc inde datæ sunt induciæ inter christianos & Saracenos a Pascha sequente per 3. annos, per 3. menses, per 3. ebdomadas, & 3. horas.

Rich. capitur.

Die festo S. Michaelis duæ reginæ, tam Angliæ quā Siciliæ nauē ascenderūt. apud Acon. Rex verò nauē ascendit die festo S. Dionisij, & post longā nauigationē inauso omine terrā ducis Austriæ subintravit. A quo captus est in Ciuitate quæ Wena dicitur 13. Kal. Ian. Habebat autē dux eū exosū pro morte Marchisi ducis Tiri, de qua suspectū habebat regē Rich. De hac tamē morte princeps Assesmorū a quibus interfectus est Marchisus, Regē Richardū literaliter excusauit. Limpoldo duci Austriæ vetus de mōte salutē. Cum plurimi reges & principes yltra mare Richardū regem Angliæ & dominū, de morte Marchisi inculpēt, Iuro per dominū qui regnat in eternum, & per legem quā tenemus, quod in eius morte nullam culpā habuit. Est siquidem causa ipsius Marchisi talis. Vnus ex fratribus nostris in vnā nauem de Sateleia ad partes nostras veniebat, & tempus illum forte ad Tirum appulit. Et Marchisus fecit illum capere & occidere, & magnam pecuniam eius rapuit. Nos verò Marchiso nuncios nostros misimus, mandantes vt pecuniā fratris nostri nobis redderet, & de morte fratris nostri nobiscū se concordaret, & noluit, necnō & nuncios nostros spreuit. Et mortem fratris nostri super Reginaldū dominum Sidonis posuit. Et nos tā-

Litera Richar-
dum infontem
absoluentes.

tum fecimus per amicos nostros, quod in veritate scimus quod is fecit illū occidere, & pecuniam rapere. Et iterū alium nunciū nostrū nomine Edrisum misimus ad eum quē in mari mergere voluit. Sed amici nostri illū a Tiro festināter fecerunt recedere. Qui ad nos cito peruenit, & ista nobis nunciauit. Nos quoque ex illa hora Marchisum desiderauimus occidere. Tuncq; duos fratres misimus ad Tirum, qui eum apertē & ferē corā omni populo Tiri occiderunt. Hæc ergo fuit causa mortis Marchisi, & bene dicimus vobis in veritate, quod dominus Rich. rex Angliæ in hac Marchisi morte, nullā culpā habuit, & qui propter hoc domino regi Angliæ malū fecerunt, iniuste fecerūt & sine causa. Sciatis pro certo quod nullū hominem huius mundi pro mercede aliqua vel pecunia occidim⁹, nisi prius nobis malū fecerit, & sciatis quod literas fecimus in domo nostra ad castellū nostrū Messiat, in dimidio Septēbris, an. ab Alexandro, 1505.

Iohannis defectio a fratre.

Anno 1193. Iohannes comes Moritonij cum audisset fratrem suum regem tentum in vinculis, illectus est spe magna dominatum regendi. Multos itaque per totum regnum alliciens plurima promittebat, munitionibus suis celeriter obfirmandis sollicitus intendebat. Mare transiens fœdus iniit cum rege Frācorum, vt Arthurum ducem Britannia nepotem suum, ab ea spe quam Britones super eius promotione conceperant prorsus excluderet.

Richardus in carcerem conicitur.

Feria tertia post ramos Palmarum dux Austria regem Angliæ tradidit imperatori Romano sub pactione pecuniæ persoluendæ. Postmodum vt imperator ad immoderatam pecuniæ quantitatem nomine redemptionis soluendam regem Anglorum terroribus & exemplis impelleret, eum retrudi præcepit in loco qui Triuallis dicitur. A quo carcere nullus ante dies istos exiuit, qui vincitū ibidem intrauit. De quo dicit Aristoteles lib. 5. bonum est mactare patrē in Triuallis: de quo loco rursus metricē scriptū est. Sunt loca, sunt gentes, quibus est mactare parentes, vel mos, vel pietas, cum fera superuenit ætas. Hoc enim nō fortuito, sed vltione diuina prouisū est, & salubriter ordinatū, vt Richardus rex ad pœnitentiam & satisfactionē congruam reuocaretur, super excessū quō patrē suū carnalē s. Henr. regē decumbentē in lecto, tam auxiliō quā cōsilio regis Francorū apud urbē Cenomannicā obsidione vallauit. Et licet eū ferro non mactauerit, eum tamen crebris & sæuis assultibus compulit inde recedere.

Redemptio regis.

Totius Alemannia magnates apud Warmaciam conuenerunt, vbi tractatū est de redemptione regis Anglorum. Tandem sub audientia plurimorum propalatum est pretium appretiati, quem appretiauit Henricus imperator Romanus, ab Austria duce Limpoldo s. 50. millia marcarum argenti. Sed vt imperator egregius fenerator legitimarum vsurarum summa quæ per annum æquiparentur fortī per vnum diem in duplum excederet, 100. millia marcarū sibi suo tempore soluendarum extorsit a rege.

Subditorum liberalitas ad regem redimendum.

Parlamentum.

Summa igitur redemptionis regis Anglorum, 100. millia librarum argenti, ad pondus Colonia, monetæ publicæ & probatæ. Quæ pecunia certis temporibus & distinctis, quinquaginta datis obsidibus persolvebatur.

Regis cura in ecclesiis.

Cum de redemptione regis agendum sit, proferamus in medium, quam deuotionem ei sui fideles exhibuerunt incipientes a domo dei. Maiores quidem ecclesiæ Thesauros ab antiquis congestos temporibus, ecclesiæ parochiales argenteos calices promiserunt. Statutū est insuper assensu cōmuni, Archiepiscopos, episcopos, Abbates, priores conuentualiū ecclesiariū, comites, barones, 4. partē annuorū reddituū, monachos Cisterciēses, canonicos ordinis albi totam lanam vnius anni, clericos viuētes de decimis decimam partem de redditibus prouenientem persolvere.

Anno 1194. rex prospero cursu tendens in Angliam 13. Kal. Aprilis, cum exultatione magna tam cleri quā populi, processione solemnī receptus est, in ecclesia S. Pauli Londonijs.

Cū rex Richardus aduertisset, nōnullas ecclesiariū campelstriū argēteis carere calicibus, & didicisset eos redēptionis suæ occasione sublato, hoc sibi tanquā reo imputās ad culpā quod diuina minus dignē in hac parte celebraret officia, iussit fieri per loca diuersa calices quāplurimos, & eos ecclesijs indigentibus distri-

distribui sine mora.

Cum autem apud Westmonasterium in aula sua quę dicitur parua die quodam pranderet, accepit rumores quod Philippus Francorū rex ingressus Normanniam, Vernolium obsideret, quo audito, iurasse fertur, se nunquam auresurum faciem quousq; regi Francorum occurreret pugnaturus. Vnde effracto muro e directo per aperturam factam, cuius vsq; hodie vestigium ostenditur, egressus accelerauit ad mare & in Normanniam transfretauit. Vbi obuiū habens Iohannem fratrem suum, eidem misericordiam petenti super commissis culpam incunctanter indulgendo, hoc dicitur respondisse: vtinam apud me delictum tuum in obliuionem transeat, ita quod apud te permaneat in memoria quod fecisti. Tendens Vernolium audiuit regem Francorum castellum obfidione vallasse, & per dies octo obsessos indicibiliter affixisse. Cumq; rex Francorum audisset quod rex Anglorum in crastino superuenturus esset, accinctus ad prælium, timore perterritus potius elegit fugere quàm pugnare, & sub omni festinatione, non sine damno & opprobrio recessit a castris.

Richardus magnanimus.

Francorum regis fuga.

Postquam rex Francorum recessit Vernolio, Rex Anglorum veniens Turonis, a castelli noui Burgēsis, vbi requiescit beatus Martinus, duo millia marcarum xeniorum nomine suscepit nulla coactione prēmīssa.

Rex Francorum fines intrans Turonię, prope Vindocinum fixit tentoria. Quo cum regi Anglorum cognosceret superuenisse, summo mane tentorijs auulsis cum festinatione recessit. Rex autem Anglorum eum subsecutus est, & quadrigas ipsius, Comitum, & Baronum & magnatum sub eo militantiū, impedimenta tota sub captione conclusit. Aurum & argentum in scrinijs & in alijs locis repositum, tentoria quoq; balistas, & res innumeras, quarū æstimatio creuit in immensum, sine damno suo cepit, secumq; reduxit. A festo Pentecostes quo rex Francorum Philippus a Vernolio nocte recedens fuga sibi consuluit, elapsi sunt dies 37. ad illum vsq; diem, quo quiescens prope Vindocinū exterritus summo mane cum graui iactura suorum, Castellum Duni tremefactus recessit.

Præda in Francorum regem.

Rex Anglorum potitus victoria transijt in Pictauiam, & intra paucos dies Taileburgh & totam terrā Gaufridi de Rancina, totam quoq; terram comitis Engolismementium sua sub potestate recepit, vt a Castello Vernolij quousq; veniatur ad crucem Karoli nullus ei rebellis extiterat.

Anno 1195. Limpoldus dux Austrię in die S. Stephani cum apud Gramni dies natalitios celebraret, & iuxta consuetudinem regionis, sui corporis agilitatem inter suos commilitones ostenderet, militaribus armis accinctus flexis in girum frenis, equo decedit, & pedis attritione subita fauciatus ad necē, arcissima tandem necessitate compulsus consilio medicorum pede truncatus est, vt qui regis Anglorum Richardi Ierosolima redeuntis, & crucis adhuc mortificationem in suo corpore gestātis, & animum habentis ad terram sanctam redire pedes constrinxerat, nec licentiam abeundi quo vellet, habere permetteret, in ultionem tanti facinoris pede proprio mulcetur.

Rex pede truncatur.

Anno 1196. aquarum inundatio subita, vehemens, & fluctibus procellosis inuoluens omnia circa Sequanam adiacentia tam lignea quàm lapidea, Philippum regem Francorum, Mauritium Parisiensem episcopum commorantes Parisius, non paruum exterruit. Vnde rex relinquens palatium cum domestica familia pernoctare decreuit, apud S. Geneuesam. Episcopus verò vt sibi prouideret & suis apud sanctum Victorem quieuit.

Inundatio aquarū Parisius.

Anno 1197. Marcadeus miles Soldarius Richardi regis Brabantinorū vallatus cateruis, cepit Philippum Beluacensem episcopum, Gulielmū de Merlow, & multos alios iure belli. Qui videlicet episcopus erat in armis vir strenuus, & regis Francorum consanguineus, homo marti plus deditus, quàm cultor martyriū. Quē in concaptiuis durissimis constrictū vinculis, transmisit Rhotomagū.

Episcopus in armis strenuus.

Richardus Rex aduertens villam Andeliaci & quasdā alias adiacentes ad ius ecclesię Rhotomagensis pertinentes, hostiū irruptionibus nimium oportunas, commutationē fecit cum Archiepiscopo, & dicta ecclesia, dans pro dictis villis

molendina sua apud Rhotomagū, ita quod Archiepiscopus soluat elemosynas de eis ab antiquo statutas, villamq; de Deepe, & villā de Bussesles, ita quod soluat elemosynam assignatam, 372. libras Andegauensis monetæ. Dedit eis autem manerium de Loueres & forestam de Alermound, cum feris & omnibus pertinentiis alijs.

Gualterus Mape (de quo multa referuntur iocūda) ex præcentore Lincolnensi, Oxoniensis Archidiaconus est effectus. Richardus rex apud Audeliacum castrum construxit insigne.

*Monachi resti-
sumuntur.*

Anno 1198. Hubertus Cantuar. Archiepiscopus autoritate sultus Apostolica, clericos quos Hugo Cestrensis episcopus eiecit Monachis apud Couētriā posuerat, reintroduxit monachos. Ad quorum supplementum 7. Monachi Monasterij S. Albani illuc destinati sunt, unde contigit illa duo monasteria arcitissima familiaritate coniungi, & indissolubili fœdere adiuvari.

Richardus rex Angliæ

intrauit terram regis Francorum cum magno exercitu, & cepit castellum de Curtell, & de Burritz, & Castrum Sirefontanum. Die crastina Rex Francorum venit de Mantua cum quadringentis militibus & multis alijs, ad succurrendum dicto castro de Curtellis, quod non putauit esse captum. Rex igitur Anglorum ex quo eum venire cognouit, insecutus est eum in fugam conuersum, & in tanta diltrictione posuit in portam Gisortij, quod pons fractus est sub eo, submersis de suis 20. militibus. Ipseq; rex nisi attractus fuisset a custodibus Gisortij, fracto sub eo ponte submersus fuisset. Interim rex Angliæ propria lancea prostrauit 3. milites & captos detinuit. Capti sunt cum eis insuper vsq; ad centū milites, & seruientes quorum non est numerus. Ducenti quoq; capti sunt dextrarij, quorum 27. cooperti sunt ferro.

*Regis Francia
periculum in
fugiendo.*

*Regis Angliæ
prada.*

Richardus rex Angliæ intrauit terram regis Francorum cum magno exercitu, & cepit castellum de Curtell, & de Burritz, & Castrum Sirefontanum. Die crastina Rex Francorum venit de Mantua cum quadringentis militibus & multis alijs, ad succurrendum dicto castro de Curtellis, quod non putauit esse captum. Rex igitur Anglorum ex quo eum venire cognouit, insecutus est eum in fugam conuersum, & in tanta diltrictione posuit in portam Gisortij, quod pons fractus est sub eo, submersis de suis 20. militibus. Ipseq; rex nisi attractus fuisset a custodibus Gisortij, fracto sub eo ponte submersus fuisset. Interim rex Angliæ propria lancea prostrauit 3. milites & captos detinuit. Capti sunt cum eis insuper vsq; ad centū milites, & seruientes quorum non est numerus. Ducenti quoq; capti sunt dextrarij, quorum 27. cooperti sunt ferro.

*Anno 1199. Richardus rex cum militem quendam super inuentione The-
sauri conuenire voluisset, ille veritus seueritatem regiam ad vicecomitem Lemonicensē fugit. Qui rogatus a rege vt militem redderet, cum parere neglexisset, Rex terras eius ingressus, castrum quoddam quod Caluca dicitur iuxta Lemonicas obsedit, ac fortiter impugnauit, 17. verò Kal. Aprilis, dum castrū considerando circuiret inermis, subito balistæ iaculo in humero sinistri lathali confoditur vulnere, a quodam milite qui Petrus Basilij dicebatur. Sequentibus diebus 11. languens ex vulnere, die 12. octauo viz. Idus Aprilis ætatis suæ anno 42. diem clausit extremum. Hic propter magnanimitatem cordis cognominatus est ab Anglicis & Normannis, cor Leonis. Sepultus est apud fontē Ebrandi in Monasterio Monialiū ad pedes patris sui Henrici regis, cum regnasset annis 9. mensibus totidem, sexq; diebus.*

Richardus balistæ iaculo perit.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

Anno 1199. Richardus rex cum militem quendam super inuentione The-
sauri conuenire voluisset, ille veritus seueritatem regiam ad vicecomitem Lemonicensē fugit. Qui rogatus a rege vt militem redderet, cum parere neglexisset, Rex terras eius ingressus, castrum quoddam quod Caluca dicitur iuxta Lemonicas obsedit, ac fortiter impugnauit, 17. verò Kal. Aprilis, dum castrū considerando circuiret inermis, subito balistæ iaculo in humero sinistri lathali confoditur vulnere, a quodam milite qui Petrus Basilij dicebatur. Sequentibus diebus 11. languens ex vulnere, die 12. octauo viz. Idus Aprilis ætatis suæ anno 42. diem clausit extremum. Hic propter magnanimitatem cordis cognominatus est ab Anglicis & Normannis, cor Leonis. Sepultus est apud fontē Ebrandi in Monasterio Monialiū ad pedes patris sui Henrici regis, cum regnasset annis 9. mensibus totidem, sexq; diebus.

Richardus balistæ iaculo perit.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

Iohannes filius iunior Henrici 2. regis Anglorum ex Alienora Ducissa Acquitaniæ, non modò iure propinquitatis, sed in testamento fratris sui Richardi designatus successor, post mortem eiusdem anno dom. 1199. regnum obtinuit Anglicanum. Hic a patre Iohannes sine terra cognominatus est, quia fratribus eius ad amplissimos honores sublimatis, putā Henrico in regem Angliæ coronato, Richardo Acquitanorum, & Galfrido Ducatu Britannico insignitis, ipse nihil habebat, quanquam postea ditatus fuerat comitatibus Moritonæ in Normannia, & Glouerniæ in Anglia, collatis insuper a patre terris omnibus in Hibernia conquisitis. Triginta duorum erat annorum cum in Octauis Paschæ apud Rhotomagum ducatus Normannici gladio cingeretur. In Angliam verò veniens infra Octauas Ascensionis apud Westmonasterium coronatus est. Porro Philippus Francorum Rex defuncto Rege Richardo omnia quæ libuit sibi licere reputans, nō deferens inducijs quas iuramento firmauerat, Normanniā ingressus cepit urbem Ebrouicam: terrasq; regis Angliæ vsq; Cenomannicam vndiq; deuastauit.

Richardus balistæ iaculo perit.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

Arthurus autem nepos regis Iohannis ex fratre Galfrido duce Britannæ aspirans ad regnum Angliæ, regi Francorum Cenomannis occurrit cum manu valida Andegauensium, & pro comitatu Andegauicæ eidem fecit homagium. Alienora quoq; Regina pro Ducatu Acquitaniæ quem iure possedit hereditario eidem regi homagium fecit cum Turonis aduenisset. Iohannes rex coadunato

Richardus balistæ iaculo perit.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

Richardus balistæ iaculo perit.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

Richardus balistæ iaculo perit.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

Richardus balistæ iaculo perit.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

Richardus balistæ iaculo perit.

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

nato exercitu magno in Normanniam transfretauit. Sed citò post in Angliam rediens, apud Lyncolniam in conspectu totius populi regis Scotorum suscepit homagium, qui super crucem Cantuariensis Archiepiscopi fidelitatem iurauit eidem.

Rex Scotia homagium facit.

Anno 1200. Iohannes rex iterum in Normanniam transfretauit, vbi inter reges in forma subscripta pax & concordia reformatur. Restitutis nempe regi Angliæ ciuitate Ebroica cum toto comitatu, Castellis, pagis & prædijs quæ rex Francorum occupauerat violenter, præstitoq; a rege Angliæ homagio regi Francorum, & eidem fidelitate iurata: Lodowicus regis Franciæ primogenitus nobilem puellam Blanchiam nomine, Hildefōsi regis Castelli filiam, regis Angliæ ex sorore Alienora neptem accepit vxorem. Cui rex Iohannes concessit omnes munitiones & possessiones a rege Francorum sibi nouiter restitutas, annuens etiam eidem omnes terras suas quas in regno Franciæ possidebat post decessum suum, si absq; hærede de corpore suo cōtingeret eum mori. Firmata inter reges pace & concordia, Arthurus comes Britannię patruo suo Regi Iohanni Regi Angliæ fecit homagium pro comitatu Britannię, qui spectat ad feodum Ducatus Normanniæ, & alijs terris suis quas in Anglia vel Acquitaniæ Ducatu habebat.

Pax firmata inter Angliam & Francia reges.

Arthurus homagium.

Eodem anno Iohannes rex vxorem accepit Isabellam comitis Engolismensis filiam & hæredem, quæ 8. Idus Octobris coronata est Londonijs in reginā. Hanc ferunt quidam prius vicecomiti Toartensi Hugoni Brun nupsisse, ipsamque propter vxorem violenter ablatam a fidelitate regis Angliæ discessisse.

Iohannes rex vxorem ducit.

Anno 1201. Iohannes rex Angliæ venit Parisijs, & honorificè a rege Francorum receptus est, & donatus varijs donis pretiosis. Tenuis tamen inter eos erat amicitia, quia rege Anglorum vxorato, euacuata videbatur illa sponsio, quam de terris suis in regno Franciæ fecerat Lodowico. Vnde non multò post habito inter reges colloquio inter Vernonam & insulam Andeliace, Rex Francorum occasiones quærens fidei non seruandæ, & initi fœderis infringendi, regem Angliæ summonuisse fertur, vt Parisijs in quindena Paschæ compareret super hijs quæ aduersus eum proponeret pro ducatu Acquitaniæ, comitatuq; Andegaviæ responsurus.

Rex Francorum occasiones quarit fœderis infringendi.

Æstate sequenti rex Francorum Philippus hostiliter ingressus est Normanniam, vbi munitiones quasdā cepit & villas subegit. Et vt acriores regi Angliæ inimicitias concitaret, Arthuro nepoti eius militaribus armis cincto, comitatum Britannię tradidit, præcipiens vt Pictauiensium & Andegauensium sibi comitatus acquireret, tradens ei ducentos in subsidium milites, & largiens eidem pecuniæ magnam summam. Iohannes rex vndiq; laceffit in iniurijs, resumpto animo in Arthurum nepotē, quem domesticū hostem ferebat grauius, & fautores eius, quorum præcipui erant, Hugo Brunus & Galfidus de Ladiniano conuertit exercitum. Quos bello victos & obsessos ad deditionem coegit. Cepit etiam postea vicecomitem Lemonicensē, aliosq; quamplures qui ab eius fidelitate descuerant, Arthuroq; adherentes. Quorum nonnullos trāsmisit in Angliam per diuersa castra seruandos, quosdā acceptis obsidibus remisit ad propria. Arthurum verò misit Rhotomagum sub arctiori custodia detinendum. Ob istam victoriam multi putant sibi conuenire illud Merlini fatidici. Capite Leonis coronabitur: & iterum illud. Linguas taurorum abscindet, & colla rugientium onerabit catherenis.

Iohannes Arthurum nepotem superat.

Anno 1202. Iohannes rex Philippum Beluacensem episcopum quem captū in prælio supra retulimus, diebus Richardi regis, a custodia liberauit & ad propria redire permisit.

Philippus Rex Francorum in exheredationem regis Angliæ totis viribus laborans, ingressus Acquitanniam, cepit munitiones militum Pictauiensium, Britonumq; fauore.

Papa Innocentius pro pace inter reges reformanda misit Abbatem de Casa Marij, qui adiuncto sibi Abbate trium fontium, autoritate Apostolica præcepit ytriq; regi, vt conuocatis episcopis & principibus regni, salua vtriusque

Iusticia pacem facerent. Et Abbacias cæterasq; ecclesias per eorum bella destructas in statum debitum repararent.

Philippus Normannicus Gassat.

Philippus rex non obstante Apostolico mandato Normanniam ingreditur, & Rudipontem obsidens, expugnauit & cepit, castrum quoq; Gaylardi, quod in excelsa rape super Sequanam fortissimum Richardus rex firmauerat, 6. mēsum obsidione subegit.

Tartarorum dominij origo.

Hoc anno vt a plerisq; traditur, cepit Tartarorum dominium. Qui sub mōtib; Indiæ in regione Tartara constituti, Dominum suum regem Indiæ Dauid nomine, filium Iohannis præbyteri occidentes, ad deprædationem processerunt aliarum terrarum.

Arthurus mori.

Anno 1203. Arthurus Rhotomagi moritur, de cuius morte regem Iohannem quidam eius æmuli infamauerunt.

Rex Iohannes obsides Pictauenſium propter eorum falsitatem suspēdi fecit.

Normanni ad regem Francorum desciscunt.

Philippus verò rex Francorum a cæptis non desistens castra Normannica & totam ferè terram circumpositam vsq; ad montem Michaelis in suam ditionē accepit. Normanni a fidelitate regis desciscentes, regisq; Francorum fauorem quærentes, ciuitates & castra cōmissa suæ custodiæ sine vlla resistencia reddiderunt, viz. Constantiam, Baiocās, Luxonium, Abrincascum suburbanis & Pagis. Iamq; nihil regi Angliæ in Normannia fraudibus suorum a se alienata remansit, exceptis ciuitate Rhotomagi & duobus castris Vernolio atq; Archis.

Iohannes rex Alienoram sororem Arthuri in Angliam tranſtulit, quæ in castro Bristollia honorificè exhibita ibidem consenuit. Mater eius Constantia hæres Britannia post mortem viri sui Galfridi, nupsit Guidoni de Toarto. Qui de ea vnicam filiam generauit. Quā postea duxit Petrus Roberti comitis Drocharū filius cognomēto Manclerk, accipiens cum eadem Britannia comitatū.

Alienora mori.

Anno 1204. Alienora Ducissa Acquitania, mater regis Angliæ, ex hac luce migravit.

Rhotomagum capitur.

Ciuitas Rhotomagensis a Gallicis obsessa, cum iam ferè per annum se fortiter defendisset, de subsidio desperans regis Angliæ, Philippo regi Francorum se reddidit. Qui statim muros eius diruens ne vnquam reedificaretur in posterū, ciuib; interdixit. Redditis etiam duobus castellis Archis & Vernolio, totam ex integro Normanniam habuit subiugatam. Nec hijs rex Philippus contentus vlterius progreditur, & Cenomāniam, Turoniam atq; Pictauiam sine difficultate occupat, nemine resistente. Capta est etiam dolose, ciuitas Andegauensis a Guliel. de Rupibus, ducente milites suos armatos sub capis, velut fuissent mercatores ad nundinas accedentes.

Anno 1205. Philippus Francorum rex captis fortissimis castris, Archis & Chinone a dominio Andegauia & Turonia exclusit totaliter regē Anglorum.

Anno 1206. Iohannes rex Angliæ in Acquitaniā transfretauit, & innumeras apud Rupellam copias secum duxit. Sed adueniente illuc rege Francorū cum exercitu absq; conflictu munita villa in Angliam remeauit.

Facies S. Iohannis Baptistæ.

Hoc tempore clericus quidam Walo nomine a Constantinopoli rediens, faciem S. Iohannis Baptistæ secum deferens, eam reposuit Ambianis.

Sanctus Dominicus ferè per decenniū in continuatione prædicationis perseueravit contra hæreticos Albigenſes.

Contentio monachorum de Archiepiscopi electione.

Monachi Cantuarienses in electione futura pontificis discordes, alij magistrum Reinerum supriorem suum, alij Iohannem de Graye Norwicensē Episcopum elegerunt.

Stephanus Langton interdicunt Angliā.

Anno 1207. Innocētius Papa cassatis vtrisq; electis, Cantuar. ecclesiæ magistrum Stephanum de Langton tituli S. Crisogoni præbyterum Cardinalem, postulantibus monachis, eidem ecclesiæ præficiens, in Archiepiscopum consecrauit. Super quo indignatus Rex Iohannes qui partem Norwicensis omni conatu fouebat episcopi, per Falconem de Cantilupo & Petrum de Cornehull monachos de suo Monasterio expulit, & Stephano Archiepiscopo ne accedendo ad suam ecclesiam intraret, Angliā interdixit. Quinimo prælatos tam maiores quā minores, clericos quoq; quoscunq; fauentes Archiepiscopo coegit in

in exilium, rebusq; eorum omnibus confiscatis.

Per id tempus Dux Saxonie Otho in regem Romanorum quamvis discordia electus, in Angliam ad regem Iohannem auunculum suum venit. Pro cuius subsidio Rex Angliæ & a clericis & laicis 13. partem bonorum extorsit.

Philippus Francorum rex in exheredationem regis Angliæ non agens segniter, ut qui prædatur non prædaretur, multas ei in Aquitania munitiones abstulit.

Eodem anno apud Wintoniam in die S. Remigij natus est regi Iohanni filius quem vocauit Henricum nomine patris sui.

10 Anno 1208. Anglia per Papam Innocentem interdicto supponitur 11. Kal. Aprilis exsequentibus Papale mandatum, Gulielmo Londoniensi, Eustachio Eliensi, & Malgero Wigornienſi episcopis, quia rex Iohannes Archiepiscopum Stephanum ad suam ecclesiam accedere non permisit. Qui tempore sui exilij mansit in monasterio Pontiniacensi, beati Thomæ Martyris vestigia imitatus.

Otho dux Saxonie nepos regis Angliæ ex sorore regnum Alemannie pacifice obtinuit, Philippo Suauis qui cum Othone diu contenderat de imperio, a Landegravio Turingiæ interfecto.

Anno 1209. Iohanni regi natus est filius secundus in vigilia Epiphaniæ, quæ in fratris sui memoriam vocauit Richardum.

20 Iohannes rex audito quod Gulielmus Scotorum rex filiam suam comiti Bologniæ iunxisset connubio, eius assensu non requisito ægrè tulit. Propter quod eum bello aggredi proposuit. Sed tandem reformata pace acceptis duabus filiabus regis Scotiæ obsidibus, redijt proposito immutato.

Crux contra Albigenſes hæreticos ex mandato domini Papæ in Francia prædicatur, multitudo ergo Gallicorum contra fidei refugas profecta, adiuncto sibi comite Tholosano Viterpin primò adeundo, Carthasonem obsident & expugnant. Moxq; reuersuri ad propria toti regioni præficiunt Simonem Comitem montis fortis.

30 Anno 1210. Innocentius Papa in Othonem imperatorem ecclesiæ Romanæ rebellem excommunicationis sententiam fulminauit, principesq; Tenoine ab eius fidelitate absoluit, ac ne quis eum imperatorem appellaret sub interminatione Anathematis interdixit. Excommunicauit Iohannem regem Angliæ pro eo quod Archiepiscopum Stephanum ad ecclesiam suam accedere non permisit.

Iohannes rex eodem anno profectus in Hiberniam in suam ditionem redegit totam terram Catalo rege Conaccie triumphato. Rediens verò de Hibernia, de Abbatibus alijsq; religiosorum domibus & præcipue Cisterciensium, exigit tallagium nimis graue.

40 Anno 1211. Iohannes rex Wallenses rebelles subegit. Qui nihilominus reſumptis viribus in eodem anno Angliam infestabant.

Castrum de Stotford quod erat Londoniensis episcopi a rege euertitur.

Alexander regis Scotorum primogenitus Londonias veniens a rege Iohanne militaribus armis accingitur.

Innocentius papa videns regem Iohannem ecclesiastica disciplina nullatenus emolliri, scripsit regi Francorum & alijs principibus conterminis, ut regem Angliæ inquietarent, quatenus rigorem animi sui per tales molestias remitteret, & ad obedientiam Romanam rediret.

50 Anno 1212. Philippus rex Francorum cum suis proceribus tractare cepit de transſretando in Angliam ad debellandum regem Iohannem, quod colorabat sub specie iusticiæ, eo quod esset Romanæ ecclesiæ rebellis.

Rex Iohannes duxit exercitum in Walliam, incurſus Wallensium repressurus, & regreditur cum honore.

Eodem tempore ceperunt Barones a rege Iohanne deficere, prætendentes libertates eis debitas minimè obseruari. De quibus acti sunt in exiliu: Robertus filius Gualteri, & Stephanus Ridell, qui in Gallijs morabantur. Galfridus etiam de Norwico carceri mancipatur. Hij tres creduntur fuisse contra regem

Otho fit rex Romanorum.

Regi natus filius.

Anglia interdicto supponitur.

Papa mina in reges.

Rex Hiberniam subiugat.

Wallenses subacti.

Papa discordiarum motor.

Barones a rege deficiunt.

capitanei factionis.

S. Franciscus.

Hoc anno beatus Franciscus natione Tuscus de ciuitate Assisij post lasciuiam iuuenilis ardoris & negotiorum secularium vanitatem, mente cōpunctus, abiit & venditis vniuersis quæ habuit, pecuniam cuidam sacerdoti obtulit ad suæ ecclesiæ reparationem, Quam cum sacerdos renueret, Franciscus monetā abiciens, Christo in paupertate voluntaria, seruire decreuit, octauo anno ab eo quo capit sanctus dominicus prædicare.

Anno 1213.

Philippus Francorum rex coadunato nauigio apud Kalesiam perpendens Ferrandum Flandrensem Comitem Regi Angliæ Iohanni fauere diuertit in Flandriam, vt ea prius subiugata liberius deinde Angliā occuparet.

*Classis Angliæ.
Francos abducit*

Interim rex Angliæ copiosa nauium classe parata, & præpositis eidem Gulielmo de longa spata Sarisburiensi, & Reginaldo de Danmartino Boloniensi comitibus, ac nobili viro Hugone de noua villa cū viris naualis belli peritis trāsmisit eam in Flandriam, vt regis Francorum nauigium destruerent, & ipsum ab impugnatione Flandrensis comitis impedirēt. Ingressi igitur prædicti nobiles portum Damonis cum classe sua tota, totam fere multitudinem nauium Gallicorum victualibus onustarum & armis in Angliam abduxerunt.

*Francorum rex
naues suas com-
buit.*

Rex Francorum tam subito consternatus euentu, pauculas naues relictas, timens ne in vsum cederent aduersariōrum, in ira vehementi præcepit comburi. Et ex post Parisijs dirigit iter suum.

*Stephanus ad-
mittitur Ar-
chiep.*

Iohannes rex Angliæ videns Barones suos contra se insurgere, vtpote qui cum rege Francorum per literas suas ligeas fecerant, spondentes regnum Angliæ Lodowico filio regis eiusdem. Videns etiā offensam domini Papæ super se de die in diem aggrauari, flexus est animo. Et inprimis Archiepiscopi Stephanum ad suam permisit sedem accedere, ac libera in omnibus fungi sibi debita dignitate. Cupiens etiam cōtra hostes tam domesticos quàm extraneos ecclesiastica protectione muniri, procurante Pandulpho Apostolicę sedis legato, totum regnum suum Angliæ & Hiberniæ, deo & beato Petro Apostolo eiusq; vicario Catholico Imocentio Papæ 3. successoribusq; suis Catholicis, in remissionem peccatorum suorum totiusq; generis sui in mille marcis s. pro Angliā 700. & pro Hibernia 300. constituit censuale, vt patet in charta super hijs confecta & sigillo regio consignata. Hijs peractis Iohannes rex a sententia excommunicationis absoluitur publicē in ecclesia cathedrali Wintoniēsi, præstita iuratoria cautione de restitutione ablatorum tam clericis quàm laicis facienda, & recipiendis omnibus in plenam gratiam & amorem.

*Iohannes pacem
a papa merca-
tur.*

*Franci prohibi-
bentur regem
Angliæ infes-
tare.*

Exinde Pandulphus legatus in Galliam transiens, Francorum regi Philippo sub Anathematis interminatione prohibuit ne trāsiret in Angliam, seu regem Angliæ reconciliatum ecclesiæ, quo minus regnum suum possideret pacifice, aliquatenus per se vel per alios infestaret. Durauit tamen adhuc interdictum in Anglia, clero illud relaxari nolente, quousque de ablatis satisfactum esset ad plenum.

*Iohannes urbem
Andegauicam
cepit.*

Iohannes Rex eodem anno transfretans susceptus est honorificē in Rupellam. Nec multo post reconciliatis sibi comite Marchiæ & Galfrido de Landanā cepit urbem Andegauim, & castrum Bellum forte, aliasq; munitiones quam plures Turba militum suorum missa Transligeri ad prædandum Robertum comitis Drocharum filium, & milites cum eo 14. in armis sibi occurrentes ceperunt.

*Rex interdicto
absoluitur.*

Anno 1214. Iohannes rex impetratis a sede Apostolica 5. annorum inducijs super restitutionem ablatorum, ita quod singulis annis vsq; ad complementum vna pecunię portio solueretur, inuito clero relaxationem obtinuit interdicti, quod iam sex annis, mensibus tribus, & diebus decem, & septem durauerat.

*Urbis Andegauis
regi Iohanni infida
Lodowico primogenito
regis Franco-
rum se reddidit.*

Urbis Andegauis regi Iohanni infida Lodowico primogenito regis Francorum se reddidit. Qui muros eius nouiter a rege Iohanne constructos ad solum diruens complanauit.

Attendens autem Iohannes Pictauenſium duplicitem & Andegauenſium penes

pœnes se mobilitatē, qui plus fauerent parti Gallicæ quā suæ, in treugas quinquennales a rege Franciæ impetratas per amicos concessit.

Otho ab Imperio iudicio ecclesiæ depositus a rege Francorum bello victus est, captis in hoc prælio Ferrando Flandrensi, Gulielmo de longa spata Sarisburiensi, & Reginaldo de Danmartino Boloniensi comitibus, multisq; Baronibus & alijs personis ordinis militaris.

Otho depositus.

10 Anno 1215. Otho quondam Imperator aduersante sibi fortuna post bellū proximē supradictum in Saxoniā reuersus, priuatā vitā toto æuo suo duxit in Ducatu qui sibi iure hereditario competeat. Tandem dissenteria morbo laborans conuocatis episcopis alijsq; Clero, instanter cum lachrymis absolutionem super sua rebellionē petijt & accepit. Miles quidam Anglicus dictus Philippus de bona villa qui sub isto Othone plurimis annis militauerat, sæpe de illo cum magna deuotione referre solebat. Cum instante morte viaticū recipere (quia nihil retinere poterat) nō auderet, tamē corpus Christi ad instantiā eius vt illud videret allatū humiliter adorauit. Et cum quasi amplexaturus brachijs expansis, nudato corpore approximaret, hostia illa in loco vbi cor la-

Otho moritur.

Mirabile de hostia.

30 Iohannes rex Angliæ vnā cum comitibus Cestriæ, Derbiæ, alijsq; nobilibus crucem accepit a Gulielmo Londoniensi episcopo in ecclesia S. Pauli. Verū aduersante sibi fortuna non licuit ei tam vtili vacare proposito, insurgentibus contra eum Baronibus suis eo quod libertates & iura ab eo petita, & vt dicebant promissa nō persoluit, nec impleuerat in effectu. Vnde & per quendā canonicū regularem ipsum diffidarunt apud Radingiam 3. Nonas Maij.

Baronū rebellio.

Iohannes rex Gulielmum de Longa spata comitem Sarum a Gallicis captū, mutatione Roberti filij comitis Drocaram redemit.

Ciuitas Londoniarū a rege deficiens 16. Kal. Iulij se trāstulit ad Barones.

Londoni defectio a rege.

30 Rex Iohannes multos de Baronibus & militibus in Castro Roffensi, quod post aliqualem obsidionē redditum fuerat, cepit, & ad castrum de Corf insigne captiuos transmisit.

Barones multi capti.

Barones Lodowicum regis Francorum filium in suum euocant subsidium promittentes ei regnum Angliæ rege Iohanne expulso.

Britannorum submersio.

40 Hoc anno mense Septembri multi viri nobiles Britanni & Flandrenses, regis Iohannis allesti stipendijs, volentes in Angliam transfretare naufragio perierunt. Horum dux fuit miles quidam dictus Hugo de Bones, vir vitij plenius & crudelitate. Qui in partibus transmarinis, 60. millia armatorum in auxiliū regis collegerat. Sed deo miserante hij omnes a pelago sunt absorpti. Cadauer Hugonis apud Grenemutam in Norfolcia est eiectum, vbi cum maxima multitudine militum merforū & seruientium est repertum. Eiecta sunt etiam in locis diuersis super littus maris corpora mulierum & paruulorum in cunis iacentium, quorum omnium multitudo ita maris occupauit littora, quod ex infectione aeris, morbus & pestis inualuit inter prouinciales. Habuerant autem in proposito vt expulsis indigenis a toto regno terram iure perpetuo possiderent. Dederat namq; rex Iohannes duci eorum Hugoni de Bones per chartam suam prouincias Norfolciæ & Southfolciæ prout dicebatur. Sed propositum eorum annullauit diuina clementia vt præfertur.

Pestis ex corporibus submersis.

Hoc anno mense Nouembri, sub Papa Innocentio Lateranense celebratur concilium, in quo lata est sententia excommunicationis in omnes qui Iohannem regem Angliæ satagebant de regno suo modo quolibet exturbare.

Lateranense concilium.

50 Anno 1216. Gualo Apostolicæ sedis legatus venit Parisijs, Philippum regē studiose exhortans vt filiū suum Lodowicū a transitu in Angliā prohiberet. Super quo etiam nihilominus autoritate Apostolica ipsū monuit Lodowicum, denunciāns tam patri quā filio sententiā excommunicationis latā in Lateranensi cōsilio in omnes qui Iohannē regē Angliæ vt a regno deijcerēt expugnabant. Lodowic⁹ spreta monitione legati, a ceptis nequaquā destitit, sed apud Kale-

Lodowicus Papa legatum spreuit.

siū Flādrīę portū classē adunari præcepit, pro exercitū in Angliā trāsportādo.

H. j.

Gualo

Gualo legatus in Angliam tendens, & Lodowicum praueniens fategit inter Barones & regem pacem componere licet frustra.

Lodowicus Angliam occupat.

Lodowicus perueniens Sandwicum habuit obuios Barones suæ parti fauētes qui deduxerunt eum vsq; Rosam, cuius castrum statim est redditum eidē. Feria quinta in Ebdomada Pentecostes veniens Londonias cum processione solemni receptus est in ecclesia S. Pauli. Vbi cum suscepisset homagium ciuiū, vsq; Westmon. transiens suscepit homagium procerum adharētium parti suæ. Cum quibus progrediens cepit castrum de Reigate, Guilford & Farneham, & multas alias munitiones.

Papa excommunicationis nihil fit

Gualo legatus Lodowico plurimum conabatur resistere excommunicando & interdicendo. Sed parū proficere potuit, populo ferè toto in regis sui odiū prouocato. 10

Iohannis mort.

Interim Iohannes rex valido collecto exercitu, proposuit cū Lodowico & eius fautoribus prælio decertasse, sed in ipso belli apparatu morbo correptus decubuit. Et post paucos dies defungitur apud Newarke 14. Kal. Nouembris, cum regnasset annis 17. mensibus 5. decemq; diebus.

Sepultus est autem Wigorniz coram altari magno in medio inter sacrosancta corpora Oswaldi & Wulfstani pontificum bonorum.

Iohannis deuotio in religiosos.

Iste rex Iohannes Abbathiā Cesterciensis ordinis in Winton. diæces. quæ bellus locus dicitur, & monasterium Virginum apud Godltow in Lincolnensi diæces. pro anima Rosamundæ, quæ aliquando patris fuerat concubina fundauit. Propter quod nonnulli putant ad illum Merlini fatidici vaticiniū referri quo dixit. Virginea munera virginibus donabit: Promerebitur inde fauorem tonantis & inter beatos collocabitur. 20

Henricus coronatur.

Henricus filius Iohannis regis ex Isabella filia comitis Engolismensis, annū ætatis agens 10. post patrem defunctum, an. dom. 1216. sublimatur in regem. Et præsentibus Gualone Apostolicæ sedis legato cum episcopis Iocelino Bathoniensi, Gulielmo Couentrensi, alijsq; prælati pluribus, reginaq; Isabella cum Comitibus Gulielmo Marefchallo, Gulielmo de Ferrarijs, magnaq; aliorum multitudine nobilium, per Petrum Wintoniensem episcopum, in die apostolorum Simonis & Iudæ in ecclesia beati Petri monachorum Glouerniæ inunctus in regem, solemniter coronatur. 30

Trenga inter Lodowicum & Henricum.

Lodowicus regis Francorum filius cum iam castrum Douerię obsedisset diebus 15. nihil proficiens, Londonias reuertitur, ubi in die S. Leonardi redditur ei turris. Progressus verò de Londonijs castrum de Hertford cepit, in die S. Andreæ apostoli, & castrum de Berkhamsted, in die sancti Lucie. Et exinde acceptæ sunt treuge inter regem iuuenem Henricum, & Lodowicum vsq; in festū Martyrum Fabiani & Sebastiani. Quibus firmatis Lodowicus in Gallias transfretauit. Interim verò multitudo magna Baronum & militum rupto foedere quo se Lodowico astrinxerant, ea mentis leuitate qua a patre descuerant, ad filium reuertuntur. 40

Cōspiratio Gallorum per militem patefacta.

Narrant tamen quidam Chronici, quòd quidam miles de regno Francorum, qui cum Lodowico venerat ad subiugandum Angliam iam fatis vrgentibus ad extrema perductus, cum nouisset infallibiliter se moriturum, acsciuit ad se presbyteros & Barones quosdam Anglię qui tunc ob ciuitatis custodiam in vrbe Londoniarū morabātur, corā omnibus lachrymabiliter ista dixit. Doleo super miseria & desolacione vestra, quod vos pericula quę imminēt vobis non videtis. Iurauit inquit Lodowicus & 12. comites de regno Francię & Barones sui, quod si contingat eum Angliam subiugare, & in regem coronari, ipse omnes Barones & nobiles Anglię qui nunc cum ipso militant, & regem Iohannem persequuntur, perpetuo damnabit exilio, et sui domini proditores & omne genus eorum vsq; ad vltimam generationem de terra delebit. Et ne hoc vobis vertatur in dubium, ego qui hic decumbo continuo moriturus, vobis affirmo in periculo animæ meæ, me vnum ex illis esse qui hoc cum Lodowico iurauerunt. Vnde summopere vobis consulo, vt vobis salubriter prouideatis. Quibus dictis continuò spiritum exhalauit. 50

Anno 1217. Lodowicus in Angliam rediens post lapsum trengarum obsedit iterum castrū Douoria, sed nihil profecit. Simili quoq; sorte, a castro de Windeleshore est repulsus. Quapropter ordinatis dietis, versus Lincolniam dirigit cum exercitu iter suum. Vbi superueniens exercitus regis iuuenis ei bellum indixit. Grauiſſimo proinde conferto praelio, fiunt victores Anglici fugiente Lodowico. Quadringenti milites de parte Lodowici fuerūt occisi. Inter quos cecidit nobilis ille Thomas Comes de Perticis, tam regis Francorum quam Anglorum confanguineus, feruntur etiam captiuati 52. milites de complicibus Lodowici. De quorum numero erat Gilbertus de Clare vir inclytus, quē cepit Gulielmus Mareſchalli, & Glouerniam deduci fecit custodiæ mancipandum. Cui poſtea ſedatis rebus bellicis, paceq; reſſorente Iſabellam filiam ſuam matrimonio copulauit.

Lodowicus ſagatur.

Lapsis poſt praelium hoc diebus paucis, caſus eſt ab Anglicis naualis exercitus Lodowici. Huic præerat Eustachius ut fertur Monachus, qui ut decebat Apoſtatā oſtendens ſuam inconstantiam, ſæpe de vno rege tranſiuit ad alium, & tanquam de Monacho factus Demoniacus, dolo & perfidia plenus fuit. Cuius caput abſciſſum, delatum eſt per diuerſa loca Angliæ ſuper palum.

Pena perfidia.

Lodowicus Londonijs receptus, terra mariq; ſibi comperiens detrimenta augeri, & partem inueniens regis indies roborari pacem petijt, neceſſitatis articulo compellente. In præſentia igitur domini Walonis Apoſtolici ſedis legati, & prælatorum atq; procerum huius regni, præſtitit iuramentum quod mandatis pareret eccleſiæ, et ſic a ſentētia excommunicationis eſt abſolutus. Insuper renuncians regno Angliæ & præſtito iuramento quod adepti regno paterno, omnia per patrem ſuū regibus Angliæ iniuſtè ablata, reſtitueret, liber cum ſuis omnibus remeauit.

Lodowicus abſoluitur.

Anno 1218. multi Francorum & Anglorum deuotione alleſti, peregrinationē Ieroſolimitanam ſunt aggreſſi. Iohannes rex Ieruſalē & dux Aſtriæ coadunato exercitu valido ex multitudine peregrinorū nationum diuerſarum ciuitatem Damiaticam obſederūt, & anno ſequenti ceperunt. Eſt autem Damiata ciuitas Ægypti maritima in terra Goſſen inter Rameſſe, & Campotaneos ſita, antemurale totius Ægypti, dicta quondam Eliopoleos.

Damiata capta

Anno 1220. treugæ quatuor annorum inter Philippum Francorum & Henricum Anglorum reges pro Piſtauia ſunt acceptæ.

Hoc anno inchoatum eſt nouum opus Weſtmonaſterij. Cuius in propria perſona rex primum poſuit lapidem fundamenti. De ſingulis autem carucis Angliæ dati ſunt regi duo ſolidi pro releuamine ſtatus ſui.

Aedificatio Weſtmonaſterij

Hoc anno clerici qui infra caſtrum regis apud veterem Sarum manebant, vna cum ſede episcopali ad villam episcopi quæ nunc noua Sarum dicitur, & priuilegio ciuitatis donata eſt, a rege Henrico tranſſeruntur, procurante negotiū episcopo Sarisburienſi Richardo, & eodem rege deuotiùs annuente.

Sedes Sarum tranſſata.

Anno 1221. Iſabella mater regis Angliæ irrequiſito filij vel conſilij ſui conſenſu, tranſſeretans in Gallias nupſit Comiti Marchiæ filio Hugonis Bromz. Qui ſtatim quædam Caſtra Regis in Piſtauia in manu expugnans valida occupauit.

Eodē anno Gulielmus de fortibus, comes de alba Marlo, in comitatu Lincolnix multos ad rebellionem commouit. Qui dum ad pacem regis venire cōtemnit a Pandulpho apoſtolice ſedis legato excōmunicatur. Fuerūt & alij viri magni qui munitiones, & caſtra poſſeſſionesq; alias regis dominicas iniuſto dominio uſurpabant. Hij tandem coacti ſunt omnia reſignare regiæ voluntati.

Comes de alba Marlo excōmunicatur.

Hubertus de Burgo comes Cātij ob probitatē & fidelitatē eximiā, cuſtos regis iuuenis & totius Angliæ Iuſticiarius factus eſt, aſſenſu omniū maiorū regni.

Damiata occupata a Turcis.

Anno 1222. Damiata cum maximo chriſtianorū labore capta, & chriſtianis per annū poſſeſſa Saracenorum dominio iterum eſt ſubiecta.

Stephanus Cantuar. præſul primum conſilium ſuum tenuit Oxoniæ, in quo Diaconus quidam Apoſtata conuiſtus degradatus eſt, & manu ſæculari traditus, flammis vlticibus eſt abſumptus.

Apoſtata ſupplicio affectus.

Rusticus quidam seipsum crucifigens, & stigmata vulnerum Christi superstitione quadam circumferens perpetuò immuratur.

Philippi mors.

Anno 1223. Obijt Philippus Francorum Rex, cui successit filius eius Lodowicus.

Anno 1224. Lodowicus Francorū rex postposito iuramento, quod olim in Anglia præstiterat, cœpta patris contra regem Angliæ prosequens, villam sancti Iohannis Angeliaci cepit & castrum de Mordum in Pictavia. Obsedit etiam Rupellam & cepit eam traditione Sauarici de Malo leone. Qui timens tantæ proditiōis pœnas sibi imminere, factus transfuga ad regem Franciæ se conuertit.

Falsæ ruina.

Eodem anno Falcasius de Brens insurgens contra regem Angliæ, illicò est oppressus. Et infra annum ad tantâ egestatem deductus, ut qui paulò ante Angliæ proceres diuitiarum gloria anteire videbatur, iam actus in exilium, tenuem in Gallijs quæritando victum, etiam capitis reclinatorium non haberet. Suppressis sibi per Angliam inimicis, cepit rex pacificè administrare regnum. Sed non dum ei ad recuperanda perdita in partibus Galliarum suppetebat facultas.

Anno 1225. Richardus comes Cornubiæ frater regis & Gulielmus Comes Sarum, auunculus eius, cum multis proceribus proficiscentes in Wasconiam prosperè res gesserunt.

Lodowici mors.

Anno 1226. moritur Lodowicus Francorum rex, & succedit eidem filius eius S. Lodowicus, coronatus in regem cum esset annorum 14.

Discordia inter regem & Barones.

Discordia orta est inter regem & Barones propter Hubertum de Burgo, quē Barones ab officio deijcere rege contradicente volebant.

Rex Henricus Richardo fratri suo moratū in Wasconia 500. transmisit Walenses & pecuniæ magnam summam.

Anno 1227. Lodowicus Francorum rex de consilio Blanchiæ matris suæ Episcopos & milites in terram Albigensium misit, per quos urbem Tolosam cum toto obtinuit comitatu.

Henrici humilitas.

Anno 1230. Henricus Anglorum rex transfretauit in Britanniam suadente Petro duce Britannie, ut a rege Francorum terras per patrem eius & auum sibi & progenitoribus suis iniuste ablatas repeteret. Qui die quo naues ascensurus erat pauperes & infirmos humiliter visitans, leprosoq; deosculans largas eis eleemosynas erogauit.

Hubertus in carceratur.

Anno 1231. Henricus rex Angliæ intento suo frustatus de Britannia in Angliam remeauit.

Anno 1232. Hubertus de Burgo comes Cantij quibusdam grauibus contra eum propositis carceri mancipatur.

Anno 1233. Richardus Mareschalli contra regem insurgens, Walliam commouit ad guerram. Qui etiam Hubertum de Burgo qui de castro de Dimis euaserat ad ecclesiam, vi captum in Walliam secum duxit. Hic etiam in Hybernia contra regem confurgens, ibidem deceptus occiditur. Cui successit in comitatu Germanus eius Gilbertus.

Edmundus fit Archiep. Cant.

Anno 1234. Magister Edmundus de Abendoniam in Cantuar. Archiepiscopum sublinatur.

Anno 1235. Imperator Fredericus sororem Henrici regis nomine Isabelam uxorem accepit.

Fames in Gallia.

Fames admodum magna inualuit in Gallia maximè in partibus Aquitanie ita ut homines herbas campestras sicut animalia bruta comederent.

Henricus rex Angliæ Alienoram filiam secundam comitis prouinciæ apud Cantuariam desponsauit.

Anno 1236. Richardus frater regis Cornubiæ comes, & comes Mareschalli Gilbertus cum multis alijs crucis characterem susceperunt.

Anno 1237. Iohannes Scotus vltimus comes Cestrie moritur, & deficiente hærede, deuolutus est in possessionem regiam comitatus. Otho Legatus venit in Angliam. Data est regi hoc anno a clero & populo, 30. pars bonorum.

Anno

Anno 1238. Otho apostolicæ sedis legatus, cū ad Abbathiā de Osney iuxta Oxoniā receptus fuisset, insultum passus a scholaribus ad campanile transfugit. Qui postea Londonijs in scholares Oxoniæ sententiam excommunicatis onis fulminauit, studiumq; dispersit. Vnde factum est, vt quidam villam Northamptoniæ, quidam nouam ciuitatem Sarum ad studium elegerunt.

Otho ab Oxoniensibus male tractatur.

Anno 1239. Corona domini spinea allata est in Franciam.

Henrico regi natus est filius & vocatus Edwardus.

Richardus regis Anglorum Germanus, Comes Pictauix & Cornubiæ vnā cum Gulielmo de longa spata profectus in terram sanctam, exercitū Francorum inuenit sub rege Nauarriæ Theobaldo plurimum desolatum. Quibus cō-

*Richardi com-
passio.*

patiens cum Saracenis treugas iniit, omnibus Christianis qui captiui tenebantur liberatis.

Comes Cantij Hubertus de burgo, iudicio contra eum procedente 4. castra dominationi regiæ cogitur resignare.

Simon de monte forti filius Simonis de monte forti, qui an. dom. 1209. cruce signatus est contra Albigenes, reginam Blanchiam regis Francorum matrē sibi timens offensam, aufugit in Angliam, vbi gratiosē acceptus a rege, Leicestræ obtinuit comitatum, cum Seneschallia Angliæ, & regis sororem, quæ prius castitatem publicē vouerat in manu episcopi uxorem accepit. Qui etiam postea Senescallus Wasconie factus: regem Angliæ vt terram Basclorū, cui caput est ciuitas Baiona, & olim regnum fuerat, recognosceret de feodo Franciæ regis: vt sic regis Castellæ actionem excluderet: qui terram illam ad feodum regni Hispaniæ asseruit pertinere.

*Simon recipitur
in gratiam.*

Anno 1240. Fredericus imperator Romipetis ponens insidias, Iacobum Prenestinum Episcopum de Francia, & Othonē diaconum Cardinalem de Angliā ad curiam reuertentes capi fecit, & in custodia detineri.

Otho capitur.

Gregorius Papā cum consilium teneri voluisset, captis per diuersas partes prelati ab Imperatoris fautoribus a suo proposito impeditur. Inter quæ mala ad extremam horam veniens in domino obdormiuit.

30 Beatus Edmundus Cantuariensis Archiepiscopus in Galliis apud villam de Soyfi præsentem miseram vitam exuēs: ad æternæ viriditatis pascua introiuit.

Edmundi mors.

Anno 1241. rex Angliæ capsam auream pro reponendis exuviis sanctissimi regis & confessoris Edwardi in ecclesia Westmon. fecit parari.

Alphonfus frater regis Franciæ Comes Pictauiensis efficitur. Soror Arthuri apud Bristollum obiit: vbi cum annis multis duxisset vitam cœlibem, tandem moritura corpus suum inter Sanctimoniales Ambrestberix sepeliendum legauit. Quibus annuēte rege manerium de Molleshā cum pertinentiis suis dedit.

*Soror Arthuri
moritur.*

Anno 1242. Richardus frater regis Angliæ cum comite Wilhelmo de longa spata reuertitur de terra sancta.

40 Lodowicus Francorum Rex Hugonem Broun Comitem Marchiæ qui matrem regis Angliæ duxerat in uxorem, infestauit propter homagium Alphonso Pictauiensi Comiti denegatum. In cuius subsidium transfretans rex Angliæ vnā cum Richardo fratre suo Cornubiensi comite, Comitatuq; Pictauiæ ex donatione patris vendicante iuxta Sanctonas cum rege Franciæ pugnam commisit. Videns verò Pictauienses a se deficere, quorum fiducias ad illas partes accesserat, prelio se subtrahens in quoddam castrum se recepit. Urbem namq; Sanctonas sibi infidam præsentens, utpote quæ statim post pugnam regi Francorū se reddidit, ingredi recusauit. Cecidit in hoc tumultu miles illustris Gilbertus de Clare aliq; nonnulli. Exercitus etiam Francorum rege suo infirmato, ingrauescenteq; penuria victualium, ad propria remeauit.

*Prælium inter
reges Angliæ &
Franciæ.*

Anno 1243. Henricus rex Angliæ munitiones quasdam in Wasconia rebellātes subegit. Inter quas erat castrum de Viterna.

Templarij in Acon hospitalarios etiam persequentes crudeliter, treugas cū Soldano Babiloniæ per Richardum fratrem regis Angliæ initas, in eorum infregerunt odium cum Soldanis alijs vt dicitur fœdere sociati.

Anno 1244. Dauid princeps Walliæ ex sorore nepos, Innocentio Papæ sug-

geffit principatum Walliz ad ecclesiam Romanam feodum pertinere, seq; de rege Angliæ tenere compulsus iniuste. Propter quod scripsit sumus Pontifex Abbat de Albertoun super hoc negotio. De quo plenius informatus, sub dissimulatione transiuit.

Saraceni Christianos cadunt.

Soldanus Babiloniæ super treuga interrupta grauiter indignatus, conductis Corasinis qui inter Saracenos pugnatiores putantur, christianos bello aggreditur, ac de eis multitudinem magnam cruentissima cæde strauit. In quo prælio tam Prior hospitalis quàm magister militiæ Templi, ab hostibus captiuatur, Saraceniq; ciuitatem Ierusalem sepulchrumq; dominicum destruxerunt.

Natus est regi filius 2. & dictus est Edmundus.

Lugdunense consilium.

Anno 1245. Innocentius Papa celebrauit consilium apud Lugdunum. Ad quod missi sunt per regem Angliæ de consilio prælatorum, comitum & Baronum viri nobiles 4. dato eis aduocato magistro Gulielmo de Powyke, vt concessionem regis Iohannis de censu annuo pro Angliæ & Hybernica contradicerent, quod de regni assensu non processerat. Sed & per Cantuariensem Archiepiscopum fuerat reclamatum vice totius regni. Sed Papa hoc indigere morosa deliberatione respondens, negotium posuit in suspensio.

Itali ecclesia & pinnæ occupant.

Prælati Angliæ hoc anno, conquesti sunt regi de oppressione ecclesiæ Anglicanæ, cuius prouentus omnes & redditus Italici occupabant. Propter quod magistro Martino domini Papæ consanguineo, qui maior inter cæteros, aliorumq; tutor in huiusmodi negotijs videbatur & defensor, vt regnum indilate euacuet, regio mandatur edicto.

Richardus frater regis Angliæ (defuncta priore vxore, Isabella relicta quondam Gilberti de Clara, de qua filium genuerat Henricum nomine) tertiam filiam comitis Prouinciæ nomine Seuchiam accepit vxorem.

Edmundus Cantuariensis canonizatur.

Anno 1246. Beatus Edmundus Cantuariensis Archiepiscopus, ab Innocentio canonizatur Lugduni. Carolus frater regis Franciæ Andegauensium obtinet ciuitatem.

Papa de glubet clericum Angliæ.

Anno 1247. Ecclesia Anglicana pro releuamine status sui, 11. millia marcarum domino Papæ soluit.

Anno 1248. Rex Franciæ in terram sanctam proficiscens, & per Lugdunum transiens a domino Papa literas prohibitorias ad regem Angliæ, ne terras suas inquietaret peregrinationis tempore impetrauit.

Passus dominicus colatur.

Anno 1249. Passus dominicus per quendam fratrem de ordine prædicatorum allatus in Angliam, repositus est in conuentu ordinis eiusdem apud Bristol. Quem rex Henricus a fratribus præsentatum contulit ecclesiæ Westmon. vbi vsq; in præsens veneratione habetur.

Damiata recuperatur.

Rex Francorum cepit Damiatam & in ea æstaté peregit, mense verò Nouëbri procedens ad ciuitatem Massoræ eam obsedit, vbi de exercitu christiano per Saracenos plurimi occiduntur.

Rex Francorum capitur a Saracenis.

Anno 1250. Rex Francorum exercitu suo in obsidione Massoræ peste laborante & fame, dum Damiatam reuertitur, superueniente Saracenorum exercitu in itinere captus est, cum duobus fratribus suis Alphonso Pietauensi, & Carolo Andegauensi comitibus, multisq; alijs viris nobilibus, Robertus verò Attrabatenis comes, tertius frater regis submergitur fugiendo. Multi etiā prælio decertando occiduntur, de quorum numero erat Gulielmus de longa spata, Comes Sarisburiensis qui viriliter dimicando cecidit, aggrauata manu hostium super eum.

Abbatissa somnium.

Abbatissa de Lacok fœmina magnæ sanctitatis, quæ mater erat Gulielmi de longa spata nocte præcedente diem quo filius eius interfectus est, vidit cælos apertos, & filium suum armatum ab Angelis eleuatum cum gaudio introire. Huius Gulielmi filiam vnicam & hæredem duxit Henricus de Lacy comes Lincolnæ, Sarisburiensem cum eadem accipiens comitatum.

Rex Francorum liberatur.

Rex Francorum procurante regina Blanca matre eius, cui custodiam reliquerat, dato pretio & restituta Damiata Saracenis, liberatur, vnâ cum fratribus & alijs concaptiuis. Qui remissis in Franciam fratribus transfretaui in Acon,

con, cuius muros ac ciuitatum Ioppe & Sidonis reparans in terra illa per quinquennium moram fecit.

Anno 1251. Pastores in Francia coadunata multitudine, dicebant se Angelica visione monitos, vt proficiscerentur in terram sanctam contra Saracenos & incredulos pugnaturi. Transeuntes verò Parisijs, venerunt Bituricas, vbi suborta discordia cum ciuibus fit conflictus, & multis occisis reliqui disperguntur.

*Pastorum Gissa
in Francia.*

An. 1252. Papa Innocentius statuit vt Cardinales capellis rubeis vterentur.

Magister Albericus domini Papæ Notarius mittitur ab eodem ad Richardum fratrem regis Angliæ offerens ei regnum Apuleæ, quo priuauerat Fredericum vnâ cum imperio. Sed Richardo comite negotium differente, superuenienteq; cito post morte Papæ, non est res sortita effectum.

Papa offert regnum.

A primo die Martij vsq; ad assumptionem beatæ Mariæ, in Anglia nulla cecidit pluuia super terram.

Pluuia defectus

Anno 1253. Henricus rex Angliæ ad instantiam prælatorum, comitum & Baronum chartas duas, vnâ de libertatibus quæ magna, & aliam quæ dicitur de foresta concessit.

Henrici charta.

In partibus Angliæ quæ dicitur Hollande & Holderneſſe aluione maris insolita, magna terræ portio cum domibus & earum habitatoribus est deleta.

*Dammum ex
inundatione
maris.*

Moritur Robertus Episcopus Lincolnienſis, qui cognominatus est a pluribus grossum caput.

*Roberti Grosſed
mors.*

Anno 1254. Henricus Rex Angliæ cum regina Alienora trāsfretans in Wascōniam, Edwardum filium suum primogenitum cum iam esset annorum quindécim, transmisit ad Aldefonsum regem Castellæ, vt cum nobili puella Alienora eiusdem regis sorore iniret connubium. Quem Aldefonsus rex (ad ciuitatē Hispaniæ, quæ vulgo Bures dicitur) venientē, cum gaudio & honore suscipiēs militaribus armis cinxit. Et nuptiarum celebratis solemnij, valdè honoratum cum vxore ad patrem remisit.

Edwardus Alienoram ducit.

Anno 1255. Comites & Barones Angliæ, assentientibus prælatis, denuntiari fecerūt per singulos comitatus, vt chartæ de libertatibus & de foresta inuolabiliter obseruentur. Ad quorum instantiam Archiepiscopus Bonifacius de Sabaudia reginæ Angliæ consanguineus, sententiam excommunicationis tulit in omnes earum spontaneos transgressores.

*Charta Henrici
executio.*

Lewlinus princeps Walliæ cum manu valida intrauit comitatū Cestriæ, quæ rex nuper Edwardo filio contulerat, & omnia cæde atq; incendio vsq; ad portas vrbis Cestriæ deuastauit, & fecit hominum magnā stragem. Hoc anno puer quidā christianus nomine Hugo a Iudæis Lincolnæ captus est, & in opprobriū Christi nominis crudeliter est crucifixus.

Lewlinus Cestriam vastat.

Iudaorū scelus.

Anno 1256. Alexander Papa magistrum Gulielmum de sancto Amore canonicum Beluacensem suumq; capellanum propter persecutionem iniuste commotā contra religiosos mendicantes, & præcipue prædicatores, Anagninē cōdemnauit, priuans eū capellanatu suo, & omni beneficio ecclesiastico habito & habendo. Libellum etiam de mundi periculis intitulauit, in quo contra ordines pauperum multipliciter inuehit reprobandis, in Ecclesia Cathedrali comburi fecit, excommunicans omnes qui retinent librum illum. Cæteros etiā magistros per dictum Gulielmum concitatos coegit fratres ad pacem recipere, & secundum legem charitatis tractare.

*Papa seueritas
in Capellanum
suum.*

Anno 1257. Richardus frater regis Angliæ Comes Cornubiæ in Alemanniā transiens, Aquisgrani in regem Romanorum solemniter est coronatus.

*Richardus rex
Romanorum
coronatur.*

Rex Angliæ filio suo Edwardo, Wascōniam, Hyberniam, villamquæ Bristolli dedit.

Anno 1258. Rex Angliæ parliamentum Oxoniam conuocat, ad quod conueniētibus Prælatis, comitibus & Baronibus, facta sunt statuta, quæ vsq; in præsens prouisiones Oxoniæ appellantur. Ad quas inuolabiliter obseruandas rex coactus est corporale præstare sacramentum, cum omnibus ferè post iurantibus illud idem. Aymerus autem Wintoniēſis electus, Gulielmus de Valencijs,

*Prouisiones
Oxonie.*

Guido & Galfridus de Lizenim fratres regis vterini nolentes intrare cum alijs discedunt, insequentibus eos aliquibus Baronibus, sed illi cum equis & armis mare versus Gallias transeunt indilatè.

*Rex Norman-
niam resignat.*

Anno 1259. Rex Anglorum transfretans in Gallias, a rege Francorum petijt restitutionem terrarum sibi ac patri suo iniuste ablatarum per auum eius Philippum, & patrem Lodovicum, & ab ipso iniuriose hæcenus detentarum. Sed Gallicis multa contra regem Anglorum allegantibus, & specialiter donationem Normanniæ antiquam nõ fuisse spontaneã: sed per primum ducem Rolonem a rege Francorum vi extortam, nec regi Anglorum tutum videbatur iam prælio decertare, cum sui in procinctu essent insurgendi contra eum, pacem subscriptam quodammodo compulsus admisit. Solutis namq; sibi a rege Francorum 300. millibus librarum paruorum Turonensium, promissaq; restitutione terrarum ad valorem 20. millium librarum annui census, omnibus terris in manu regis Francorum existentibus resignauit plenè & purè. Exinde verò literarum suarum abbreviauit titulum, vt nec ducem Normanniæ, nec Comitem Andegauiz deinceps se vocaret.

*Iusticiarij An-
glia repulsi.*

Anno 1260. Iusticiarij regis Angliæ qui dicuntur itineris, missi Herefordiã pro suo exequendo officio repelluntur, allegantibus hijs qui regi aduersabantur, ipsos contra formam promissionum nuper Oxoniæ factarum venisse.

*Oxonij promissio-
nes reuocata.*

Anno 1261. Alexandro Papæ succedit Urbanus natione Gallicus de ciuitate Trecensi.

Rex Angliæ impetrata a domino Papa absolutione iuramenti, quod pro obseruandis promissionibus Oxoniæ inuitus præstiterat, multos earum articulos publicè reuocauit.

Anno 1262. Princeps Walliæ regis Angliæ aduersarius, cepit in terris Edwardi filij regis cades & incendia exercere.

Anno 1263. Edwardus filius regis Angliæ, cum collegisset exercitum copiosum contra principem Walliæ, & ille ad nemorosa & palustria fugiens copiã pugnae non faceret, a patre suo in Angliam reuocatur.

*Simonis prada-
tio cum Baro-
nibus.*

Simon Leicestriæ Comes capitaneus Baronum contra regem insurgentium factus, prædari cepit bona regi adhaerentium, & præcipue eorum qui reginæ attinentes, per eam introducti fuerant in Angliam, quos alienigenas appellabant.

*Glouernia cap-
ta.*

Quidam Baronu' de parte Herefordensem episcopu Petru natione Burgundum in ecclesia sua cathedrali captum duxerunt ad castrum de Erdesleya, Thefaurum suum inter se pariliter diuidentes. Deinde duce Simone comite, progreditur exercitus Glouerniam, cuius castri custodia, fidelissimo Militi Mathiæ de Bessilles fuerat per regem commissa. Occupata villa, cum castro dantes insultum Barones portam primam versus urbem confregissent, Mathias vt sibi essent auxilio, incarcerationis dissoluit. Quorum proditione cum ex altera parte castri ingressus esset patefactus, Mathias in turrin cõfugit, vbi & captus est, & abductus quo volebant.

*Regina malè
tractatur a
plebe.*

Exinde comes Wigorniam accedens illam cepit, inde Brugiam obsedit & cepit, deinde proficiscitur comes ad partes regni australes.

Rex interim & regina Londonijs morabantur, quæ cum se transferre volens ad Castrum de Windeleshores per flumen Thamisis in Scapham ascenderet, multitudo ciuitatis plebeia, ad pontem sub quo transitura erat congregata, conuitia & maledicta confuso clamore congessit, & iactu luti & lapidum ad turrin reuerti coegit.

*Pax inter regē
& comitem.*

Igitur sub istis conditionibus inter regem & comitem pax formatur. Vt in primis Henricus regis Alemaniæ filius, qui tunc parti comitis contra regem adhaerens captus fuerat & in custodia detentus, liberetur. Deinde vt Castra regis omnia per totam Angliam Baronum custodiæ traderentur. Item vt promissiones Oxoniæ inuiolabiliter obseruentur. Item quod omnes alienigenæ, infra certum tempus regnum euacuarent, exceptis hijs, quorum moram fideles de regno vnanimi assensu acceptarent. Postremò vt indignæ regno fideles, & viles

vtiles negotijs regni: de cætero sub rege disponent. Sed hijs non obstantibus: milites quidam de parte regis castrum de Windeleshore victualibus & armis munierunt.

Edwardus filius regis ad Castrum Bristolli venit: vbi inter milites suos & villanos suborta discordia, auertitur ab eo villa, iam parans obsidionem ponere circa castrum. Quod aduertens Edwardus, Walterum Wigorniensem Episcopum qui partem baronum fouit, accersiri fecit, vt in eius cōductu, patris adiret curiam, spondens se patri & eius consilio ea quæ pacis erant efficaciter suadere. Profectus igitur cum Episcopo, cum appropinquaret Castro de Windeleshores, ingressus est illud. Quod suspectū habens Episcopus male tulit. Comiti autem Simoni cum sibi adherentibus volenti Castrum obsidere, Edwardus accurrit quasi media via citra villam de Kyngestone, pacis offerens tractatum eidem. Sed Comes fretus consilio præfati episcopi Walteri, Edwardum proposito frustratum redire volentem detinuit. Redditumq; est Castrū de Windeleshores Comiti, concessa custodibus eius ad recedendum cum suis omnibus, quò volebant libera potestate. Alienigenis etiam volentibus transito mare redire ad propria, saluus datur conductus.

Leolinus Princeps Walliæ Comiti Simoni confederatus, Comitatu Cestriæ & Marchiam eius interim deuastauit, & duo castra Edwardi, Dissard & Gannok solo tenus complanauit.

*Leolinus Gassat
Cestriam.*

Post hoc Parliamentū Londini conuocatur, in quo multi qui hætenus Comiti adhererant ad partem regis se transferunt. Inter quos præcipuus erat, Henricus de Almannia, Richardi regis Romanorum de prima vxore filius. Et tunc potestas regia capit aliquantulum respirare.

Anno 1264. S. Lodowicus Francorū rex Anglicani regni desolationi cōpatiens procurante Archiep. Bonifacio, qui regis Angliæ & Comitis Leicestriæ processus & gesta declarauit coram rege & omni populo, in concordatorem amicabilem pacisq; arbitrum se venire promisit. Sed comes Leicestriæ se subtrahens, pacis negotiū conquassauit. Ex tunc ergo capit Rogerus de mortuo mari, in rebus bellicis miles expertus comitis Leicestriæ dominica depredari. Contra quem comes adiuncto sibi principe Walliæ progressus, castrū de Radnor obsedit & cepit.

*Leicestria comes
oblatus
pacem respuit.*

Edw. filius regis Angliæ de Parisijs regressus, quò transfretauerat ad parendū arbitrationi regis Fraciæ si comes adfuisset, castra comitis Herefordiæ, Hay & Hütendone cepit. Castrū verò Breconie sibi redditū, Rogero de mortuo mari custodiendū tradidit cū territorio adiacēte, multaq; mala facta sūt vtrubiq;.

Henr. rex de Fraciā redijt, & personaliter adiuit Oxoniā, orationis gratia ad S. Fredeswidā. Armatus nepe fide recta, nō veritus est supersticiosā opinionem illorū qui putant illicitū regibus villā intrare, vltionē in eos virgine exercente. Ad quē cum venisset Edwardus filius eius, coadunato exercitu, disposuit hostes in manu valida propulsare. Interim Londontenses Iusticiarios regis ac Barones de Scaccario capientes, carceri manciparunt.

Henrici deuotio

Rex verò habens secum illustres principes Rich. germanū suum regem Almanniæ & filiū suum Edw. Gulielmūq; de Valentijis fratrem yterinum, clarissimōq; milites Ioh. Comyn de Scotia cum multitudine Scotorū, Ioh. de Baliolo dominum Galwide, Rob. de Brus dominū de valle Anandiæ, Rog. de Clifford, Phil. Marmiomy, Ioh. de vallibus, Rog. de Leiborne, Henr. Percey, Phil. Basset, Rog. de mortuo mari, cum exercitu progrediens, villā Northamptoniæ obsedit & cepit, & in illa milites vexilliferos 15. f. Simonem minorē, Gul. de Ferrarijs, Petr. de Monte forti, Baldewinū Wake, Adam de nouo Mercato, Rog. Bertrandi, Simonē filium Simonis qui primò vexillū contra regē erexerat, Beringariū de Wateruile, Hugonē Gubins, Tho. Māsell, Rog. Butenileyus. Nich. Wake, Rob. Newinton, Phil. de Dryby, Grimbaldū Panosfont. De quibus Simonē minorem ad castrū de Windeleshores, reliquos ad alia castra transmisit captiuos. Capti sunt & milites minoris gradus circiter 40. scutiferiq; pauci. Perrexit inde rex versus Nottinghā, Maneris Baronū cæde vastans & incēdijs.

*Northampton
capitur.*

H.j.

Vbi

Vbi auctus est suus numerus vehemēter. Tandē illatis hinc inde multis malis, peruenit ad Lewys vbi rex ipse receptus est in Prioratu, & filius eius in castro.

Bellum civile.

Appropinquantēs comites & Barones ad villam de Lewys in manu armata regios satellites, qui pro quæritando equorum pabulo egressi fuerant inuadētes plurimos peremerunt. Præmonitus ergo rex de aduentu repentino comitum & Baronum, obuiam pergit cum exercitu in 3. partes diuiso. Quarū primę præerat Edwardus regis primogenitus, cum Gulielmo de Valencijs Penbrochia, & Iohanne de Warennā, Surrey & Southsex. comitibus. Secundę, rex Alemanniæ cum filio suo Henrico. Tertię vero, rex ipse Henricus, Baronū verò acies in 4. diuisa erat acies. Quarum primæ Henricus de monte forti, cum comite Herefordiæ, Secundæ Gilbertus de Clare, cum Iohanne filio Iohannis, & Gul. de monte Camisij. Tertię in qua erant Londinenses Rich. de Segraue. Quartæ ipse comes Simon cum Tho. de Pelueston præfuerūt, Edwardus igitur & acies sua cum tāto impetu in hostes irruit, vt eos retrocedere cogeret. Quorū multi submersi sunt, vsq; ad numerū 60. militum vt quidam dicunt. Londonienses etiam in fugā versi sunt. Quos dum Edw. insequitur ad spatiū 4. milliariū grauissimā cædem inferendo, a reliquo exercitu separatus, diminuit robur eius. Interim de acie regis occisi sunt plurimi. Capti q; rex Alemannię, Robert. de Brus, & Ioh. Comyn qui Scotos adduxerant. Rex etiam Henr. dextrario eius occiso captus, & in Prioratu adhibita custodia est reclusus. Reuersus Edw. graui prælio excipitur, fugeruntq; comes de Warennā, Gul. de Valencijs, Guido de Lizmiaco fratres regis vterini, Hugo Bigod cum militia quæ ad 40. loricos ascendit, omnes ad castrū de Peuenesey tendentes. Cum autem inisset in castro, prioratum ingressus peruenit ad eum. Interim dato insultu ad castrum, cum inclusi viriliter se defenderent, subtrahunt se Barones, Edwardus audacia Castrensiū animatus, recollectis suis voluit iterum præliari. Quo cognito miserunt Barones mediatores pacis, promittentes se in crastino velle de pace tractare cum effectu. In crastino discurrentibus inter partes fratribus prædicatoribus & minoribus, sic actum est, vt feria sexta sequente Edw. & Henricus pro patribus suis regis Angliæ & Alemanniæ se comiti Simoni traderēt, sub spe pacis & quietis. Ita vt cum deliberatione tractaretur, quæ prouissio- num & statutorum essent, pro vtilitate regni tenenda, & quæ delenda, Et quod interim hinc inde captiui absq; vllō pretio redderentur. Sequenti Sabbato rex omnes qui sibi adhæserant, licentiauit ad propria. Scripsitq; de voluntate comitis Simonis hijs qui erant de munitione de Tunbrigge, quod redeuntēs ad sua Barones nullatenus molestant. Sed illi hoc non obstante, armati procedentes, Londonienses qui de bello fugerūt, receptos apud Croydon, illuc properantes, multis peremptis, eorum spolia abstulerunt. Exinde tendebant vsq; Bristollum, vbi ad liberationem Edwardi in præsidio remanserunt.

*Castellum Dou-
neria redditum*

Anno 1266. castrū Douerię redditū est Edw. in quod Guidonem de monte forti transtulit, sub custodia detinendū. Cuius custos corruptus ipsū post Pascha liberū dimisit mare transiens cū eodem. Guido verò partes Tuscię adiens, adhæsit Rufo comiti. Cuius fauorē propter militiæ probitatē in tantū adeptus est, vt filiā suā & hæredem sibi daret in coniugē. Simon verò frater eius senior, paulò antè tempore quadragesimali euadens e carcere, transfugit in Gallias.

Rex in singulis ciuitatibus capitaneum vnum constituit, qui vnā cum vice- comite, prædonum (qui plurimū abundabant) violentias coerceret.

In vigilia Pentecostes Rob. de Ferrarijs comes de Derby, captus est per milites regios, socijs quos ad prædandum acciuerat per fugam dispersis.

Exhæredatorum quidam, insulam de Axiholm occupantes per dominū Edmundum fratrem regis ad deditionem coguntur.

Miles quidā in partibus Winton. Adā dictus cognomēto Gurdoun exhæredatus cū ceteris qui Simoni comiti adhæserāt, ad pacē regis venire renuēs, iuxta viā inter villā de Aulton, & castrū de Farnhā, locū s. prædonibus opportunū cū suis resedit patriā rapinis infestās, & terras illorū qui parti regiē adhibebāt.

Cuius

Cuius vires & probitatē ex fama cognitas Edwardus regis filius experiri cupiens, cum manu forti superuenisset eidem se ad pugnam præparanti, præcepit Edwardus, ne quis inter eos impediret singulare certamen. Congressu itaq; mutuos ictus ingeminant, pariq; sorte neutro cedente alteri, diutius dimicāt. Delectatus tandem Edwardus virtute militis, inter pugnandū consuluit vt se redderet, vitam pollicens & fortunam. Cui miles adquiescens, abiectis armis se illico reddidit, quem eadem nocte Guildfordiam Edwardus transmisit regis Miestati cum reco nmendatione supplici præsentandum. Quem ex post hæreditati restitutum, Edwardus semper charum habuit atq; fidum.

- 10 Eodem anno multi de exhereditatis castrum de Kenelworth ingressi victualibus munierunt & armis, disponētes defendere illud contra regem. Rex illuc properans in crastino S. Iohannis Baptiste obsidionem posuit circa castrum. Qui durante rex duodecim personas fecit eligi, quibus commisit vt providēdo paci regis & regni, in exhereditatos sententiam moderarent, iureiurando spondens, se eorum ordinationem per omnia seruaturum. Conuenientes igitur persone electæ apud Couentreiam, vnanimi decreuerunt assensu, vt exhereditati pœna pecuniaria suas hæreditates redimerēt, ab hijs qui eas occupaue-
rant dono regis. Ita tamen quod hæc redemptio, prouentus hæreditatum in septennium non excederent, nec vnus anni prouentibus minor esset. Sed inter hos taxaretur terminos, secundum quantitatem delicti. Ab hac tamen redemptione filij Simonis comitis, & Robertus comes Derby, quorum exheredationem censuerant fore perpetuam, excluduntur. Qui autē modo prætaxato multæ idi, pecuniam sic taxatam, id est, redemptionem soluere nequirēt, terras suas in manu possessorum relinquerēt, quousq; de earum fructibus redemptio leuaretur.

Exhereditatorū redemptio.

Castrum de Kenelworth ante natale regi Angliæ redditum est, penuria victualium cōpellente, vita & membris & suppellectili necessaria hijs qui tenebant illud saluis.

Kenelworth eadē die redditum.

- Anno 1267. quidam exheredatorum in Anglia, non ferentes ordinationem de redemptione hæreditatum apud Kenelworth factam, quorum princeps & captaneus erat Ioh. de Ciuile, cum cepissent ciuitatem Lincoln. & spoliassent Iudaismū, Mediampnem insulam Eliensem occupant contra regem. Quorū egressum & inipetū cum rex plurimū impendisset, Edwardus filius regis factis ex cratibus, & tabulis pontibus in locis opportunis, prout eū incolæ regionis illius instruxerant, insulam cum suis militibus est ingressus. Cui quidam se dederunt, alijs fugiendo dispersis.

Rebellis exheredatorum.

- Dum hæc aguntur comes Glouerniæ infidus regi, collecto exercitu in Wallia in fauorem exheredatorū Londonias adiit, & occurrente sibi Ioh. de Ciuile cum magna manu complicū suorum, ciuitatem fauētibus ciuibus occupauit. Moxq; legato qui turrim pro hospitio habuit, mandauit comes per nuncios, vt eam sibi redderet indilatē. Et vt hoc maturaret facere, interdixit ne quis ei victualia videret quouis modo. Legatus dissimulato negotio a turri discedēs, prædicaturus crucem procedit ad ecclesiam S. Pauli.

Glouernia comes turrim occupat.

- Post paucos dies comes regi recōciliatur, per mediationem Rich. regis Romanorū, ac illustris militis Philippi Basset, posita pœna 10. milliū marcarū si comes in posterum aliquem tumultum commoueret.

- Circa festum S. Michaelis Rex cum magno exercitu venit Salopiam contra principem Lewlinum, qui partem comitis fouerat contra regem. At ille missa legatione rogauit ea quæ pacis sunt, concedens regi 32. millia librarū sterlingorum pro pace habenda. Sicq; interueniente legato Octobono, restituta est principi terra 4. Cantredorū, quam rex ei abstulerat iure belli.

Pax inter Lewlinū & regem.

- Anno 1268. Octobonus Legatus London conuocans consiliū, multa statuit ad reformationem ecclesiæ Anglicanæ. Non multo post cruce signatis apud Northampton filijs regis, Edwardo, & Edmundo, ac comite Glouerniæ, cū multis nobilibus ad curiam est reuersus.

Edwardus S. Lodowico Francorū regi impignorat Wasconiam, accipiens

*Translatio cor-
poris Edwardi.
Iusticiarius in
Aula Westm.
caesus.*

Parliant.

*Lodowici expe-
ditio ad terram
sanctam.*

*Lodowicus mo-
ritur in terra
sanctam.*

*Edwardus na-
uigat Acon.*

*Mercatorum
Veneti executio.*

Henr. occiditur.

*Edwardus clam
caesus.*

*Norwicenses
foelus puniunt.*

ab eo pecuniam necessariam pro itinere terræ sanctæ.

Corpus beati Edwardi regis & confessoris instante rege Angliæ in feretrum aureum quod ei parauerat est translatum.

Iohannes de Warennæ comes Surrey, Alanum la Souche regis Iusticiarium in Aula Westmon. subortis inter eos verbis manu propria interfecit.

Hoc anno rex Angliæ in Octauis Sancti Martini Parliamentum tenuit apud Marleberge, in quo de assensu comitum & Baronum, ædita sunt statuta, quæ de Marleberge vocantur.

Anno 1269. Si Lodowicus rex Francorum, non territus præteritis laboribus & expensis, quas fecerat ultra mare magnum, iterato cum filiis duobus, adiuncto sibi rege Nauarriæ & quamplurimis ecclesiarum prælatis & Baronibus, pro recuperatione terræ sanctæ iter Ierosolimitanum capere maturauit. Verum ad hoc ut terra sancta facilius recuperaretur, incidit illis consilium, ut Tunicium regnum, quod in medio consistens, non paruum dabat transfretatibus impedimentum, primitus Christianorum subijcerent potestati. Applicantes igitur in regno Tunicij portum, & Charthaginæ ad paruum redactam oppidum iuxta Tunicium de facili occuparunt.

Hoc anno 6. Idus Aprilis Edmundus filius regis duxit uxorem filiam Gulielmi de alba Marla, comitis de Holderness nomine Auelinam, quæ hæres erat hæreditatis, & etiam materna ratione comitatum Deuoniz & vectæ insule dominium fuerat habiturus. Sed cum tota prole mortem parentum præuenit.

Anno 1270. Edwardus filius regis Angliæ cum Edmundo Germano suo, alijsq; nobilibus pluribus, iter peregrinationis in terram sanctam attripuit, mense Maio.

Mense vero Augusto inualecente peste in exercitu Christiano, multi mortis debitum persoluerunt. Inter quos beatus Lodowicus Francorum rex christianissimus in crastino S. Bartholomæi Apostoli, de regno temporali transiit ad æternum.

Edwardus filius regis Angliæ cum sua comitiua saluus peruenit Tunicium, ubi licenciato consanguineo suo Henrico de Almannia volente redire in Angliam, vela sua direxit in Acon, illucq; post quindenam Paschæ deuenit. Quo nisi aduenisset, infra 4. diem ab aduentu suo, fuisset ut dicebatur, vrbs reddita Saracenis.

Quidam mercatores Veneti apud Edwardum accusati, quod Saracenis arma & victualia detulissent, cõperta veritate secundum sua merita puniuntur. Soldanus vero Babiloniæ qui ciuitatem Acon caperat oppugnare, cum exercitu reuertitur ad propria, spe fraudatus.

Henricus filius regis Romanorum transiens per Tusciam, cum apud Viterbium missarum solemnij interesset in ecclesia S. Laurëtij, a Guidone de monte forti occiditur.

Richardus Rex Romanorum frater regis Anglorum 5. nonas Aprilis apud castrum de Berkhamsted viam vniuersæ carnis ingressus est. Cuius cor in ecclesia fratrum Minorum Oxoniæ, corpus verò in ecclesia monachorum Cisterciensium de Hayles quam ipse construxit, impensis proprijs sepelitur.

Anno 1271. Edwardo filio regis in Acon commorante, Lassatinus quidam qui sæpius ad eum nuncius admirallij Ioppensis venire consueuerat, fingens se velle ei secreta quædam referre, omnibus a camera exclusis, ipsum ad fenestram quandam appodiantem, eximproviso cultello occidit. In extractione verò cultelli violenta semetipsum in manu vulnerat & in fronte. Vulnera verò eius grassante veneno, multis varijs adhibitis remedijs vix curantur.

Anno 1272. Mense Augusti, ciues Norwicenses Prioratum monachorū inuadentes, combusserunt ecclesiam cathedralem. Super qua re indignatus admodum rex Henricus, ad vindictā malefactorum misit illuc Iusticiarium militem quendam dictum Thomā Triuet, qui & Iusticiarius itineris fuit de corona. Vnde factū est ut urgente mandato regio & horrore facinoris, magna multitudo conuicta de scelere tanto, ad caudas equorū tracta suspēdio iudicatur.

Henri-

Henricus Anglorum rex mense Nouembri infirmitate correptus, in die S. Edmundi cōfessoris obdormiuit in domino, & apud Westmon. honorificè tumulatus est. Iste rex quantum in actibus sæculi videbatur minus prudens, tãtò apud dominum maiori deuotione pollebat. Singulis namq; diebus 3. missas cum nota solebat audire, & priuatim plures audire cupiens, assiduè assiste-
bat celebrantibus. Contigit autem aliquando S. Lodowicum Francorum re-
gem, cum eo super hoc conferente dicere, quòd non semper missis, sed fræ-
quentius sermonibus audiendis esset vacandum. Qui faceta vrbanitate respõ-
dens, ait se malle amicum suum sæpius videre, quàm de eo loquẽtem licet ho-
na dicentem audire. Erat autem staturæ mediocris, compacti corporis, alteri-
us oculi palpebra dimissiore, ita vt partem nigredinis pupilli cælaret, robu-
stus viribus, sed præceps in factis, in quibus tamen quia fortunatos & fœlices
exitus habuit, putant eum multi apud Merlinum fatidicum per lincem desig-
natum omnia penetrantem.

*Henrici mors.**Henrici deuotio**Henrici statura*

Edwardus Regis Anglorum Henrici 3. ex Alienora filia comitis prouinciæ primogenitus, ætatis suæ 33. annos & 5. menses impleuerat die, quo patri suo defuncto, an. dom. 1272. in regno fuerat successurus. Qui tempore quo pater defunctus est in terra sancta commorans, obsequio crucis insiltebat. Propter quod, die proximo post patris sepulturam, frater Rober. de Kilwardby, Can-
tuar. Archiepiscopus, & Gilbertus Glouerniensis comes cum alijs prælatis ac
regni proceribus, Londini apud nouum templum conuenientes, Edwardum
absentem dominum suum lîgeum recognouerunt, paterniq; successorem ho-
noris ordinauerunt, atq; de assensu reginæ matris custodes regni, ministrosq;
fideles, qui regio fisco præsent, & prouentus regni ad opus regis noui ex in-
tegro reseruarent, cuius pacem facerent per Angliam vbique proclamari. Eo-
dem anno Edmundus frater regis, Comes Lancastriæ, de terra sancta venit in
Angliam.

*Edwardus ab-
sent, a suis pro-
ceribus ordina-
tur rex.**Custodes regni
rege absente.
Comes Lanca-
striæ redijt in
Angliam.*

Anno 1273. Edwardus in Acon, Christianorum & tartarorum auxilio diu-
tius frustra expectato, relicto ad terræ defensionem stipendiarijs nõnullis, na-
ues repatriaturus ingrediens, cursu veliuolo Siciliam vsque peruenit, vbi a re-
ge Carolo susceptus honorificè, primò rumores audiuit de morte filij sui Hẽ-
rici, ac postmodum de morte patris sui. Qui dum mortem patris anxius quã
filij sui plangeret, a rege Carolo vice consolatoris assistẽte: plurimumq; mirã-
te, super hoc requisitus, dicitur respondisse. Iacturam filiorum facilem, cum
quotidie multiplicentur: parentum verò mortem fore irremediabilem, quia
nequeunt restaurari. Deniq; Carolus discedentem Edwardum conduci fecit
per Carolum filiũ suum vsque ad vltimos terminos regni sui. Cum autem ad
veterem urbem, vbi papa cum suâ curia residebat, aduenisset, occurrentibus
ei cardinalibus omnibus cum hõnore maximo ad domini Papæ præsentiam
est deductus. Hic primò dictus Theobaldus Placentius Leodiensis Archidiao-
nus, deuotionis causa transierat cum domino Edwardo in Acon, absensq; e-
lectus est in papam, & Gregorius 10. appellatus. Huic super morte conlan-
guinei sui Henrici de Alemannia anxiam deposuit querimoniam, quem non
modò in offensam iuris humani constabat interfectum a Guidone de monte
forti, dum missarum solemnij assisteret, sed in contemptum ecclesiæ, & scan-
dalum nominis christiani. Papa igitur his cõmotus, Guidonem excommuni-
cavit, omnesq; eum receptantes, & quousque ecclesiæ satisfieret terras eorum
supposuit interdicto.

*Edwardus rex
Siciliam venit.**Responsio regis
ad Carolum, de
morte patris
sui, & filij.**Gregorius 10.
electus.**Guido excom-
municatus.**Rex venit Sa-
baudiam.**Torneamentum**Rex Angliæ fa-
cit homagium
regi Francia.
Gasco de Rier-
na rebellis.*

Ingressuro Sabaudia occurrerunt ei prælati & procures Anglicani, quæ per-
trāsita, ad ludum militarem qui vulgo torneamentum dicitur per Kabilonẽ-
sem comitem inuitatur. In quo cum suis se gessit tam strenuè vt comitem su-
pradictum dedere se sibi cogeret. Deinde venit Edwardus in Franciam, & a
Philippo Francorum rege susceptus magnificè, homagium fecit ei pro terris
suis quas de eo tenebat, sub conditione restitutionis terrarum patri suo in
venditione Normanniæ promissarum. Post hæc in Wasconiam proficiscitur ad
compescendum nouos motus quorundam, quos Gasco de Bierna concitauit.

rat ad rebellionem. Cuius terras Edwardus cum exercitu potenter ingressus, ipsum in fugam coegit, & quodam forti castro receptum obsedit.

Mors regis Na-
nari.

Anno 1274. Henricus Nauarorum Rex moritur, cuius vxor regina, postea nupsit Edmundo germano regis Angliæ, qui de ea tres procreauit filios, Primogenitum Thomam comitem Lancastriæ. Secundum Henricum de Lancastria Dominum Monumutæ. Tertium Iohannem, qui cum sorore in Gallijs morabatur.

Rex obsedit
Gasconem.

Gasco de Bierna a rege Anglorum obsessus, cum omnis iam via euadendi sibi precluderetur, & attenderet rem esse in foribus, vt ad deditionem cogeretur, super negotio quod inter regem Edwardum & ipsum vertebatur, ap-
10
pellationem interponit ad Curiam regis Francorū. Cui deferens rex Edwardus nolens regem Francorum, quem nuper dominum suum pro terris suis in Francia recognouerat, contra se partem facere, dissidentibus multis de suis, obsidionem amoueri iussit, ministris suis committens, vt in curia regis Francorum causam prosequerentur contra Gasconem. In qua tandem iniuriarū rebellionis conuictus per regem Francorū regis Angliæ adducitur voluntati.

Appellatio Gas-
conis ad regem
Francia.

Gasco rebellio-
nis conuictus.

Edwardus rex postquam obsidionem dimiserat, ordinatis pro articulo temporis rebus Wasconiarum in Angliam properauit, vbi a clero & populo cum gaudio receptus est & maximo cum honore.

Rex venit in
Angliam.

Coronatio regis
Edwardi 3.

Dominica infra octauas assumptionis virginis gloriosæ in ecclesia Westmonasteriensi, vnā cum Alienora consorte sua a fratre Roberto Cantuariensi Archiepiscopo inungitur in regem & solemniter coronatur. In crastino coronationis suæ recepto a rege Scotorū Alexandro homagio, ipsum dimisit ad propria plurimum honoratum.
20

Homagium re-
gis Scotia.

Gasco, condona-
tur de Vita, &
carceri manci-
patur.

Anno 1275. Gasco de Bierna in Angliam veniens cum resti circa collum, ad regis præsentiam est deductus, quem ad suam Rex misericordiam recipiens, morte condonata in castro Wintoniæ per annos aliquot custodiæ mancipauit. Qui tandem per regis gratiam liber dimissus ad propria, regi Angliæ semper in posterum gratus extitit & fidelis.

Rex petit ho-
magium a prin-
cipe Wallia.

Rex principem Walliæ, qui coronationi suæ licet inuitatus noluit interesse, vocari fecit pro homagio sibi debito faciendo. Qui fingens se non ausum Angliam intrare, quibusdam maioribus sibi insidiantibus pro securitate sua, filium regis, & Gilbertum Glouerniæ comitem Robertumq; Burnell regis Cancellarium obsides postulauit. Quod rex indignè ferens dissimulato negotio Londonias accessit parlamentumq; tenuit, vbi contra priuam mortuam statuta ædixit, quæ vocantur statuta Westmonasterij prima.
30

Statuta de mor-
tua manu.

Princeps Wal-
lia negat homa-
gium.

Post parlamentum Rex vt principi Walliæ liberior ad se pateret accessus, Cestriam vsque progreditur, quæ in confinio Walliæ sita est. Mittitq; nuncios qui ab eo homagium exigant iterato. Quo mandatis regis parere detrectante, rex exercitum conuocat disponens principem expugnare.

Quinta decima
pars bonorum
regis.

Hoc anno populus soluit regi quintam decimanam partem bonorum quæ patri suo dicebatur concessa.
40

Comitissa Ley-
cestria mittit
filiam ad prin-
cipem Wallia.

Anno 1276. comitissa Leicestriæ quæ marito occiso cum suis in Galliam fugerat, & in domo sororū de ordine prædicatorum apud Mountargys a sorore viri sui fundata morabatur, filiam suam transmisit in Walliam principi, sicut patre puellæ viuente sub certis pactis conuentum fuerat maritandam. Duce vero itineris ac procuratorem negotij Aymericū filium suum germanū puellæ constituit, assignata eisde comitiua honesta. Qui suspectum habentes iter per Angliam, a littore gallico nauigantes ad insulas Siluias, quæ terminos Cornubiæ & vicino respiciunt, deuehūtur, vbi a quatuor nauibus Bristolliensibus ex insperato superuenientibus comprehensi ad regis præsentiam deducuntur. Qui retenta puella honorificè in comitiua reginæ, Aymericum fratrem suū sub custodia libera detinuit, sed secura.

Filia comitissa
capitur.

Rex Angliæ de Cestria in Walliam progrediens cepit castrum quod dicitur Rodolanum, misitq; in Walliam occidentalem militem nobilem Paganum de de Amirijs qui cuncta eade incendioq; vastauit.
50

Anno 1277. Wallenses occidentales ad pacem regis Angliæ venientes Paganos militiæ regis in partibus illis capitaneo castrum de Stredewy cum adiacenti patria reddiderunt. Princeps etiam Walliæ videns se regi Angliæ non posse resistere pacem petijt, & obtinuit sub hac forma. Videlicet quod omnes captiui quos hæcenus ratione regis Angliæ detinuit vinculis sine calumnia liberarentur. Item pro pace benevolentia regis habenda daret 50000. librarum sterlingorum, quorum tamen solutio in voluntate & gratia regis foret. Itē quod terra quatuor Cantredorū sine omni cōtradictione regi Angliæ & suis heredibus cum omnibus terris conquisitis per regem hominesq; regios, excepta insula Angleseia in perpetuū remaneret. Insula enim Angleseia concessa est principi, ita quod solueret pro ea singulis annis regi mille marcas, & pro ingressu quinque millia marcarum daret. Et si princeps sine herede de corpore suo moreretur, insula illa in regis Angliæ possessionem rediret. Item quod princeps veniret in natali domini in Angliam ad regem pro homagio faciendo. Itē quod omnia homagia Walliæ remanerent regi præterquam quinque baronum qui in confinio snowdoniæ morabantur, se enim principem conuenienter vocare non posset, nisi sub se aliquos barones haberet. Item quod nomen principis tantum haberet ad vitam suam, & post mortem eius quinque prædictorum baronum homagia regi Angliæ fierent, & suis hæredibus in æternum. Pro assecuratione isto ruin, tradidit princeps decem obsides de melioribus Walliæ, & viginti meliores iurabunt, quod quandocumque princeps aliquem prædictorum articulorum infregerit nisi admonitus se correxerit abalienabunt se ab eo, & eidem in omnibus quæ poterint hostes fient. Item præter hæc princeps fratres suos quos læsit placabit: habuit enim tres fratres, quorum Owenum & Rodernum incarcerationat, sed tertius videlicet David fuga lapsus multis annis in Anglia stetit. Cui rex contulit in Wallia castrum de Denby cum terris ad valorem mille librarum annui redditus, insuper & uxorem dedit filiam comitis Derby, quæ nuper alio viro fuerat viduata. Owenus ergo favore regio liberatur a carcere quæ paulò ante fregerat. Rodericus fratrem fugiens in Anglia morabatur. Rex autem in occidentali Wallia apud Lampadernaur ad cohibendum irruptiones Wallenses castrum ædificauit insigne. In subsidium huius werræ concessa est regi a populo vicesima pars bonorum.

Wallenses petunt pacem.
Conditiones pacis.

Subsidium.

Anno 1278. Rex Angliæ filiam comitis Leicestriæ apud insulas Siluias captam, principi Walliæ uxorem dedit, nuptiarum solemnitate impensis proprijs agens, suaq; ac reginæ præsentia illas honorans.

Nuptia principis Walliæ.

Frater Robertus Cant. Archiepisc. ad Cardinalatum assumptus, factus est episcopus Portuensis.

Robertus Cant. factus Cardinalis.

Iudæi pro tonsura monetæ in magna multitudine ubiq; per Angliam suspenduntur.

Rex Parliamentum tenuit Glouerniæ in octauis S. Ioh. Baptiste in quo ædita sunt statuta quæ Glouerniæ appellatur. Rex in Galliam transiens restitutionē aliquarum terrarum obtinuit, non tamē omnes quæ in venditione Normaniæ promissæ fuerant patri suo. Obijt hoc anno regina Castellæ mater reginæ Angliæ ad quā iure hereditario post matris mortē deuolutus est comitatus Pontini.

Parliamentum.

Obitus reginae Castellæ.

Rex Scotorum Alexander antequam rex Angliæ transiret in Gallias, in Angliam veniens regem consuluit de negotijs arduis terræ suæ. Putant eum quidā tunc suum fecisse homagiū, quod alij verius in crastino coronationis regis Angliæ asserunt esse factum. Impetrauit autem a rege literas testificantes auxilium in werra Walliæ præstitum, non nomine seruitij factum esse. Frater Iohan. Peckham fit Archiep. Cantuar. prouisione domini Papæ.

Rex Scotia consuluit regem.

Anno 1279. frater Iohannes Peckham de ordine Offinorum consecratus a domino Papa in Archiepiscopum Cantuariensem venit in Angliam. Moneta Angliæ per tonsuram nimis deteriorata ex mandato regio renouatur. Obolus qui prius formam habebat semicirculi tanquam pars denarii in medio diuisi, fit rotundus iuxta vaticinium Merlini dicentis: findetur forma commercij, dimidium rotundum erit. Illustris miles Rogerus de mortuo mari.

Ioh. Peckham Archiep. Cant.

Renouatio monetae.

Ludus militaris

ri apud Kenelworth ludum militarem quem vocant rotundam tabulam, 100 militum & tot dominarum constituit ad quam pro armorum exercitio de diuersis regnis confluxit militia multa nimis.

Davidis rebellio

Anno 1280. Edwardus rex Angliæ de lapidibus pretiosis Iaspidum quos secum attulerat de partibus gallicanis, patris sui sepulchrum apud Westmonasterium fecit nobiliter honorari.

Davidis rebellio

Anno 1281. Dauid Germanus Lewelini principis Walliæ, immemor beneficiorum regis Angliæ qui eum promouerat, & contra fratrem persequentem protexerat, concitauit penè totam Walliam ad rebellandum contra regem, cepitq; proditiose Rogerū de Clifford militē nobilem & famosū, quē rex fecerat Iusticiariū totius Walliæ in castro suo de Hawardyn, dominica in ramis palmarum, & quosdam milites eius volentes resistere inermes occidit. Exinde reuersus ad fratrem suum principem collecto exercitu, vnā cum eo Rodolanum venit, obsidionemq; posuit circa castrum. Hijs auditis rumoribus rex in manu forti Walliam est ingressus, cuius aduentu cognito princeps Walliæ obsidione soluta, longius se subtraxit. Interim captum est Castrum de Lampadernaur, & alia plura castra in illis partibus per nobiles Wallensium hijs diebus. Eodem tempore procurante fratre Iohanne de Peckham Cantuariensi Archiep. Aymericus de monte forti, quem rex in custodia detinuerat liberatur, sed citò postea defunctus est. Sub eodem tempore Cātuariensis Archiep. profectus in Snowdoniam principem Walliæ & germanū suum satagit ad pacem reducere. Quibus monita sua spernentibus regressus in Angliam, in eos excommunicationis sententiam fulminauit. Hoc anno mense Febuario, apparuerunt octo semicirculi circa solem dorfatim coniuncti.

*Aymericus liberatur e carcere.**Industria regis in ponte faciendo.*

Anno 1282. rex Edwardus cum exercitu valido, de Rodolano per Angleseiam, quam per nautas portuum capi fecerat, versus Snowdoniam progrediens vt viam pararet exercitui, vltra maris brachiū, quod insulam diuidit a continente, iuxta Langoriā cōstituit pontem fieri ex nauibus inuicem colligatis.

Gilbertus Wallenses depradatur.

Eo tēpore Gilbertus comes Glouerniæ magnas prædas Wallensium cum militia sua faciens, iuxta Lantilowhir facta copia aperte pugne cū eisdem duro prælio dimicauit. In quo perēptis multis de parte Wallensium ipsemet comes quinque milites amisit, de quorum numero erat Guliel. de Valentijs iunior consanguineus regis Angliæ. Discedente autem comite Glouerniæ princeps Walliæ intrauit terras de Cardigan & Stredewy, deuastauitq; terras Resi filij Mereduci qui cum rege contra principem tenuit in hoc bello. Progressus deinde versus terram de Buelde se cum paucis ab exercitu reliquo seperauit, cui cū sua militia superuenientes virinobiles Iohānes Giffarde & Edmundus de mortuo mari inopinatē ipsū cum socijs pugna aggrediētes occiderunt. Cuius caput abscisum positum est super turrin Londoniarum hedera coronatum.

*Lewlinus interficitur.**Wallia subacta.*

Hoc anno rex de consilio Baronum intrauit Walliam, vbi amisit per irruptionem Wallensium vexilla 14. Non multò post rex superior effectus, pene totam Walliam subiugauit cum Insula de Angleseia, villas & terras quæ erant in medietate Walliæ suis proceribus distribuit, sed retinuit maritima castra sibi, vnde magna tranquillitas tempore sequenti peruenit. Hijs diebus clerus & populus primò quintam decimā, & postmodum tricesimā bonorum suorum regi Angliæ in subsidium concesserunt.

*Subsidium cleri & populi.**David capitur.*

Anno 1283. Rex Angliæ ponte iam perfecto cum exercitu in Snowdoniam transijt, castra eius omnia cepit & combussit. Comes verò Pembrochiæ Castrum de Bere quod erat quondam Lewlini principis cepit. Et citò post tota Wallia cum omnibus castris suis subacta est regiæ voluntati. Ante festum S. Iohannis Baptistæ Dauid frater principis Walliæ captus est, per exploratores regiones, & Rodolanum adductus, quem rex ad sui cōspectum admittere renuit, licet ipse Dauid hoc instantius flagitasset. Rex igitur transmisit eum Salopiam carceri mancipandum.

Neoti crux.

Eo tempore per quendam secretarium principis allata est regi crux dicta Neoti, magnam de ligno crucis Christi continens porcionem, quæ ideo Neoti

ti dicitur, quod per quendam sacerdotē sic vocatum, antiquitus de terra sancta fuit in Walliam deportata.

Post festum S. Michaelis in Parlamento tento Salopiæ, David quondam frater Lewlini principis Walliæ iudicialiter condemnatus, tractus & suspensus est, visceribusq; combustis, corpus capite truncatum, & in quatuor partes est diuisum, quibus in ciuitatibus Angliæ nobilioribus suspensis, caput Londonijs super palum fixum est ad terrorem consimilium proditorum. Resus autem Vazham Wallensium nobilissimus comiti Herefordiæ se dedit, regi; redditus ad turrim Londonarum missus carceri mācipatur. Abbathia de Abertoun trā-

David condemnatur.

Resus carceri mancipatur.

Cisterciensium Abbathia.

10 slata est per regem ad locum alium, & cōstructum est in eo loco quo Abbathia fuerat castrum valde forte, ad irruptiones Wallensium compescendas. Et rex in comitatu Cestriæ fecit construi aliam Abbathiā Monachorū Cisterciensiu, quam multis ditatam prædijs, vallem regalem voluit appellari.

Hoc anno regi conceditur a populo in subsidium werræ suæ tricesima, & a

Subsidium.

Clero vicesima pars bonorum.

Eo tempore Papa Martinus Guidonem de monte forti a carcere liberans in quo per Gregorium 10. Papam positus fuerat, propter homicidium in Ecclesia commissum in Henricum regis Alemanniæ filium cognatum regis Angliæ, misit in Romaniolam, quam pene totam obtinuit eo anno. Citò post de

Parliamentum.

Edwardus apud Carneruan natus est.

Corona Artburū

30 Anno 1284. Rex de Snowdonia in Walliam occidentalem progrediens intrauit Glamorgantiam, quæ ditioni comitis Glouerniæ subiecta fuit, deinde venit Bristolliam, vbi festum dominicæ natiuitatis tenuit eo anno. Alfonsus filius regis Angliæ moritur apud Kideleshores, & apud Westm. sepelitur.

Alfonsus filius regis moritur.

Anno 1285. tenuit rex parliamentum Londonijs in quo ædita sunt statuta quæ Westmonasterij secunda dicuntur. Et quia prius statuerat ne religiosæ personæ in secularibus possessionibus crescerent, nunc statuit vt prius habita

Parliamentum Londini.

40 An. 1286. Rex Angliæ in Gallias transiens, Ambianis cum honorifica turba peruenit, cui occurrit ibidem honoris gratia rex Francorum, & rex Angliæ fecit homagium regi Franciæ pro terris quas de eo in regno Franciæ tenere debebat Parisius, & interfuit Parlamento quod Rex Francorum tunc tenuit Parisius, in quo multa quæ pro libertate terrarum suarum iniuste oppressarum petiuit & obtinuit, licet ipsa concessio regis Francorum & parium diu in suo robore non maneret. Expectauit autem Parisius rex Edwardus festum Pentecostes, & post festum Wasconiam est profectus.

Rex facit homagium Gallo.

Eo tempore Alienora regina mater regis Angliæ, sprete pompa sæculi, apud Ambresbiriam induit habitum monacharum, dote sua per papam & regem sibi in perpetuum confirmata.

Mater regis monacha facta.

50 Anno 1287. cum die quadam rex & regina conuenissent in vnam Camerā, & super lectum sedendo pariter confabularentur, ictus fulminis per fenestram quæ eis erat a dorso ingressus, & inter eos transiens, ipsis penitus illæsis, duos domicellos qui in eorum stabant præsentia interfecit. Stupefacti ceteri qui affuerunt, ex euidenti quod contigerat perpendebant miraculo, diuini protectionem numinis salutis regis non deesse. Eo anno rex Angliæ profectus est in Arragoniam, vt consanguineum suum Carolum filium Caroli, quondam regis Siciliæ ab Alfonso rege Arragoniæ detentum in carcere liberaret. Alfon-

Duo domicelli fulminis ictu cæsi.

*Morsepiscopi
Hereford.*

sus rex Arragoniæ missis ad Curiam Romanam nuntijs, reconciliari petiuit ecclesiæ de his quæ per patrem suum facta fuerant se excusans. Thomas de Cātilupo quondam episcopus Herefordensis, qui nuper versus Romanam Curiam contra fratrem Iohannem Peckham Cantuar. Archiepiscopum causam ecclesiæ suæ prosecuturus proficiscens obiit, & in Angliam per suos relatus, ac in ecclesia sua traditus fuerat sepulturæ, cæpit multis & inauditis miraculis coruscare.

Refus rebellis.

Anno 1288. Carolus filius regis Caroli quondam Siciliæ, Princeps Achaïæ, procurante rege Angliæ liberatur a carcere. Quo facto rex Angliæ reuertitur in Wasconiam, & apud Blankeford crucis suscepit carecterem. Et mox Iudæos omnes tanquā crucis hostes expulit de Wasconia, & alijs terris suis omnibus quas in regno Franciæ habebat. Interim Refus filius Mereduci Walliam conturbauit, impugnareq; cepit aliqua regis castra, contra quem Edmundus Comes Cornubiæ, cui Rex Angliæ in sua absentia commiserat regni custodiam, magnum ducit exercitum. Et cum quoddam castrum Resi dictum Drusselan oblideret & muros eius suffodi faceret, casu murorum subito vir nobilis de monte Canisij & alij milites plurimi & scutiferi opprimuntur. Tanta fuit hoc anno in Anglia frugum abundantia vt quarterium frumenti alicubi pro viginti, alicubi pro sexdecem, alicubi pro xi. denarijs venderetur.

*Iudæi ab Anglia
expulsi.*

An. 1289. Rex Angliæ reuersus de Wasconia Londonijs solēniter recipitur a clero & omni plebe. Qui Iudæos omnes eodē anno expellens de Anglia, datis expensis in Gallias bona eorum reliqua confiscauit. Eo tempore rex auditis multorum querimonijs, ferē iusticiarios omnes de falsitate deprehensos, a suo officio deposuit, puniens eos iuxta demerita graui multa. Hoc anno tenuit rex Parliamentum Londonijs, in quo ædita sunt statuta quæ dicuntur Westm. tertia, in quo etiam Parlamento pro expulsionē Iudæorum concessa fuit regi a populo quintadecima pars bonorum.

Rex Scotia obiit

Cum rex Scotorum Alexander vxorem suam filiam comitis Flandriæ, quam post Margaretam filiam regis Angliæ duxerat, nocte quadam obscura visitare voluisset, equo cespitante lapsus, & collisus grauiter expirauit. Hic de secunda vxore nullam, de prima verō prolem geminam, filium scilicet Alexandrum, & filiam genuit nomine Margaretam. Alexander absq; prole, patrem immatura morte præuenit. Filia verō Margareta regi Norwagiæ desponsata, filiam vnicam peperit nomine Margaretam quæ matri mortuæ superuixit. Hanc cōsulto rege Angliæ, magnates Scotiæ recognouerunt heredem. Quæ accersita per nuncios regis Angliæ, cum per nauigium tenderet in Scotiam, infirmata in mari apud Orchades insulas est defuncta. Noctē S. Margarete descendit tempestas ymbrium, tonitruum, & fulguris, a retro sæculis vix audita, fata concutiens & demergens, vnde factum est, vt Londonijs modius tritici qui prius ad tres denarios vendebatur ex tunc paulatim ad duos solidos excreveret, sicq; per quadraginta ferme annos vsque ad obitum regis Edwardi post conquestum secundi dicti de Carneruan, extitit bladorum caristia, & præcipuē frumentorum. Ita vt aliquotiens Londonijs modius frumenti ad decem solidos venderetur.

*Dubitatio de
hæredibus Sco-
tia.*

Anno 1290. mortua Margareta filia regis Scotorum Alexandri ad quam iure hæreditario, defunctis auo, patruo, & matre regnum Scotiæ deuolui debebat, quis foret iustus hæres Scotiæ, apud omnes in dubium vertebatur. Propter quod rex Edwardus versus Scotiam dijudicaturus de iusto hærede, tanquā superior dominus dirigit iter suum, sed dum finibus Scotiæ appropinquaret, regina consors defungitur in villa de Herdeley iuxta Lincolniam, propter quod rex dimisso itinere cepto versus Scotiam, Londonias funus deducendo reuertitur cum mæore. Conditū est ergo corpus cum aromatibus in ecclesia Westmon. cum honore, cor verō in choro fratrum prædicatorum, Londonijs est humatum. In omni loco & villa quibus corpus pauauerat, iussit rex crucē miro tabulatu erigi ad reginæ memoriam, vt a transeuntibus pro eius anima deprecetur, in qua cruce fecit reginæ imaginem depingi, fuerat hæc regina dicta

Alienora

Regina moritur

*Cruces erectæ in
memoriam re-
ginæ.*

Alienora soror Aldefonfi regis Castellī nobilis genere, sed multò nobilior morum grauitate.

Anno 1291. Ciuitas Acon capitur a Soldano Babilone, qui muros eius destruxit cum turribus & euertit ecclesias cum domibus ciuitatis. Eo anno post Pascha rex Angliæ appropinquans Scotiæ, Parliamentū tenuit apud Northūb. vbi cōsultis prælatis ac vtriusq; iuris peritis, reuolutis priorum temporum analibus, vocari fecit prælatos ac maiores regni Scotiæ & coram eis in ecclesia parochiali de Northūb. ius suum in superius dominium regni Scotiæ fideliter declarauit. Petiuitq; vt hoc recognoscerent, protestando se ius coronæ suæ vique ad effusionem sanguinis defensurum. Ob quam causam rex fecerat omnia monasteria Angliæ, Scotiæ, & Walliæ perscrutari, ad dignoscendum quale ius posset sibi competere in hac parte. Et repertum est in chronicis Mariani Scoti, Gul. Malmesburiensis, Rogeri de Houeden, Henrici de Huntingdone, Radulphi de diceto, quod anno dom. 910. Rex Edwardus senior subegit sibi reges Scotorum & Cambrorum. Item ibid. quod an. dom. 921. prædictæ gentes elegerunt sibi Edwardum prædictum in dominum ac patronum. Item ibid. anno dom. 926. rex Angliæ Adelstanus deuicit regem Scotiæ Constantinum, & iterum sub se permisit regnare. Item Edredus frater Adelstani rex Angliæ deuicit Scotos & Northanhumbros, qui se submiserunt ei & fidelitatem iurauerunt. Item ibidem Edgarus rex Angliæ superauit Kinadum filium Alpini regem Scotorum, qui iurauit ei fidelitatem. Item ibidem rex Angliæ & Daciæ Canutus, anno regni sui 16. perdomuit Malcolinum regem Scotorum, & ex tunc factus est rex quatuor regnorum, scz. Angliæ, Scotiæ, Daciæ & Norwagiæ. Item ibid. S. Edwardus regnum Scotiæ dedit Malcolino filio regis Cambrorum de se tenendum. Item Gulielmus Bastard, anno regni sui 6. vicit Malcolinum regem Scotiæ, & accepit ab eo sacramentum fidelitatis. Item Guliel. Rufus fecit similiter erga Malcolinum regem Scotiæ, & duos filios Malcolini successiue regnantes. Itē Alexander successit fratri suo Edgardo in regnū Scotiæ de cōsensu regis Henrici 1. Item Dauid rex Scotiæ fecit homagium regi Steph. Itē Gul. rex Scotiæ fecit homagium Henr. 3. filio regis Henr. 2. in coronatione sua, & iterum Henrico patri anno regni sui 20. sicut patet in conuentione inter eos facta inde. Item dicit Rogerus Houedē quod Gul. rex Scotiæ venit ad dominum suum regem Henricum in Normanniam, & similiter fecit regi Rich. & etiam Iohāni regi apud Lincolniam. Item in chronicis S. Albani reperitur quod Alexander rex Scotiæ apud Eboracum desponsauit Margaretam filiam regis Henrici, an. regni sui 35. & fecit ei homagium. Item reperitur in chartis regū Scotiæ, Item repertum est in bullis papalibus Scotiæ directis, reges Scotorum excommunicatos fuisse quia noluerunt obedire dominis suis Anglorum regibus. Conuenientibus igitur apud Northūb. in finibus Anglorū versūs Scotiam rege Anglorum cum suis peritis, ac Scotorum valentioribus cum suis prudentioribus petiuit in primis rex Angliæ, vt Scoti pacificè assentirent suæ ordinationi super rege Scotiæ, præsertim cum sibi competeret ratione sui domini capitalis, Scoti respondebant se ignorare quod talis superioritas regi Angliæ competeret, nec posse sine capite regi ad talia respondere, cui incumberet talem denunciationem audire. Nec aliud responsum ad præsens debere reddere testabatur propter iuramentum excommunicatione vallatum, quod post mortem regis Alexandri sibi inuicē fecerunt, vnde deliberatione habita fecit rex Edwardus Scotis literas suas patentes, quibus recognouit aduentum Scotorum in Angliam circa aquam Twede non debere aliās illis vertere in præiudicium iterū veniendi in Angliam. Post hæc maiores Scotiæ & Angliæ qui vendicabant ius successionis in regnum Scotiæ per literas suas patentes recognouerunt se velle sponte recipere iustitiam coram dicto rege Edwardo, tanquam coram capitali domino, & firmum tenere quicquid ipse decreuerit in præmissis. Tenor autem literarum dominorum vtriusq; regni qui ius successionis vendicabant in Scotorum dominium erat talis.

Declaratio iuris regij de regno Scotia.

Testimonia chronicarum de iure regis Angliæ in regnum Scotia.

Competitores iuris in regnum Scotia, subdant se voluntati regis Angliæ.

Omnibus præsentēs literas visuris vel audituris Florentius Comes Hollan-

diæ, Robertus le Brus dominus Vallis Anandiæ, Iohan. de Balliolo dominus Galwidie, Iohānes de Hastings dominus Abergauēniæ, Iohānes Comyn dominus de Badenaw, Patricius de Dunbar comes Marchiæ, Iohannes de Vesci vice patris sui, Nicholaus de Sules, Gulielmus de Rōs salutem in domino. Cū nos in regno Scotiæ ius habere credamus, & ius illud coram illo, qui potius habet potestatem, iurisdictionem & rationem examinandi ius nostrum decernere, vendicare ac probare intendamus: nobilissq; princeps dominus Edwardus dei gratia rex Angliæ per bonas sufficientesq; rationes nos informauerit, quod ad eum spectat & habere debet superius dominiū regni Scotiæ, & cognitionem in audiendo, examinando, & definiendo ius nostrum, nos de propria nostra voluntate sine omni violentia & coactione, volumus, annuimus & concedimus, ut recipiamus ius coram eo tanquā superiori domino terræ. Volumus insuper ac promittimus quod habebimus & tenebimus firmum & stabile factum suum, & quod ille habebit regnum, cui coram eo ius potius illud dabit. In testimonium istorum, nos literis istis apposuius sigilla nostra, data apud Northumb. feria tertia post Ascensionem, &c. Facta itaq; recognitione superioris domini, & submissione recipiendi quod coram rege Angliæ fuerit definitum, petiuit rex castra & terram totam sibi reddi, ut per seisinam pacificam ius superioris domini, quod iam per suas literas recognouerant claresceret vniuersis. Annuerunt statim regiæ petitioni confectis super hoc literis habentibus hunc tenorem. Omnibus præsentibus litteras visuris vel auditoris Florentius comes Hollandiæ, &c. salutem in domino. Quia de bona voluntate nostra & cōmuni assensu annuimus, & concessimus nobili principi domino Edw. dei gratia regi Angliæ, quod ipse tanquam superior dominus terræ Scotiæ, possit audire, examinare, & definire, vendicationes nostras & petitiones quas intendimus ostendere & probare pro iure nostro recipiendo coram eo, tanquam superiore domino terræ, promittentes insuper quod factum suum habebimus firmum & stabile, & quod ille obtinebit regnum Scotiæ cuius ius potius declaratur coram eo. Cum autem non possit præfatus rex Angliæ isto modo cognitionem facere, nec complere sine iudicio, nec iudicium debeat esse sine executione, nec executionem possit debito modo facere sine possessione & seisina eiusdem terræ & castrorum eius: volumus & annuimus, & concedimus quod ipse tanquam dominus superior ad perficiendū prædicta, habeat seisinam totius terræ Scotiæ & castrorū eius, quousq; ius in regnū petentibus fuerit satisfactum. Ita tamen quod antequam habeat seisinam, bonā & sufficientem securitatem faciat petitoribus, & custodibus & communitati regni Scotiæ, restituendi idem regnū cum tota regalitate, dignitate, dominio, libertatibus, consuetudinibus, iusticijs, legibus, vsibus, possessionibus, & quibuscunque pertinentijs in eodem statu in quo erant ante seisinam sibi traditam, & liberabit illam cui iure debebitur secundū iudicium regalitatis, saluo regi Angliæ homagio illius qui rex erit. Et debet hæc restitutio fieri infra duos menses a die quo fuerit hoc ius discussum atque firmatum. Exitus terræ prædictæ medio tempore recipiantur & in saluo deposito reponantur, & bene custodiantur per manum Camerarij regni Scotiæ qui nunc est, & illius quem assignabit ad hoc rex Angliæ, & hoc sub sigillo eorum, salua rationabili sustentatione terræ & castrorum ministrorumq; regni. In testimonium istorum omnium prædictorum apposuius sigilla nostra, &c. Data apud Northumb. die Mercurij, &c. Has duas literas misit rex Angliæ ad diuersa monasteria ad facti memoriam seruandas.

*Litera seisina
data regi An-
glia de regno
Scotia.*

*Rex assecurat
Scotia regnum
Vero heredes
reddere.*

Igitur ex parte regis Angliæ facta securitate de restituendo prout præfertur regno Scotiæ, infra duos menses illi cui de iure hoc competeret sub pena 100. millium librarum sterlingorum Romæ in subsidium terræ sanctæ soluendarū, ac etiam sub pena excommunicationis & interdicti in regis personam & regnum Angliæ, si non restitueret fulminandum. Scoti per chartas suas tradiderunt regi Edwardo regnum Scotiæ cum castellis, iuribus & consuetudinibus, posueruntq; custodes qui medio tempore, exitus & appropriamenta terræ ad

opus

opus illorum quorum intereat custodirent; quousq; viz. debita discussione habita de legitimo constaret hærede. Quo factò rex Angliæ post longas disceptationes vendicantium illud regnum discussis iuribus, prætulit Iohannem de Baliol qui recognouit regem Angliæ fore capitalem dominum Scotiæ, fecitq; ei homagium & fidelitatem iurauit, prout in gestis anni sequentis plenius declaratur. Circa festum S. Iohannis Baptistæ Alienora mater regis Ambresbyriæ est defuncta propter quod rex de Scotia redijt in Angliam, vt funus maternum debito cum honore curaret.

*Iohan. Baliol
rex Scotia.*

10 Post festum Sancti Michaelis Rex iterum tendens in Scotiam cum Eboracum venisset, Resus filius Mereduci captus illucq; deductus iudicialiter condemnatur. Deinde rex profectus in Scotiam, omnibus in regnum Scotiæ ius vendicantibus imposuit, vt in festo Sancti Iohannis Baptistæ proximo futuro coram se comparerent, & quo iure regnum illud vendicabant, plenius declararent.

Anno 1292. suborta est discordia inter Anglicos & Francos huiuscemodi occasione. Duo nautæ quorum vnus erat Anglicus, alter Normannus conuenerunt apud Gartimam ad quendam fontem vt haurirent aquam, vbi dum quisque nititur prius haurire, facta est contentio inter utrosq;. Post multa iactata conuitia, Normannus educto gladio ferire nitebatur Anglicum, qui vitato periculo, pugnum Normanni tenuit, volens eripere de manu sua pugionem, quibus sic colluctantibus Normannus corruens super mucronem suum casu proprio confossus fuit. Quo cognito Normanni persecuti sunt Anglicum, vt in eum necem socij vindicarent. Sed nautæ Anglici consortes contuentur socium & Normannos repellunt. Normanni verò de casu prædicto coram Philippo rege Franciæ grauem deposuere querimoniam. Quibus rex iussit vt vbicunq; obuierent Anglicis de nece confocij sumerent ultionem, vnde factum est vt dum Normanni sollicitius maris obseruarent semitas, nauigium Anglicanum conspiciunt a remotis. Cum quo mox congregientes quandam nauem Anglicam vncis attrahentes, Anglicum quendam rapientes de navi sua in summitate mali cuiusdam puppis Normannicæ suspenderunt, quibus causis creuit tumor & inuidia populis vtriusq; regni.

*Lis inter An-
glos & Francos.*

30 Rex Angliæ post festum sancti Iohannis Baptistæ in Scotiam veniens, receptis eorum qui regnum Scotiæ vendicabant allegationibus, pro iure suo eligi fecit 40. personas, viz. 20. de Anglia, & 20. de Scotia, qui istas allegationes deliberata diligentia discuterent, sententiam finalem vsque in festum S. Michaelis proximo venturum differens proferendam.

Eo tempore Ericus Rex Norwagiæ venit coram consilio domini regis Angliæ per attornatos suos, & protulit quoddam scriptum in hæc verba.

40 Omnibus præsentibus literas inspecturis vel audituris pateat euidenter quod nos Ericus dei gratia rex Norwagiæ tenore præsentium fecimus, constituimus & ordinauimus prout de iure & facto melius facere potuimus, nostros veros ac legitimos attornatos & procuratores, & nuncios speciales, nobilem virum Adneum de Hagr. & magistrum Henricum Plebanum plebis de Castellione aretino, domini Papæ Capellanum, & magistrum P. Algor ad comparendum pro nobis & vice nostra coram excellenti principe domino dei gratia Edwardo rege Angliæ illustri, & superiori domino regni Scotiæ ad petendum nomine nostro tanquam per superiorem dominum regni Scotiæ nobis adiudicari regnum Scotiæ supradictum, cum omnibus iuribus & pertinentijs suis, cum ipsum regnum per mortem dominæ Margaretæ filiæ nostræ olim dominæ & reginæ regni Scotiæ sit ad nos pleno iure deuolutum hæreditarie, legitimè. Item ad petendum nomine nostro adiudicari nobis, & præfatis attornatis & procuratoribus nostris assignari pro nobis fructus & redditus regni Scotiæ quatuor annorum, qui fluxerunt a tempore mortis domini Alexandri bonæ memoriæ quondam regis Scotiæ, vsque ad diem mortis dominæ Margaretæ filiæ nostræ olim Dominæ reginæ Scottorum, qui percepti vel percipi potuerunt de dicto regno, cum ad nos

Erici scriptum.

dicti fructus seu redditus pleno iure pertineant: tum quia fuimus legitimus administrator reginæ præfata cum viueret: tum etiam quia graua expensarum & sumptuum onera sustinuimus propter eam, dum in regno Norwagiæ moram traxit, & postmodum mittendo eam ad regnum Scotiæ supradictum. Item ad petendum nomine nostro condemnari vniuersitatem regni Scotiæ, & ipsum regnum ad soluendum nobis seu dictis attornatis & procuratoribus nostris, recipientibus vice nostra penam centum millium librarum sterlingorum, in quam inciderunt vniuersitas præfata & regnum supradictum, non recipiendo liberè Dominam præfatam Margaretam filiam nostram in dominam & reginam Regni Scotiæ, nec ei obediendo in aliquo. Et ad petendum supplementum septingentarum marcarum quas habere debemus a regno Scotiæ, occasione dotis Domine Margarete olim filie nostræ, & vxoris regis Scotiæ prædicti, cum fructus & redditus prædicti nobis assignari pro septingentis marcis annuis ad quingentarum marcarum summam non ascendant. Item ad agendum & defendendum, lucrandum & perdendum coram præfato principe domino Edwardo rege Angliæ superiore domino regni Scotiæ, debita quomodocunq; & qualitercunq; etiā ex quacunq; causa vel causis nobis debeantur, & a quibuscunq; personis loco vel vniuersitate, & quocunq; nomine illa iura censeantur, & ad omnia alia & singula faciendum, quæ veri ac legitimi attornati seu procuratores & nuncij facere possent in præmissis, & quolibet præmissorum si mandatum etiam exigent speciale, quæ nosmet facere possemus, si præsentem essemus, promittentes sub ypotheca & obligatione omnium bonorum, ratum, firmū, & gratum habere & tenere perpetuū, ac nō contrahere aliquo ingenio vel modo, quicquid per prædictos attornatos seu procuratores nostros, vel duos saltem ex eis actum vel procuratum fuerit in præmissis vel quolibet præmissorum. Dat. Tonsborg. anno regni nostri decimo tertio. In cuius rei testimoniū has literas fieri fecimus, & nostri sigilli munimine roborari.

*Dies datus regi
Norwagiæ.*

Requisitum fuit de eisdem attornatis quid volunt addere, minuere, vel mutare, & quod in petitione sua danda declararent. Qui dicunt quod nolunt declarare, antequam habuerint colloquium cum dicto domino rege Angliæ superiore domino regni Scotiæ, nec aliquid aliud proponere vel dicere ea vice. Et hæc requisitio fuit facta, quia aliās in petitione sua quæ coram ipsis fuit ibidem lecta, reseruauit sibi beneficium addendi, minuendi & mutandi prout plenius ex tenore ipsius petitionis apparet. Et datus est eis dies vsque ad diem Mercurij proximum sequentem ad audiendum Domini regis Angliæ voluntatem.

Postea die Mercurij proximo post festum beati Martini venerunt prædicti attornati regis Norwagiæ coram consilio prædicti Domini regis Angliæ & superioris domini Scotiæ, & dictum fuit eis per consiliū dicti domini regis quod declararent manifestè actionem domini regis Norwagiæ, per quam intendunt recuperare regnum Scotiæ tanquam ius domini sui. Qui responderunt & dixerunt quod voluerunt prius habere colloquium cum domino suo rege Norwagiæ, & ipsum super actione & petitione prædictis consulere, antequam ulterius prosequerentur. Et multoties requisiti quod petitionē præfati domini sui manifestius declararent, tandem dixerunt præcisè quod petitionē supradicti domini sui noluerunt declarare, nec ulterius super hoc aliud dicere, antequam eundem dominum suum consulti fuerint in præmissis. Ideo datus est eis dies de die in diem coram prædicto domino rege Angliæ superiore domino dicti regni Scotiæ, ad audiendum iudicium suum de eo quod noluerunt ulterius prosequi petitionem domini sui prædicti, &c.

*Iudicium con-
tra regem Nor-
wagiæ.*

Igitur post diligentem huius negotij discussionem inter ceteros, de assensu communi Iohā. de Baliolo, qui de filia David regis Scottorū descenderat seniore, adiudicauit rex ex integro regnū ipsum. Robertus nempe de Brus, inter quem & ipsum Iohan. de Baliolo exclusis ceteris quæstio vertebatur, licet vno gradu esset propinquior, tamen descendit a filia regis David secunda.

Iohan.

Iohan. de Baliolo in festo S. Andreae sequenti collocatus super lapidem regalem in ecclesia canonicorum de Scone regularium solemniter coronatur, moxq; venit ad nouum castrum super Tynam, & fecit homagium regi Angliæ sub hijs verbis. Domine Edwarde rex Angliæ superior domine regni Scotiæ. Ego Iohannes de Baliolo Rex Scotiæ recognosco me hominem vestrum ligum de toto regno Scotiæ & omnibus pertinentijs & hijs que ad hoc spectant, quod regnum meum teneo & de iure debeo, & clamito tenere hæreditariè de vobis & hæredibus vestris regibus Angliæ, de vita & membris, & terreno honore contra omnes homines, qui possunt viuere & mori. Et Rex Angliæ recepit homagium in forma prædicta suo & alterius iure saluo. Quo facto rex Angliæ idem regnum Scotiæ integraliter cum omnibus pertinentijs restituit indilatè.

Homagium regi Scotiæ.

Anno 1293. Rex Angliæ tenuit natale apud nouum castrum super Tynam vbi suscepit homagium Iohannis de Baliolo regis Scotorum.

Per idem tempus mercatores Angliæ laceßiti per Francos super mercium suarum amissione regi Angliæ conqueruntur. Quapropter rex comitem Lincolnæ Henricum de Lacy transmisit ad regem Franciæ, petens humiliter vt per vtriusq; regis consilium de assensu communi contra huiusmodi dispendia prouideretur de remedio competenti: sed dum comes responsum expectat, classis ducentarum Normannicarum onusta vino virisq; bellatoribus a sexaginta nauibus Anglicanis capitur, in portu S. Matthæi in minori Britannia & in Angliam adducitur, in quo conflictu feruntur occisa quindecim millia Gallicorum. Rumor facti regem Franciæ, non tam admiratione quàm indignatione vehementi commouit. Qui missis nuntijs petijt a rege Angliæ vt absque mora naues cum mercibus, & homines suos captas & in regno suo receptatas restitueret, si vellet sua negotia pro terra Wasconiz in curia regis Franciæ fauorabiliter expediri. Rex igitur habito cum suis consilio, Richardum Londoniensem episcopum cum alijs viris prudentibus direxit ad regem Franciæ cum hoc responso, videlicet, quod rex Angliæ curiam suam habet nulli subiectam, ideo si qui de regno Franciæ lesos se senserint, & iniurias suas declarauerint, Rex eis celerem fieri iusticiam ordinabit, & eisdem eundo per terram suam & redeundo saluum dabit conductum, vel si hoc regi Francorum non placeat, eligantur hinc inde arbitri qui pensatis damnis vtriusuis partis, prouideant quomodo quærelantibus satisfiat, & rex Anglorum dicto eorum & laudo sub certa obligatione se submittet, dum tamen rex Franciæ se submittat & obliget pari modo. Si verò aliquod occurrat tam arduum, quod pro arbitrio descidi nequeat, definiendum regibus reseruetur. Et rex Angliæ habito conductu ad regem Franciæ accedentem ad aliquam villam maritimam veniet, & assensu mutuo finis negotio imponetur. Quod si nec istud rex Francorum acceptauerit, in summum pontificem negotium transferatur, vel quia tunc sedes vacabat apostolica, ad Cardinales omnes vel aliquos committatur. Spreuit hæc omnia consilium Franciæ, nec nuntijs instanter flagitantibus dignatum est aliquid respondere. Misit deniq; rex Francorum ad ciuitatem Agennum quæ pertinet ducatus Aquitaniæ & ibi nominatim citari fecit regem Angliæ, vt die certa Parisius compareret, de iniurijs & rebellionibus factis in terra Wasconiz respondurus. Quem ad diem præfixum non comparentem, Rex Francorum in propria persona pro tribunali sedens sententiam protulit, regem iudicans in defectu. Moxq; præcepit Constabulario Franciæ, vt in manu armata ducatum Aquitaniæ regis Francorum nomine occuparet, caperetq; vel expelleret quoscunque per regem Angliæ illius custodiæ deputatos. Siquidem paulò ante miserat illuc rex Angliæ Iohannem de S. Iohanne militem in armis strenuum & discretum, qui ciuitates & castra per totum ducatum muniuit armis & victualibus & viris strenuis ad bellandum.

Classis Gallicana ab Anglis capta.

Rex Angliæ citatur.

Anno 1394. cum Edmundus frater regis Angliæ diu sed inaniter tractasset de pace cum consilio regis Franciæ manifestè seductus fuisset Francorum falsitate ad maximum damnum fratris sui regis Angliæ, regressus est in Angliam

*Parliamentum
Londini.*

*Rex Angliæ re-
nunciat homa-
gio pro Acqui-
tania.*

*Subsidium regi
datum.*

*Wallensium in-
surrectio.*

*Edwardus a
Wallensibus re-
pulsus.*

*Celestinus pa-
patus renunciat*

*Prophetia de
Benedicto.*

*Acta in Wasco-
nia.*

Edm. Giffardus.

*Comitis War-
wici fortitudo.*

referens regi totiꝫ consilio totam rerum gestarum seriem. Quapropter rex conuocato Londonijs parlamento, cui Iohannes rex Scottorum interfuit, de consilio prælatorum & procerum consentium terram sub dolo sibi ablatam recuperandam gladio, rex Angliæ misit nuncios ad regem Franciæ mandans ei per eosdem, quod cum pacta inter progenitores eorum habita & ipsos, nec nõ et secretos tractatus quos mediante Germano suo cum eo habuit, violasset, non videbatur sibi quod ipsum regem Angliæ ducemq; Aquitaniæ hominem suum reputabant, nec ipse homagio suo altringi vltius intendebat. Eodem tempore rex Angliæ misso in Teutoniæ Antonio Dunelmensi Episcopo confederavit sibi Adulphum regem Romanorũ. Et in Wasconiam transmisit exercitum, cui præfecit milites prudentes & in bellicis rebus expertes, & nauigium ad maris custodiam forte satis ordinavit.

Hoc anno concessa fuit regi in subsidium werræ suæ medietas a clero, sexta a ciuibus, & reliquo populo decima pars bonorum, non obstante quod fames in terra præualuerat annonæ caristia, & pauperes passim afflicti lienteria morerentur. Naualis exercitus regis Angliæ cepit tres villas in Wasconia muratas, cepit s. Burgum super mare ac Blanium atq; Risunciũ. Sub eisdem diebus Wallenses insurgentes contra regem in diuersis partibus, diuersos sibi principes præfecerunt. Aquilonares quendam Madocum nomine, de genere Lewlini principis vltimi qui villam & castrum de Carneruan combusserunt magna anglorum multitudine quæ ad nundinas venerat interfecta. Occidentales Wallenses, quendam Maylgonem nomine sequebantur, mala plurima perpetrantes. Tertius Marganus dictus Wallenses australes concitās, comitem Glouerniæ Gilbertum qui progenitores suos exheredauerat, de terrâ suâ quæ Glamorgan dicitur expulit & fugauit. Rex Angliæ auditis hijs rumoribus Walliâ cum exercitu est ingressus, sed mox occurrentibus sibi Wallensibus exceptus graui prælio repulsus est. Robertus de Winchelsey doct̃or sacre paginæ Archiepiscopus Cantuariensis a Celestino Papa confirmatur, & in Angliam veniens, Iohanni de Monemutha magistro Theologiæ contulit episcopatum Landasensem auctoritate papali qui iam vacauerat multis annis. Celestinus papa prius dictus Petrus de Murrone de ordine S. Benedicti monachus & anachorita, se sentiens minus sufficientem ad tantum onus sufferendum, de consilio Benedicti Caietani cessit papatui, edita prius constitutione super cessione pontificum Romanorum. Huic successit idẽ Benedictus, de quo ex post prophetauit, eo quod eum ad cedendum subdole induxisset idem Celestinus, ita: Ascendisti vt Vulpes, regnabis vt Leo, morieris vt Canis, cõtigitq; prout vir sanctus prophetauit. Quia rigidẽ Cardinales de Columna tractauit & quosdã deposuit, regiꝫ Francorũ in multis obstitit, & eum totis viribus elaborauit deponere, idem rex Franciæ confederatis fratribus de Columna, misso Seneschallo Franciæ, Guliel. de Longareto comprehendit eum, & in equum effrenem versa facie ad caudam posuit. Quem sic discurrere vsq; ad nouissimum halitum compulit ac tandem ad hæc omnia cardinalibus prædictis consentientibus fame necauit, sed hæc in sequentibus, cum tempus occurreret rei gestæ. Ipse verò constitutionem de cessione Romanorum pontificum editam per prædecessorem suum, factus papa reuocauit.

Anno 1295. in die Circumcisionis domini reddita est domino Iohanni de sancto Iohanne ciuitas Bayonensis, quam die præcedenti ceperant nautæ fortiter expugnatam. Obsidionem verò posuit circa castrum quod post dies octo cepit, multaq; munitiones & castra se reddiderunt Anglis cognita fraude Gallo-
rum, ita quod exercitus Anglicorum excreuit ad quatuor millia peditum & equitum ducentorum. Rex Angliæ transito flumine de Conwey, cum parte exercitus, infortunatè captis bigis & curribus onustis victualibus penuria coarctatur, ita vt donec veniret ad eum reliqua pars exercitus aquam melle mixtâ biberet, panẽq; cum falsis carnibus vesceretur. Comes Warwici cognito quod Wallenses in maxima multitudine inter duo nemora in quadã planitie se aduassent, assumpta secũ electa multitudine cum balistarijs & sagittarijs de no-
æ

* & superueniens, eos vndiq; circumcinxit, qui fixis in terra lanceis cuspides
 in oppositum irruentium dirigunt, vt sic se ab impetu equitum tuerentur. Sed
 comes inter duos equites posito vno balistario ac iaculis balistarum magna
 parte eorum qui lanceas tenebant prostrata, cum turma equitum in reliquos
 irruens, tantam stragem intulit quanta eis vna vice illata non creditur tempus
 ribus retroactis. Interim rex Angliæ castrū construxit in insula Anglesey quod
 bellum mariscum voluit appellari. Succisa sunt etiam nemora in Wallia quæ
 belli tēpore indigenis parabant latibula, & firmata sunt castra maritima cir-
 ca loca. Et citò posthæc captus est Madocus prædictus capitaneus Wallicorū.
 10 A quo tempore weræ quicuerunt in Wallia, & Wallenses more Anglicorū pe-
 ne ceperunt viuere, thesauros congregantes, & rerum damna temporalium
 metuentes.

Nellū mariscum

*Wallenses sub-
acti postea non
rebellarunt.*

Carolus Germanus regis Franciæ Wasconiam ingressus Risuncium obsedit
& cepit.

Eo tempore reddita est Anglis villa S. Seueri.

Carolus germanus regis Franciæ euersis villa & castro Risuncij quæ Hugo
 de Veer capitaneus 13. septimanis tenuit in magnum Gallorum dispendium,
 ea tandem reddidit, saluis omnibus, sua suppellectili, & dato conductu vs-
 que ad duas dietas ab exercitu. Carolus positus in villa custodibus cum exer-
 citu reuersus est in Franciam. Post cuius discessum mox capta est villa ab An-
 20 glicis iterato. Duo Cardinales missi a Papa Bonifacio pro pace reformanda in-
 ter reges, primò venerunt ad regem Franciæ, deinde ad regem Angliæ peten-
 tes treugas biennales. Quibus respondit rex Angliæ, quod non potuit treugas
 inire propter fœdus initum & iuramento firmatum inter ipsum & regem Ro-
 manorum, sine consensu eiusdem. Quapropter regem rogauerūt, vt regis Ro-
 manorum consensum in inducias impetraret. Quod rex ob reuerentiam cu-
 riæ Romanæ fecit. Cardinales verò in Gallias sunt reuersi. Circa præsens tem-
 pus classis gallicana Doueriam veniens spoliavit prioratum, & ibidē peremp-
 to vno monacho veterano, magnam partem oppidi incenderunt. Quorū ali-
 30 qui priusquam potuerūt naues repetere sunt occisi, captaq; est vna galea plu-
 rimis interfectis de parte Gallorum.

*Risuncium a Gala-
lis captum re-
cuperatur.*

*Cardinales de
pace tractaturi
veniunt.*

*Galli Doueriā
spoliant.*

Nautæ Gernemuthenses Cesaris burgum, id est, Cherburgh in Normannia
 incendio vastauerunt, spoliataq; Abbathia canonicorum regularium canoni-
 cum quendā senem in Angliā adduxerunt. Portesmouthenses ceperunt quin-
 decem naues Hispanicas onustas vino.

Iohannes rex Scotiæ fidelitas immemor, destinatis ad regem Francorum
 nuntijs iniit cum eo fœdus contra regem Angliæ, petens in affirmationem
 negotij matrimonium contrahi inter filium suum Edwar. & puellam nobilem
 Iohan. filiam Caroli germani regis Francorum, spondens se velle regē Angliæ
 40 totis viribus impugnare, sicut in scriptis inter vtrosq; regis confectis pleni-
 us continetur. Scoti per idem tempus elegerunt sibi 12. pares quorum consi-
 lio rex regnum suum gubernare debebat, per quos etiā vt in præmissam con-
 sentiret prodicionem fuit inductus. Nempe horum consilio & præcipuē abba-
 tis de Menros, cum ad parliamentum venisset regis Angliæ, illicentiatus clam
 discessit tanquam fugitiuus, ad magnum dedecus personæ suæ: ob quam cau-
 sam Rex Angliæ iussit omnia bona sua mobilia & immobilia quæ habebat in
 Anglia confiscari, qui eo tempore plures villas & prædia pingua possidebat.

*Scotorum rex
fidem violat.*

*Scoti eligunt
12. pares.*

Thomas Turberuile miles captus in Wasconia, & Parisius inter alios capti-
 uos detentus, liber dimittitur sponsione iuramento firmata, quod contra re-
 gem Angliæ Walliam commoueret. Qui cum venisset in Angliam prodicionis
 50 conuictus tractus & suspensus est.

*Turberuile sus-
pensus.*

Gilbertus Comes Glouerniæ dies suos clausit, relictis ex vxore sua Iohanna
filiabus tribus & vnico filio minoris ætatis, nomine Gilberto.

Gulielmus de Valencij comes Penbrochiæ concessit in fata, cui successit fi-
lius suus Aymerus.

*Expediit regis
in Scotiam.*

Rex Angliæ Scotorum comperta prodicione, disposuit regnū Scotiæ vi sub-

ijcere nisi possent ab hijs quæ referebantur se legitimè excusare.

*Expediit in
Wafconiam.*

*Scotorum rex
citatur.*

*Scoti Angliam
vaſtant.*

*Berwicum foſſa
munitur.*

*Scotorum regis
litera.*

Anno 1296. Edmundus Germanus regis Angliæ & Henricus comes Lincolnia cum exercitu valido in Waſconiam tranſfretarunt, ubi reddita ſunt eis caſtra plura, cumq; veniſſent prope Burdegalia ad duo milliaria, exercitus Gallorum egreſſus de Burdegalia velut inopinatò eis occurrit, commiſſoq; graui prælio Galli retrocedentes ad urbem fugiunt, quos dum inſequuntur tres milites & duo vexilliferi Iohannis de Britannia & Alani Souche Galli portis clauſis ceperunt, Comites verò magnam partem ſuburbij combuſſerunt. Et non multò poſt Edmundus comes vitæ finem fecit, fuerat autem comes Leiceſtria & Lancaſtria. Poſt cuius mortem exercitus Anglicanus obſedit urbem Aqueſem, ſed penuria victualium compellente negotium eſt inſectum. Eo tempore comes Attrabatenſis per regem Francorum miſſus in Waſconiam munitiones aliquas de manibus Anglorum extorſit. Per id tempus rex Angliæ immenſo coadunato exercitu venit ad nouum caſtrum ſuper Tynam. Ad quæ locum fecerat Iohannem Scotorum citari per ediſtum publicum, vt de his quæ ſibi debebant obijci reſponderet. Quo ad diem præfixum nec per ſe comparente, nec per nuncium ſe excuſante, rex de conſilio ſuorum decreuit vltèrius procedendum. Interim quidam miles Robertus de Ros dominus Caſtelli de Werk non obſtante fidelitate quam Regi Angliæ iurauerat ad Scotos tranſfugit. Cuius germanus Gulielmus de Ros regem præmonens de fratris perfidia petiuit ſibi mitti ſubſidium, quo poſſet caſtrum defendere contra Scotos. Rex verò miſit illuc mille viros, qui recepti in villa quadam dicta Preſtſen, omnes eadem nocte a Scotis quorum capitaneus erat præfatus tranſfuga Robertus de Ros interfecti ſunt, exceptis paucis qui dilapſi ſunt fuga. Quo audito mox Rex cum exercitu ad caſtrum illud properat, gaudiſus in hoc vt fertur, quod Scoti primò cæperunt hoſtilia exercere. Rex itaque ad prædictum caſtrum de Werk Paſchalem ſolemnitatem peregit. Quo tempore ſeptem comites Scotiae, videlicet, de Bowhã, de Menteth, de Stratherne, de Lewenes, de Ros, de Athel, de Mar cum exercitu grandi feria ſecunda paſchæ Angliam ſunt ingreſſi, vaſtantes omnia cæde & incendio, non parcentes ſexui vel ætati, venientesq; Carleolum urbem ipſam obſidione cinxerunt. Viri verò ciuitatis & fœminæ lapidibus & telis Scotos a muris propulſabãt, urbem viriliter defendentes. Videntes autem Scoti nil ſe proficere, feria quarta omiſſa obſidione in Scotiam redierunt. Eadem die ſ. feria quarta paſchalis hebdomadæ rex cum exercitu tranſito flumine Twede peruenit prope Berwicũ. Die vero veneris cum videret ciues ad pacem redire nolle, factis inſultibus tam per aquam quàm per aridam, villam occupat, vnico tantum de ſuis militibus interfecto. Nocte ſequente dormiuit rex in caſtro, iuſſitq; rex fodi foſſam profundiffimam inter Scotos & Berwicum quæ eſſet terrori hoſtibus, & eoſdem arctaret ab incurſibus repentinis. Cumq; rex villam Berwici nouo foſſato muniret, venerunt ad eum duo fratres minores de villa de Rokesburgh deferentes literas Iohan. regis Scotiae, tenorem huiſcemodi continentes.

Magnifico principi domino Edwardo dei gratia regi Angliæ, Iohannes eadem gratia Scotiae rex. Cum vos ac illi de regno veſtro non ignorantibus vobis vel ignorare non debentibus, per violentiam, potetiam, nobis ac regni noſtri incolis graues immo intollerabiles iniurias, contemptus, grauamina, nec non enormia damna, contra noſtros ac regni noſtri libertates, ac contra deum & iuſticiam notoriè & fræquenter intuleritis, nos extra regnum ad leuem ſuggeſtionem pro libitu veſtræ voluntatis citando & indebite vexando, caſtra noſtra ac terras, poſſeſſioneſq; noſtras & noſtrorum infra regnum veſtrum ſine noſtris demeritis occupando, bona noſtra ac ſubditorum noſtrorum tam per terram quàm per mare rapiendo, & infra regnum veſtrum receptando, mercatores & alios regni noſtri incolas occidendo, homineſq; noſtros de regno noſtro violenter abducendo ipſoſq; ibidem detinendo & incarcerando, ſuper quibus reformandis nuncios noſtros ſæpe tranſmiſimus, quæ non adhuc ſolùm remanent incorreſta, verum etiam de die in diem per vos & veſtros prioribus

oribus deteriora cumulantur. Vos namq; iam cum innumerabili multitudine armatorum vestro exercitu publicè conuocato ad exhæredandum nos, & regni nostri incolas ad fines regni nostri hostiliter accessistis, & vltra progredientes in regno nostro strages & incendia, nec non insultus & inuasionēs violentas tam per terram quā per mare cōmisistis inhumanè. Nos dictas iniurias & grauamina & damna, nec non & hostiles impugnationes vltērius sustinere nō valentes, nec in fidelitate & homagio vestro (licet per violentam impressionē impressam extortis) manendo contra nos, etiam ad defensionem nostram & regni nostri, cuius defensionis & tuitioni vinculo iuramenti sumus astricti:

10 nos volentes erigere fidelitatem & homagium tam a nobis quā ab alijs quibuscunq; regni nostri incolis fidelibus nostris ratione terrarum, quas in vestro regno tenebant, & etiam ratione menagij seu retentionis vestræ, nomine nostro ac nomine eorundem omniū & singulorū, vobis reddimus per præsentes.

Rex Angliæ audita præsenti litera resignationem homagij sui admisit, & Cancellario suo præcepit hanc literam registrari ad perpetuam memoriam rei gestæ.

20 Septem Comites Scotiæ prænominati superius cum eorum comitiua profecti sunt in Angliā, vastantes omnia cæde & incendio, inter quæ prioratū, cū tota villa de Hexam incendio destruxerūt, progressiq; ad domum monialium de Ramesay, domos quasdam incenderunt, & cum ingenti præda in Scotiam sunt reuerfi.

Scoti Angliam vastant.

30 Patricius de Dunbar se regi Angliæ cū tota sua potestate submisit. Castrū de Dunbar cito post obsessum a Scotis fraude quorundā in eo existētium redditum est eisdem, ad quod recuperandum comes Surrey & Southsexia Iohānes, & Guliel. comes Warwici a rege mittuntur cum manu forti. Quibus superueniens Scotorum exercitus vt obsessis ferrent auxilium, excipitur dira pugna, in qua dicuntur occisa Scotorum 10. millia. Sabbato sequenti regi aduenienti redditum est castrum, in quo capti sunt tres comites, sex barones, cum militibus 29. scutiferis octoginta tribus. Quos rex ad diuersa castra Angliæ transmisit arctius detinendos. Post captionem castri de Dunbar reddita sunt ei castra de Rokesburgh, & Edinburgh, castellum verò de Striuelin inuenit vacuū, custodibus in fugam dilapsis. Transgressus verò mareoticum venit ad villā S. Iohannis in feito S. Iohannis Baptiste, vbi per aliquot dies mansit.

Dunbar a Scotis captum recuperatur.

Rex Scotorum Iohannes videns se regi Edwardo non posse resistere, pacem supplex & misericordiam implorauit, venitq; ad mandatum regis Angliæ cum suis magnatibus ad castrum de Brithni. Qui post multos variosq; tractatus, nudè & purè subiecerunt se & regnum Scotiæ regiæ voluntati. In cuius subiectionis firmamentum rex Scotiæ filium suum obsidem tradidit, literasq; confecit continentes in Gallico hunc tenorem.

Scotorum rex pacem petit.

40 Iohannes dei gratia rex Scotorum omnibus præsentes literas visuris vel audituris salutem. Quia nos per malum consilium falsumq; simplicitatemq; nostram, grauiter offendimus dominum nostrum Edw. dei gratia regem Angliæ dominum Hiberniæ, ducem Aquitaniæ in multis, viz. in eo quod existentes & manentes in fide sua & suo homagio, alligauimus nos regi Franciæ, qui tunc hostis eius erat, & adhuc est, matrimonium procurantes fieri cum filia domini Caroli fratris eius, & dominum nostrum grauaremus, regemq; Franciæ iuua remus cum omni potestate nostra per werram, modisq; alijs. Deinde per nostrum peruersum consilium antedictum, diffidauimus dominum nostrum regem Angliæ, & posuimus nos extra fidem & homagium suum, reddendo ei homagium suum, & misimus gentes nostras in terram Angliæ ad incendia faciēda & prædas abducendas, homicidia & alia damna plurima perpetranda, & terram Scotiæ quæ est de feodo suo contra eum muniendo, ponentes & stabilientes gentes armatas, in villis, castris, & alibi ad defendendum terram contra eum de feodo suo, pro quibus transgressionibus dominus noster rex Angliæ antedictus ingressus terram Scotiæ in fortitudine sua eam conquisiuit & cepit, non obstante omni eo quod facere potuimus contra eum, sicut potest

Subiectio Scotorum.

*Thronus Scoto-
rum regi in
Angliam tran-
slatus.*

*Scoti fidelita-
tem iurant regi
Anglia.*

*Forma homagij
Scotorum.*

*Iuramentum
Scotorum.*

*Iohannes turri
commissus.*

*Parlamentum
apud S. Edmun-
dam.*

de iure facere tanquam dominus de feodo suo, quia nos homagium nostrum reddidimus & fecimus rebellionem antedictam. Nos igitur existentes adhuc in plena potestate nostra & libera voluntate, reddimus ei terram Scotiæ & gentem nostram cum homagijs. In cuius rei testimonium, &c. Consignata litera, fractoq; sigillo communi regni Scotiæ, processit rex ut videret montana Scotiæ, præcedente eum semper per vnam dietam episcopo Dunelmensi. In redeundo autem transiit per Abbathiam de Scone, ubi sublato lapide quo reges Scotorum tempore coronationis solebant uti pro throno, transtulit illum usque Westmonasterium, iubens idem fieri celebrantium cathedram sacerdotum.

Eo tempore Rex apud Berwicum facto parlamento, omnium magnatum Scotiæ fidelitates recepit & homagia, qui ad rei gestæ memoriam perpetuam, confecerunt super hoc literas patentes, eorum sigillis munitas, continentes in Gallico hunc tenorem.

Omnibus præsentibus literas visuris vel audituris Iohannes Comyn de Badenau, &c. Quia ad fidem & voluntatem illustrissimi principis ac charissimi domini nostri, domini Edw. dei gratia regis Angliæ, domini Hiberniæ, ac ducis Aquitaniæ venimus, promittimus pro nobis & heredibus nostris, sub pæna corporum nostrorum & catellarum ac omnium quæ habere possumus, quod nos seruiemus ei bene & fideliter contra omnes gentes, quæ viuere & mori possunt, omnibus vicibus quibus requiremur & præmuniemur per antedictum dominum nostrum regem Angliæ, vel hæredes suos, & quod nos non sciemus damnū eorum, quin illud impediemus omnibus viribus nostris, & eos præmuniemus, & ad ista tenenda & seruanda, obligamus nos & hæredes nostros, & omnia bona nostra. Insuper & iurauimus tactis sacrosanctis Euangelijs, & postea nos omnes & quilibet nostrum per se fecit homagium domino nostro regi Angliæ in hæc verba. Ego vester homo ligeus efficior de vita & membris, & terreno honore contra omnes homines qui possunt viuere & mori. Et idem Dominus recepit hoc homagium sub hijs verbis: Nos illud recipimus pro terris quibus estis nunc seisciti, salvo iure nostro aut alterius, & exceptis terris quas Iohannes de Baliolo quondam rex Scotiæ nobis contulit, postquam & regnum Scotiæ li-
berauimus, si fortè aliquas terras dedit. Insuper nos omnes & singuli nostrum, per se fecimus fidelitatem domino nostro regi prædicto in his verbis. Ero fidelis & legalis, fidemq; & legalitatem seruabo Edw. regi Angliæ & heredibus suis, de vita & membris & terreno honore, contra omnes homines qui possunt viuere & mori, & nunquam pro aliquo portabo arma, nec ero in consilio vel auxilio contra eum, & hæredes suos in aliquo casu qui possit contingere, sed fideliter recognoscam, & fideliter faciam seruitia quæ pertinent ad tenementum, quod de eo tenere clamito, sicut me deus adiuuet & omnes sancti eius. In harum rerum testimonium factæ sunt istæ literæ patentes, & sigillis nostris signatæ. Dat. apud Berwicum, anno regni regis Angliæ Edwardi domini nostri, vicesimo quinto.

Hijs ita gestis ordinauit rex custodem Scotiæ, Iohan. de Kareenna Surrey & Southsexie comitem, thesaurarium Hugonē de Cressingham, iusticiarium Gul. de Ormesby. Cui mandauit rex ut omnes tenentes de rege terras aliquas vocaret, & eorum homagia fidelitatesq; reciperet. Iohan. verò Scotiæ quondam regem misit ad turrin Londoniarum, assignata sibi decenti familia, liberumq; concessit exitum ad 20. milliaria circa urbem. Iohan. verò Comyn de Badenhā & alium de Bowhan, caterosq; terræ illius magnates transtulit in Angliam ultra Trentam, interdicens reditum in Scotiā sub pæna capitali, quousq; guerra sua cum rege Franciæ finiretur.

Post hæc Rex Edw. veniens in Angliam, apud S. Edmundum parlamentum tenuit in crastino animarum. In quo a ciuitatibus & Burgis concessa est regi octaua, a populo verò reliquo duodecima pars bonorum. Clerus ob constitutionem Bonifacij papæ hoc anno æditam, quæ prohibet sub pæna excommunicationis, ne talliæ vel exactiones a clero per sæculares principes quocunq; modo exigantur, vel eis soluantur de rebus ecclesiæ, regi pro guerra sua petenti sub-

10

20

30

40

50

subsidium denegauit. Rex autem, ut de meliori responso deliberarent, negotium in aliud parlamentum tenendum Londoniis in crastino S. Hillarij distulit.

Hoc anno frater Petrus de Murrone, quondam papa Celestinus per Bonifacium papam captus, & in arcta detentus custodia, soluto presentis vite erga stulo ad celestia regna migravit.

Celestini mors.

Anno 1297. Parlamentum coactum est Londoniis post festum S. Hillarij, in quo clero persistente in denegatione subsidij, rex ipsum a sua protectione exclusit. Pro qua tamen redimenda multi per se, multi per mediatores regi bonorum suorum dederunt postea 5. partem. Rex Archiepiscopum in hac parte
10 rigidiores comperiens, terras eius omnes seisiuit, & de bonis eiusdem debita in rotulis scaccarij inuenta precepit cum celeritate leuari. Nam idem Archiepiscopus de consensu cleri procurauerat a papa inhibitionem, ne quis clericorum regem respiceret de bonis ecclesie.

Clerus regia protectione excluditur.

Per idem tempus Comes Atrabatenensis in Wasconia in quodam conflictu uicit Iohannem de S. Iohanne custodem illarum partium, & captiuum misit Parisius cum alijs 8. militibus, & scutiferis nonnullis in pompa triumphi.

Hoc anno auxit rex tributum de lanis, accipiens de quolibet sacco 40. sol. cum prius ultra dimidiam marcam non daretur.

Tributum lanarum augmentum.

Rex congregatis ad consilium Sarum quibusdam regni magnatibus, rogauit ut eorum aliqui in Wasconiam transfretarent. Quibus reuentibus inter utrosque discordia pullulauit. Rex proinde citari fecit omnes, qui debebant sibi
20 seruitium, ceterosque omnes, qui 20. libratas terre & amplius tenebant, ut parati essent Londoniis in festo S. Petri ad vincula, cum equis & armis transfretaturi cum eo, & regis stipendijs militaturi.

Citatio regis seruientium.

Per hoc tempus cardinales de Columna per papam Bonifacium depositi, ad urbem se conferunt Nepefinam, contra quos damnatos tanquam schismaticos & excommunicatos, papa viros bellatores in Italia cruce signauit.

Philippus Francorum rex ingressus Flandriam partem patrie deuastauit. Comes vero Atrabatenensis reuersus de Wasconia, & ingressus Flandriam commisso
30 bello iuxta Furnas, factus est superior, & villam de Furnas cepit.

Flandrensiu afflicto.

Guliel. Walleys latro publicus Scotos ad rebellionem concitauit. Qui factus dux Scotorum, associato sibi Guliel. Douglas, Gul. de Ormesby Iusticiarium apud Scone opprimere cogitabat. Sed ille licet tarde premonitus, suis omnibus penè relictis ad spolia hostium, eorum insidias vix euasit. Gul. ergo Walleys cum suis palam debacchando in Anglicos, quoscunque inuenire potuit trucidauit, de quibus viros religiosos ligatis ad dorsum manibus, coegit saltare in fluuium, eorum submersione in ludibrium conuertendo. Medio tempore rex audiens afflictionem Flandrensiu doluit vehementer. Habensque maxime cordi iter in Flandriam ad iuuandum amicum suum comitem sibi nuper confederatum, totam militiam ultra fluuium de Trent assignauit comiti de Warennæ, ut
40 Scotorum audaciam reprimeret, conatusque fastuosos. Scripsit etiam Ioh. Comyn de Badenam, & comiti de Bowhan, ut memores fidelitatis sue reuerterentur in Scotiam, & populi sui suscitatum iam tumultum sedarent. Qui iuxta regis mandatum reuertentes in Scotiam, quæ pacis erant segniter executi sunt.

Gul. Walleys Scotos ad rebellionem incitat.

Comes de Warennæ profecturus in Scotiam, nepotem suum Henr. de Percy cum militia Carleoli ante se premissit, viditque ultra quendam lacum confedentem Scotorum exercitum. Quorum capitanei erant, episcopus Glasguensis, Andreas de Morima Seneschallus Scotiæ, & Gul. Walleys. Miles autem quidam Rich. de Lundi, qui regi Angliæ nunquam homagium fecerat, relictis Scotis factus
50 transfuga, se statim Anglicis sociauit. Reliqui pacem petentes dederunt se, saluis eis vita & membris, catallis & terris, ita ut omnia usque in hanc diem esset simpliciter condonata. Quam pacem promissis obsidibus, & idem scripto cōfesso admisit Henr. Percy, si tamen hoc regi placeret. Rex super hoc cōsultus, ne a certo impediretur itinere annuit postulatis. Episc. Glasguensis in castro de Rokesburgh, Gul. verò Douglas in castro Berwick custodiæ mancipantur.

Scoti quidam se reddunt.

Parlamentum factum est Londoniis in festo S. Petri ad vincula, in quo Rex

L. j.

rece-

Edwardus i.
parat ire in
Flandriam.

Petitiones
comitum regni.

recepit Archiepiscopum in gratiam suam, omnibus quæ eius erant restitutis eidem, & de exactionibus in regno factis per necessitates guerrarum, se erga populum excusauit. Magnatibus verò, qui tunc aderant, præcepit, ut fidelitatem filio suo facerent, ipsumque regni heredem recognoscerent. Comes Marescallus & Hereforthenensis cum vocarentur ut sua officia transiretando in Flandriam exercerent, se subtraxerunt, & super hoc se per nuncios excusabant. Rex Radulphum de moynhermer militem, quem filia sua Iohanna Comitissa Glouerniæ clam maritum acceperat, in grauem patris offensam, de castro Bristolie fecit educi & uxori suæ reddi, restituendo ei omnes terras spectantes ad comitatum Glouerniæ, imponens eisdem seruicium quinquaginta militum in terram Flandrie. Liberauit etiam de carcere comites de Alceles, & de Menteth & Iohan. Comyn cum quibusdam alijs militibus de Scotia, qui in castro de Dūbar capti fuerunt, ut secum in Flandria militarent. Collecto denique exercitu, Thoma de Berkeley Cōstabulario & Galfrido de Monibilza Marescallo factis, in Flandriam profecturus iter suū dirigit, atque iuxta Winchelseiā ubi portū elegerat confedit, illic viros bellatores aduenturos ad se de diuersis partibus per dies aliquot expectando. Regi adhuc morā facienti apud Winchelsey, venerūt ad eū nuncij ex parte comitū regni, petitiones in scriptis huiusmodi proponētes.

Hæc sunt nocumenta quæ Archiepiscopi, episcopi, abbates, & priores, comites & barones, & tota terræ cōmunitas monstrant domino nostro regi, & humiliter rogant eum, ut ea ad honorē suū & saluationē populi sui, velit corrigere & emendare. In primis videtur toti cōmunitati terræ, quod præmunio facta eis per breue domini nostri regis non erat satis sufficiens, quia non exprimebatur certus locus, quod debebant ire, quia secundū locum oportebat facere prouidentiam & pecunias habere. Et siue deberent seruitiū facere, siue non, quia dictū est cōmuniter, quod dominus noster vult transiret in Flandriam, videtur toti cōmunitati, quod ibi non debent aliquod seruitiū facere, quia nec ipsi, nec prædecessores sui, seu progenitores, vnquā fecerunt seruitiū in terra illa. Et quāuis ita esset, quod deberent ibi seruitiū facere vel alibi, tamen non habent facultatē faciendi, quia nimis afflictī sunt per diuersa tallagia, auxilia, prisas, viz. de frumēto, auenis, braseo, lanis, corijs, bobus, vaccis, carnibus salis sine solutione alicuius denarij, de quibus debuerant se sustentasse.

Præter hæc dicunt, quod auxiliū non possunt facere propter paupertatem in qua sunt, propter tallagia & prisas antedictas, quia vix habent unde se sustentent, & multi sunt qui nullā sustentationē habent, nec terras suas colere possunt. Præter hæc tota cōmunitas sensit se valde grauata, quia non tractantur secundū leges & consuetudines terræ, secundum quas antecessores sui tractari solebant, nec habent libertates quas solebant habere, sed voluntariē excluduntur. Præter hæc cōmunitas terræ se sentit nimis grauata de vectigali Lanarū, quod nimis est onerosum, viz. de quolibet sacco 40. sol. & de lana fracta de quolibet sacco 7. marcas. Nam Lana Angliæ ascendit ferè ad valorē medietatis totius terræ, & vectigal quod eidem soluitur, ascendit ad 5. partem valoris totius terræ. Quia verò cōmunitas optat honorem & salutē domino nostro regi, sicut tenetur velle, nō videtur eis quod sit ad bonū regis, quod transeat in Flandriam, nisi plūs esset assicuratus de Flandrensibus pro se & pro gente sua, & simul cum hoc propter terrā Scotiæ, quæ rebellare incipit, ipso existente in terra, & æstimant quod peius faciēt, cum certificati fuerint, quod rex mare transierit, nec solum pro terra Scotiæ, sed etiam pro terris alijs, quæ nō sunt adhuc modo debito stabilitæ. Rex ad præmissa respondit, se talibus non posse sine suo consilio respondere, cuius pars aliqua iam transiit in Flandriam, pars aliqua Londonijs est relicta. Rogauit ergo per eosdem nuncios præfatos Comites, quod si secum transire nollent, saltem regno suo in sua absentia non nocerent, sperabat autem Deo fauente reuerti, & regnum suum modo debito obtinere. Duodecimo Kalendas Septembris Rex naues ingressus velificauit usque Flandriam, & sexto die sequente applicuit iuxta Scusam, ubi facta dissensione inter Portesmuthenses, & Getuemuthenses ventum est ad pugnam

10

20

30

40

50

nam. Succumbentibus Gernemuthensibus de nauibus eorum 25. incendio consumuntur. Rex verò vt venit ad Brugiam comperit Brugenfes plus inclinatos Gallicis, quàm sibi vel suo domino naturali. Quapropter versus Gandauum dirigit iter suum, vbi dum moraretur orta est discordia apud villam Samonem, inter villanos & Anglicos, qui armati villam ipsam multis interfectis depredati sunt ad magnam displicentiam regis nostri.

Rex Francorum audito aduentu regis Anglorum in Flandriam vehementer consternatus, ad vnius diete spacium se subtrahit.

10 Papa Bonifacius scripsit interim principibus Alemannia, vt regem Romanorum Adolphum qui nuper confederatus fuerat regi Anglia, ne transiret in Flandriam in auxilium regis Anglia, bellis quibus possent inquietarent, & ab inuasionem Gallorum modis omnibus impedirent.

Comites Herefordia & Marescalli cum suis complicitibus inhibuerunt thesaurario & baronibus de Scaccario, ne leuari facerent 8. denarium a populo, qui regi concessus fuerat apud S. Edmundum. Induxerunt insuper ciues Londoniarum, vt pro recuperandis suis libertatibus secum starent.

Rege Anglia in Flandria commorante, locum eius in Anglia tenuit filius suus Edwardus, adhibitis sibi tutoribus viris prouidis & discretis.

20 Eodem anno Adolphus rex Alemannia, qui pactum quod pepigit cum rege Anglia prauaricauerat, orta dissensione inter ipsum & Albertum filium Rudolphi ducis Austria, belloque indicto iuxta Maguntiam corruit sauciatus. Et regnavit idem Albertus pro eo.

Adolphus interfectus.

Exeunte mense Augusto, cum comes Warennæ frustratam vidisset Scotorum promissionem, misit nuncios ad Guliel. Walleys, & Scotos qui cum eo erant, qui inuitarent eos ad pacem, & pro retroactis sponderent impunitatem. Qui responderunt se ad pugnam, non ad pacem venisse. Commisum est ergo bellum iuxta pontem de Striuelin satis inconsulte, in quo plures ex Anglicis sunt perempti. Comes Warennæ custos Scotia fugiens ad Berwicum, commisit custodiam castri de Striuelin, Marmeduco de Twenge, qui inter paucos qui eua-

Bellum inter Scotos & Anglos.

30 ferant se saluauit. Senescallus Scotie & comes de Lewnes videntes Anglorum stragem transfugerunt ad Scotos. Cecidit autem in hoc conflictu Hugo de Cressingham Thesaurarius Scotie, quem Scoti ob odium speciale excoriantes, pellem eius in particulas diuiserunt. Comes Warennæ de Berwico fugit in Angliam ad filium regis Edwardum, post quem fugerunt & ceteri qui in Berwico fuerant, villam Scotis relinquentes vacuam. Custodes autem castri illud tenentes viriliter defenderunt. Cum hæc agerentur a Scotis, suatum est filio regis a consilio suo, vt comites Herefordia & Marescalli vocaret, & si quo modo posset ad pacem alliceret. Qui hanc formam pacis & nullam aliam admittere voluerunt. Viz. quod dominus rex magnam chartam, cum ceteris articulis adiectis, & chartam de foresta annuat & confirmet: & quod nullum auxilium vel vexationem exigat a clero vel populo in posterum, absque consilio & assensu: & quod omnem offensam comitibus & eorum confederatis dimittat. Articuli adiecti ad magnam chartam sunt isti. Nullum tallagium vel auxilium per nos vel heredes nostros de cetero in regno nostro imponatur, seu leuetur sine voluntate & assensu communi, Archiepiscoporum, episcoporum, abbatum & aliorum prelatorum, comitum, baronum, militum, Burgensium & aliorum liberorum hominum. Nullus minister noster, vel heredum nostrorum in regno nostro capiat blada, Lanæ, Coria, aut aliqua alia bona cuiuscunque sine voluntate & assensu illius cuius fuerint. Nihil capiat de cetero nomine vestigialis de sacco Lanæ. Volumus etiam & concedimus pro nobis & heredibus nostris, quod omnes clerici & laici de regno nostro habeant omnes leges, libertates, & omnes consuetudines, ita liberè & integrè, sicut eas aliquo tempore consueuerunt melius pleniusque habere. Et si contra illas, vel quemcunque articulum in presenti charta contentum, statuta fuerint edita per nos vel antecessores nostros, vel consuetudines introductæ, volumus & concedimus, quod huiusmodi statuta vacua sunt & nulla in perpetuum. Remisimus etiam

Articuli pacis inter regem & proceres.

40 Humfrido de Boun Comiti Herefordia & Essexia, Constabulario Anglia, L. ij.

Rober-

Roberto Bigod comiti Northfolciæ, Mareſcallo Angliæ, & alijs comitibus, baronibus, militibus, armigeris, Iohanni de Ferrarijs ac omnibus alijs de eorum ſocietate, cōfederatione & concordia exiſtentibus, nec non omnibus viginti libratis terrarum tenentibus in regno noſtro ſiue de nobis, ſiue de aliquo quocunq; in capite, qui ad tranſfretandum nobiſcum in Flandriam certo die notato vocati fuerunt, & non venerunt, rancorem noſtrum & malam voluntatem, quam ex cauſis prædictis erga eos habuimus, & tranſgreſſiones ſi quas nobis vel noſtris fecerint uſque ad præſentis chartæ confectionem. Et ad maiorem ſecuritatem huius rei, volumus & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quòd omnes Archiepiſcopi Angliæ & epiſcopi in perpetuum in ſuis cathedralibus eccleſijs, habita præſenti charta & lecta excommunicent publicè, & in ſingulis eccleſijs ſuarum diœceſium excommunicari faciant, ſe excommunicatos denunciare bis in anno omnes, qui contra tenorem præſentis chartæ vim & effectum in quocunq; articulo ſcienter fecerint, aut fieri procurauerint quouifmodo.

Subſidium.

Miſſis ergo in Flandriam nuncijs ad ipſum regem, confirmationem omnium iſtorum ſub ſigillo ſuo tanquam ab illo qui in arcto poſitus erat, & cedendum malitiæ temporis obtinuerunt. Pro confirmatione harum rerum omnium dedit populus Anglicanus regi denarium nonum bonorum ſuorum. Clerus verò Cantuarienſis decimum, & clerus Eboracenſis quintum, quia propior damno fuit.

Papa mediator inter reges.

Anno 1298. tenuit rex Edwardus feſtum natalis in Flandria apud Gandauum. Ad quem venerunt ex parte Papæ nuncijs rogantes eum ſub eadem forma, qua antè ex parte Papæ rogauerant regem Franciæ, vt nuncios ſolemnes ad Curiam Romanam, conceſſa eis plena poteſtate tractandi, ordinandi, & perficiendi omnia quæ pacis reformationem tangerent, deſtinaret, & ipſe apoſtolicus non tanquam iudex, ſed vt bonus pacis mediator in nullius præiudicium ſatageret ad pacem & tranquillitatem regnorum, regum amicitiam in ſtatum priſtinum reformare. Et quia hoc abſq; treugis fieri non poſſe iudicauit ſummus pontifex, ideo per hos nuncios biennales inducias, quas per Cardinales implorauerat, indixit de nouo ſub pæna excommunicationis, & interdicti terrarum ſuarum.

Nuncijs ad papam de pace.

Rex Angliæ perpendens ſe in Flandria periculoſè commorantem, illucq; per informationem comitis Flandriæ minùs prudenter attractum, regnūq; proprium inſteſtina ſeditione turbatum, fiduciamq; ſuam de rege Romanorū per Papam ſibi minus beneuolum regnum Teutonię turbantem fruſtratam, conſenſit in treugas indiſtas. Tranſmittunt ergo reges utriq; ſolemnes nuncios cum plena poteſtate ad Romanam curiam, vt per mediationem apoſtolicam, nō tanquam iudicis ſed amicabilis compoſitoris diſcuſſis negotijs, pax inter reges & concordia reformaretur.

Post hæc apud Gandauum ſuſcitata eſt ſeditio per filios comitis Flandrię & villanos contra Anglicos, quorum villa per Wallenſes incenſa fuiſſet, niſi rex accurrente ad eum comite, concitatum impetum impediſſet.

Eo tempore Comes Warennæ cuſtos Scotiæ, ac comites alij iuxta mandatum regium apud Eboracum conuenientes, publicata confirmatione chartarum articuloꝝq; adiectorum verſus Scotiam proceſſerunt. Maiores Scotorum Eboracum non venientes ſecundum vocationem regiam ſe intra terrę ſuę terminos tenuerunt.

Gulielmus Walleys Caſtrum de Rokeſburia iam multis diebus obſederat, ſed audito aduentu Anglorum diſſugit. Comites verò regni peruenientes Rokeſburgiam muniſo caſtro, & conſolatis obſeſſis, audierunt de treugis acceptis inter reges, & literas acceperunt a rege de reditu ſuo, iubentes ne ante aduentum ſuum aliquid in Scotia attemptarent, per quod poſſent diſcrimen incurrere quouis modo.

Rex Angliæ reuerſurus ad propria, cum veniſſet ad villam vocatam Ardeburgia, Scoti ferè cuncti quos ſecum in Flandriam duxerat, ab ipſo decedentes

tes Parisius abierunt. Cumq; rex venisset in Angliam, misit ad regem Francorum pro liberatione captiuorum iuxta formam conditam. Conuenerat nempe inter eos, vt captiui interim taxata eorum redēptione liberentur, hinc inde ea conditione, vt si pax non fuerit, redirent ad suas custodias, vel redemptionem soluerent iam taxatam. Rex verò Francorum exigit a nuncijs liberationem Iohannis quondam regis Scotiæ, qui de suis fuerat, vt asseruit, alligatis. Rex Angliæ respondit conuentionem tantum de illis captiuis factam, qui in terra Walconia capti fuerant, hinc & inde, quapropter dilata est in annu sequentem liberatio captiuorum.

10 Rex Edwardus ad reprimendum Scotorum rebelliones parliamentum tenuit Eboraci, vocatisq; Scotorum maioribus cum non venirent, indixit suis vt cum equis & armis parati essent Rokeburgiæ in festo S. Iohannis Baptiste.

Tempore præfixo affuit rex paratus ad proficiscendum, profectusq; est cum exercitu ad quandam villam vocatam Temple historie, vbi dum moraretur, Scotorum exercitus putans Anglos confectos inedia venit prope locū. Quod rex prænosens, processit Scotis obuiam, & nocte iam cæca in quadam campi planicie cum armato confedit exercitu. In aurora clamor factus est horribilis, tanquam Scoti castra regia occupassent. Regis dextrarius tumultuoso actus clamore, regem iam ascendētem recalcitrando deiecit, eiusq; lateri calces posteriores allidens, duas ei costas confregit. Qui nihilominus ascendens equū,

20 alium exercitum progredientem ad bellum comitari non omisit. In die beatae Mariæ Magdalena commisso inter Anglos & Scotos cruentissimo bello, Scoti terga dedere, occisis ex eis 60. millibus ea die.

Gulielmus Walleys & maiores Scotiæ ab isto discrimine ad nemora confugerunt. Post hæc vastata est villa S. Andreae per Anglos, & captum castrum de Loughmaban. Cum autem venisset rex Carleolum, Comites Herefordiæ, & Marefcalli, licentia accepta ad propria redierunt. Rex verò reuertendo peruenit ad Coldingham, vbi festum natalis domini expectauit.

30 Hoc anno Albertus dux Austriæ contra Adulphum regem Romanorum dimicans ipsum interfecit in campo, & sibi successit in regem solemniter coronatus.

Petrus & Iacobus de Columna quondam Cardinales ab exercitu Papæ Preneeste obsessi, tandem se humiliant, & venientes ad papam, veniam postulant de commissis.

Anno 1299. Papa Bonifacius receptis regum submissionibus, pacem & concordiam inter reges ordinauit, ita vt rex Angliæ sororem, & filius eius, filiam regis Francorum ducerent, certis pro vtriusq; dotibus definitis. Et ducatus Aquitaniæ in manus domini Papæ traderetur, quousq; discussa vtriusq; iusticia iusto domino redderetur. Et quod rex Angliæ naues superstites cum mercibus de illis quæ raptæ fuerant, restitueret. Sed super hijs duobus articulis intercedit magna dilatio, rege Francorum partem quam in Walconia occupauerat, tradere renuente.

40 Petrus & Iacobus de Columna timentes iterum fugiunt, & toto tempore Bonifacij Papæ se occultant.

In principio quadragesimæ rex Edw. tenuit parliamentum Londonijs. In quo rogatus a comitibus sæpeditis vt chartarum confirmationem renouaret, secundum quod in Scotia promiserat, post aliquas dilationes, annuit eorū petitioni, hac conditione, saluo iure coronæ nostræ, in fine adiecta. Quā cum audissent comites cum displicentia ad propria recesserunt. Sed reuocatis ipsis ad quindenam Paschæ, ad vota eorum absolutè omnia sunt concessa.

50 Nuncij papales venere Cantuariam regem rogantes, vt Iohannem quondam regem Scotiæ suæ liberaret custodie, spondentes quod regem & regnum, ab omni quod per hanc posset contingere liberationem periculo præseruaret. Quorum petitioni rex condescendens respondit, se ipsum Iohannem tanquā seductorem, falsum & periurum ad Papam missurum. Ad quæ nuncij responderunt: Et nos eum pro tali suscipimus summo pontifici præsentandū. Cumq;

L.ijj.

dictus

*Parliamentum
Eboraci.*

*Regis dua costa
fracta.*

Scotorum cades.

*Cardinales hu-
miliant se.*

*Pax inter reges
per papam fac-
ta.*

*Iohannes papa
mittitur.*

*Scotorum regis
cista aperitur.*

dictus Iohannes cum præfatis nuncijs venisset Douerniam, & cistæ suæ in na-
uem inferrentur, quidam regales qui eos ad mare deduxerant, clitellas dicti
Iohannis aperiri fecerunt, in quibus inuenta est vna corona regia regni Scoto-
rum aurea, & multa vasa aurea & argentea & pecuniæ non parua summa, quæ
vniuersa regi Angliæ sunt allata. Rex illicò coronam auream offerri iussit bea-
to Thomæ martyri, & sigillum commune Scotiæ quod repertum est ibidem in-
ter cætera, iussit sibi met reseruari, pecuniam verò totam remisit dicto Iohanni
ad expensas itineris. Quod factum nuncij plurimùm commendarunt. Iohan-
nem verò in terram Balioli quam habuit in regno Franciæ transtulerunt, & ibi-
dem sub certa prælatorum custodia reliquerunt. Post hæc & alij captiui a re-
gibus detenti hinc inde, secundùm condiciones in treugarum possessione posi-
tas liberantur. Rex Angliæ sororem regis Franciæ Margaretâ Cantuariæ duxit
uxorem. Hijs nuptijs interfuere, dux Burgundiæ, comes Britannia, & cuncti
ferè principes nominati, qui citra Hispaniam morabantur. Cantuariensis Ar-
chiepiscopus solemnitatem matrimonij consummauit.

*Rex Edwardus
ducit uxorem.*

Rex venit ad S. Albanum petens humiliter orationes & suffragia fratrum illi-
us loci. Post eius recessum accessit regina ad monasterium, & obtulit duos pã-
nos aureos beato Albano, vbi etiam perhendinauit per tres hebdomadas cum
familia magna nimis. Ante recessum suum ingressa capitulum, suscepit beneficiũ
sororitis cum magna deuotione.

Edmundi mors.

Anno 1300. obiit sine prole Edmundus comes Cornubiæ, filius Richardi
quondam comitis Cornubiæ & regis Alemanniæ. Qua de causa redijt comita-
tus ille ad coronam. Corpus Edmundi comitis apud Asscherugge, locũ quem
fundauerat est humatum.

*Scotis papa pe-
sona treuga
data.*

Rex Angliæ direxit ad papam nuncios, qui declararent iniurias sibi irroga-
tas per Scotos, & eorum fallitatem manifestarent, insuper & eundem deprecæ-
rentur, ne Scotis mendacij fabricatoribus, proditoribus, & homicidis de cæ-
tero sinum apperiret protectionis, quorum fraudulenta persuasio papalem so-
licitudinem circumuenerat. Sed papa cuius stomachus a corruptione Scoto-
rum non dum digestus fuerat, regi supplicat, nec non & mandat, vt sui cõtem-
platione, Scotis treugas indulgeat a die omnium sanctorum vsq; ad festũ Pen-
tecostes, & factum est ita.

*Papa nuncius
eodere Francia
iubetur.*

Anno 1301. natus est regi filius ex Margareta regina quem vocauit Ed-
mundum. Appamiensis episcopus de conspiratione contra regem Franciæ
accusatus, & ad curiam regis vocatus in custodia detinetur. Mense verò Fe-
bruario ad mandatum papæ liberatus, iubetur vnâ cum nuncio domini papæ,
regnum euacuare infra certum terminũ a rege præfixum. Quo facto papa sic
exasperatus est, vt omnes gratias a se vel suis prædecessoribus concessas Fran-
corum regibus reuocaret, & in eundem regem excommunicationis sententiã
fulminaret. Quam tamen regi nemo ausus est nuntiare, vel in regno Franciæ
publicare. Fecit etiam papa citari cunctos prælatos de regno Franciæ, nec non
& omnes magistros in Theologia, & in iure tam canonico quàm ciuili docto-
res, vt coram eo Romæ in Kalendis Nouembris comparerent. Rex verò Fran-
ciæ publico prohibuit edicto, ne quis aurum vel argentum, seu merces quas-
cunque asportaret de regno suo, sub forissactione omnium bonorum, adiecta
nihilominus pœna graui. Misitq; domino papæ nũcium dictum Petrũ de flote,
qui mandata regis constantissimè coram papa prosequeretur, de cuius auda-
cia papa exasperatus dicto Petro respondit: Nos habemus, inquit, vtramq; po-
testatem. Et illicò Petrus pro suo domino respondit: Vtiq; domine, sed vestra
est verbalis, nostra autem realis. Quo responso tantũ excanduit ira papæ, vt di-
ceret se mouere contra eum cœlum & terram.

*Papa gladius
verbalis.*

Parliamētum

Rex Angliæ tenuit parliamētũ Staunfordiæ, ad quod conuenerunt comi-
tes & barones cum equis & armis, eo proposito, prout dicebatur, vt executi-
onem chartæ de foresta, dilatam hætenus extorquerent. Rex verò eorũ volun-
tati in omnibus condescendit.

Eodem anno Papa direxit literas regi Angliæ, quibus asseruit regnum Scot-
tiæ

tiæ ad ius Romanæ ecclesiæ pertinere, regemq; Angliæ subiectionem eius contra deum & iusticiam, & in præiudicium sedis apostolicæ vendicare, allegans subscriptas ratiunculas. Primò, quia cum rex Henricus pater istius obtinuisset auxilium in terra sua contra Simonem de monte forti a rege Scotorum Alexandro, ne hoc auxilium iure subiectionis cuiuslibet aut debiti petitem, aut præstitum putaretur, idem Henricus per literas suas patentes recognouit non ex debito recepisse, sed ex gratia speciali. Item ad coronationem huius regis vocatus per literas, ut ei præsentiam amicabilem in tantis solemnibus amicus exhiberet, non venit ex debito sed ex gratia speciali. Insuper pro terris de Tyn dale & Penreth in regno Angliæ positis, cum rex Scotiæ ad præsentiam regis Angliæ se personaliter contulisset, eidem fidelitatem impensurus pro eisdem terris tantum in Anglia sitis, non ut rex Scotiæ, nec pro regno Scotiæ fidelitatem eandem exhibuit, quia palam coram populo protestatum est, quod pro regno Scotiæ fidelitatem aliquam regi Angliæ facere non debebat. Item quod prædictus rex Alexander reliquit puellam heredem nomine Margaretam nepotem regis Angliæ tunc minoris ætatis, cuius custodia non ad regem Angliæ velut dominum supremum peruenit: sed ad cæteros eiusdem regni Scotiæ proceres ad hoc electos. Redarguebat etiam papa regem, eo quod post mortem d. & i. Alexandri regis, Scotos tanquam Acephalos & ducis suffragium non habentes, ipsos per vim sibi subiugauit & metum, in præiudicium & grauamen non modicum Romanæ ecclesiæ, adiiciens, quod cum dominus Papa officium legationis alicui committit exequendum in regno Angliæ, causa solutionis decimæ, vel etiam quauis alia causa rationabili, & huiusmodi legatio literis & priuilegio speciali dictæ sedis apostolicæ ad dictum regnum Scotiæ se non extendat, resistendum est & obstandum huiusmodi legationi prout tempore felicis recordationis contigit euidenter. Nam legatus iste ad prædictum regnum Scotiæ aliquatenus admissus non fuit, donec per literas apostolicas speciales, sibi legationis officium fuit in eodem commissum. Item addidit, quod regnum per beati Petri apostoli venerandas reliquias, non sine superni dono muneris conuersum exitit ad fidei Catholicæ unitatem. Et qualiter etiã antiquis temporibus Eboracensis Archiepiscopus qui tunc erat, mota per eum super iure metropolitano aduersus prælatos Scotiæ quæstione, pro se nequiuisset sententiam obtinere.

Hij propositis monuit papa regem per literas suas quod episcopos, abbates, electos, & omnes alios regni Scotiæ, quos detinebat captiuos in carcere, liberè abire permetteret. Et quod officiales suos de regno Scotiæ memorato reuocaret, quos in præiudicium & iniuriam, & graue scandalum fidelium populorum, & oppressionem iustorum, in dicto regno statuerat, & ordinauerat, ita quod acceptior & gratior fieret Deo, & fauorem apostolicæ sedis in hoc sibi acquireret plenius. Et si in eodem regno Scotiæ vel aliqua eius parte, ius aliquod habere se assereret, per procuratores & nuncios suos ad hoc specialiter constitutos, cum omnibus iuribus & munimentis huiusmodi negotiū tangentibus, ad sedem apostolicam destinarer, super præmissis plenè complementum iusticiæ recepturus.

Rex Angliæ literis Apostolicis ex deliberato apud Lincolniam conuocato consilio, pro iure suo declarando, literam huius tenoris rescripsit centum sigillis signatam. Sanctissimo in Christo patri domino B. diuina prouidentia S. Romanæ ecclesiæ summo pontifici, Edw. dei gratia rex Angliæ, dominus Hybernæ, dux Aquitaniæ, salutem & deuota pedum oscula beatorum. Infra scripta non in forma, nec in figura iudicii, sed omnino extra iudicium proferenda, sanctæ paternitatis vestræ conscientiam vobis transmisimus exhibenda.

Altissimus inspector cordium vestre serinio memoriæ indelebili stilo nouit inscribi, quod antecessores & progenitores nostri reges Angliæ, iuris superioris & directi domini ab antiquissimis retrò temporibus regno Scotiæ, & omnibus ipsius regibus in temporalibus, & annexis eisdem pro regno Scotiæ, & eiusdem proceribus a quibus habere volebant, legalia homagia receperunt,

L.iiiij,

&

*Rationes papa
cur Scotia non
spectet ad re-
gem Angliæ.*

*Pater
Litera regis ad
papam de iure
suo in Scotiam.*

nibus ipsius regibus in temporalibus & annexis eisdem præfuerunt, & ab eisdem pro regno Scotiae & eiusdem proceribus a quibus habere volebant, legalia homagia receperunt, & fidelitatis debita iuramenta. Nos iuris & domini possessionem continuantes pro tempore nostro, eadem tam a rege recipimus, quam a proceribus ipsius regni. Quinimò tanta iuris & domini prærogatiua super regnum & eiusdem regem gaudebant, quòd regnum ipsum suis fidelibus conferebant. Reges etiam ex iustis causis amoueant, & constituebant sub se loco ipsorum alios regnatos, quæ proculdubio notoria fuisse, & esse creduntur apud omnes, licet aliud forsan paternis vestris auribus per pacis æmulos, & rebellionis filios fuerit falsa insinuatione suggestum. A quorum machinosis & imaginarijs figmentis, ut vestrae sanctitatis oculus auertatur suppliciter quæsumus, & paternam clementiam & excellentiam deuotis affectibus exoramus. Sub temporibus Hely & Samuelis prophetae vir quidam strenuus & insignis Brutus nomine, de genere Troianorum post excidium urbis Troiae cum multis nobilibus Troianorum applicuit in quandam insulam tunc Albion appellatam, quæ tunc temporis solos gigantes habitatores habuit. Quibus deuictis & occisis eam de nomine suo Britanniam, sociosque suos Britones appellauit. Qui moriturus regnum suum tribus filiis suis delegauit. Locrino primo, genito, dedit illam partem quæ quondam Loegria, nunc verò Anglia nominatur. Albanaeto filio natu secundo, dedit Albaniam, quæ nunc Scotia vocatur, Cambro verò tertio filio dedit Cambriam, quæ modo Wallia nomen habet, reseruata Locrino seniori regia dignitate. Biennio post mortem Bruti applicuit in Albania rex Hunorum Humber nomine, qui Albanaetum fratrem Locrini peremit. Quem mox Locrinus fugere compulit ad fluuium in quo submersus est, qui ab eius prænomine nunc usque Humber dicitur. Et sic Albania deuoluitur ad Locrinum. Ex post Dunwallus rex Britonum, Staterium regem Scotiae sibi rebellem occidit, & terram in deditionem accepit. Item duo filij Dunwallonis siue Dunwalli, scilicet Belinus & Brennius inter se regnum patris sui diuiserunt, ita quòd Belinus senior, diademam insule cum Britannia, Wallia & Cornubia possedit. Brennius verò accepit Scotiam sub eo regnaturus. Item Arthurus rex Britonum famosissimus, Scotiam sibi rebellem subiecit, & ferè totam gentem deleuit. Et ex post quendam nomine Anguselum præfecit in regem Scotiae, qui in famoso suo conuiuio apud urbem legionum celebrato, seruiciu pro regno suo exhibens debitum, gladium Arthuri detulit coram eo, & successiue omnes reges Scotiae regibus Britonum subiecti fuere. Succedentes autem reges Angliæ in eadem insula, ipsius monarchiam & dominium possedere. Edwardus dictus senior, filius Alfredi regis Angliæ, Scotorum, Cumborum & Stregwallorum reges tanquam superiori domino subiectos habuit & submissos. Ethelstanus rex Angliæ Constantinum regem Scotorum sub se regnaturum constituit, dicens gloriosius esse regem facere, quam regem esse. Et est dignum memoria, quod idem Adelstanus interdicens S. Iohanne de Beuerlaco quondam Archiepiscopo Eborum, Scotos rebellantes ei deuicit. Qui gratias agens deo beatoque Iohanni deprecatus est, ut interueniente beato Iohanne præfato ei aliquod signum euident ostenderetur, per quod tam succedentes quam præsentis cognoscere possent, Scotos Anglorum regno iure debere subijci. Et videns quosdam scopulos prope Dunbar in Scotia, extracto gladio percussit prominentiorem scopulū. Et mox silex ictu mucronis, virtute dei ita canata fuit, ut mensuram vlnæ in longitudine contineret. Quod miraculum velut omni hebdomada per totum annum in legenda S. Iohannis in reigestæ memoriam recitatur, quando seruiciu sit de S. Iohanne in Beuerlacenſi ecclesia.

Item Constantinus rex Scotorum, & Eugenius rex Cumborum ad prædictum regem Angliæ Ethelstanum, post aliquam dissentionem inter eos habitam venientes, se cum suis regnis Ethelstano dedit, cuius facti gratia filium Constantini ipse Ethelstanus de sacro fonte suscepit.

Item Edredo regi Angliæ Scoti sine bello se subdiderunt, & eidem regi Edredo tanquam domino fidelitatem iurauerunt, quodam Iricio rege super eos con-

*Brutus rex.**Locrinus.**Albanaetum.
Cambro.**Dunwallus.**Belinus.**Arthurus.**Edwardus.**Ethelstanus.**Ioh. de Beuer-
laco miraculum.**Edredo.*

10

20

30

40

50

constituto. Item cum Edgarus rex Angliæ regem Scotorum Kinadium & Cum-
 brorum Malcolinum, regem insularum Malkerium, & alios quinque subregulos, scilicet
 Dunenaldum, Syfoth, Hunewaldum, Jacob & Inchillum subiugasset, & remigā-
 do per fluvium Dee iuxta Cestriam in quadam die prope proram sedisset, & na-
 vim ipsemet gubernasset, fertur ipsum dixisse, successores suos posse gloriari se
 reges Anglorum esse, cum tanta honoris prerogativa fruerentur, quod subiectam
 haberent tot regum potentiam. Post dictum Edgarum regnaverunt successivè re-
 ges Angliæ. S. Edwardus martir, Egelredus frater eius, Edmundus dictus Yren-
 lide filius Egelredi, & Cnutus, qui eorum temporibus regnum Scotiæ in sua sub-
 10 iectione pacificè tenuerunt. Hoc duntaxat excepto, quod 15. anno Cnuti præ-
 dicti, idem Cnutus Scotiam rebellantem expeditione illuc ducta regem Scotiæ
 Malcolinum parvo subegit negotio, subditusque est eidem præfatus Malcolinus.
 Cui Haraldus filius eiusdem Cnuti, & Hardecnutus frater eius, unus post aliū
 reges Angliæ successerunt, quibus sic regnantibus subiectionem pacificam re-
 gni Scotiæ habuerunt. Item S. Edwardus rex Angliæ regnum Scotiæ Malcolino
 filio regis Cumbriorum dedit de se tenendum. Item Gul. Bastardus rex Angliæ
 a Malcolino rege Scotiæ tanquam a suo homine sibi subdito recepit homagiū.
 Item Guliel. Rufus regi Angliæ Malcolinus rex Scotorum iuramento fidelita-
 tis subiectus fuit. Item prædictus Gul. Dunwaldum de regno Scotiæ, ex iustis
 20 causis amovit, & Duncanum filium Malcolini regno Scotiæ præfecit, & recepit
 ab eo fidelitatem & iuramentum. Dictoquoque Duncano dolose perempto, dictus
 rex præfatus Dunwaldum qui iterum regnum Scotiæ inuaserat, amovit ab eo-
 dem, & Edgarum filium dicti Malcolini regem Scotiæ constituit, & regnum illud
 donavit eidem. Cui successit Alexander frater Edgari consensu regis Angliæ
 Henr. 1. fratris dicti regis Gul. Rufi. Item Matildi Imperatrici, filia & hæredi
 regis Henrici prædicti, David rex Scotiæ fecit homagiū. Item regi Angliæ Ste-
 phano, Henr. filius dicti regis David homagium fecit. Item rex Scotorum Gul.
 pro regno Scotiæ, & David frater eius, & comites & barones regni Scotiæ, de-
 30 uenerunt homines regis Henr. filij regis Angliæ Henr. 2. in crastino coronati-
 onis prædicti Henrici, filij regis Angliæ Henrici 2. patre vivente, etiam fide-
 litatem ei iuraverunt contra omnes homines, salva fidelitate patri viventi.
 Anno verò 20. regni regis Henrici prædicti 2. prædictus Guliel. rex Scotiæ re-
 bellare incipiens, venit in Northumbriam cum exercitu magno, & exercuit in
 populo stragem magnam. Cui occurrentes milites comitatus Ebor. ipsi ce-
 perunt, & dicto Henrico regi Angliæ reddiderunt. Anno sequenti 15. Kalend.
 Martij, idem rex Guliel. permissus est liberè abire. Et eodem anno 17. Kalend.
 Septembris, idem Gul. rex Scotorum de consensu prælatorum, comitum & ba-
 ronum, procerum, & aliorum magnatum regni Scotiæ domino suo Henrico regi
 Angliæ filio Matildis imperatricis suis literis patetibus causis noscitur, quod
 40 ipse, & hæredes & successores sui reges Scotiæ, episcopi & abbates, priores, co-
 mites, & barones & alij homines regni Scotiæ, de quibus dominus rex Henri-
 cus habere voluerit, facient domino regi homagium, fidelitatem, & ligeamien-
 tum, & ut ligeo domino suo contra omnem hominem obediant. Et in signum
 subiectionis capellam suam, & Sellam atque lanceam, super altare beati Petri E-
 borum obtulit. Quæ in eadem ecclesia usque in hodiernum diem remanent &
 servantur. Item episcopi, comites, & barones regni Scotiæ conveniunt, ut
 verbis utamur huiusmodi conventionis, domino regi Angliæ, et Henrico fi-
 lio eius prædictis, quod si rex Scotiæ aliquo casu a fidelitate regis Angliæ & co-
 50 ventione prædicta recederet, ipsi cum rege Angliæ tenebunt, sicut cum ligeo
 domino suo contra regem Scotiæ, quousque ad fidelitatem regis Angliæ redeat.
 Quam quidem compositionem, felicis recordationis Gregorius papa quin-
 tus in diversis rescriptis, regibus Angliæ & Scotiæ directis, mandavit firmiter
 observari, continentibus etiam quod Gulielmus & Alexander reges Scotiæ,
 regibus Angliæ Henrico, & Henrico, ligeum homagium & fidelitatem face-
 rent quæ tenentur successoribus eorum, comitibus & baronibus regni ipsius,
 sibi & successoribus suis exhibere. Et ite, quod cum idem rex Scotiæ homo ligeus
 sit ipsius Henrici regis Angliæ, & eidem præstiterit fidelitatis iuramentum ad

Edgarus.

S. Edwardus
rex & martir,
Egelredus,
Edmundus,
Cnutus.Haraldus,
Hardecnutus,
S. Edmundus
confessor,
Gul. Conquestor,
Gul. Rufus.Henricus 1.
Matilda imp.
Stephanus.

Henricus 2.

Signum subie-
ctionis regis
Scotiæ.

Gregor. papa 5.

M. j.

quod

quod se principaliter altringit, in ipsius regis & regni Anglię detrimentum, nihil debeat penitus attemptare. Et papa Clemens scribens regi Anglię pro Iohanne episcopo S. Andreę expulso ab episcopatu suo per regem Scotię, inter cetera rogabat, quod Gul. regem Scotię moneret & induceret, & si necesse foret districtione regali, qua ei pręminebat, & de concessa suę regię celsitudini potestate compelleret, vt dicto episcopo omnem rancorem remitteret, & Episcopatum suum in pace habere permetteret. Et pręter conventionę prędictam in ecclesia beati Petri Eborum, coram prędictis regibus Anglię & Scotię, Dauide fratre suo & vniuerso populo, comitib⁹, & baronibus, milites de terra regis Scotię, iurauerunt regi Anglię Henrico, & Henrico filio suo, & heredibus eorum fidelitatem contra omnem hominem, sicut Ligeis dominis suis. Et idē Guliel. rex Scotię ad mandatum regis prędicti venit apud Northamptonā, ad parlamentum domini sui adducens secum omnes episcopos, abbates & priores totius regni sui. Venit etiam ad eiusdem regis mandatum in Normanniā. Et idem Guliel. rex post decessum regis Henrici veniens Cantuariam, regi Anglię Richardo filio & heredi dicti Henrici fecit homagium. Quo Richardo defuncto sępēdictus Guliel. Iohanni regi Anglię fratri & heredi dicti Richardi, extra ciuitatem Lincolnīę super quendam montem in conspectu omnis populi fecit homagium, & iuramentum fidelitatis super crucem Cantuariensis Archiepiscopi Huberti, & eidem domino suo per chartā suam concessit, quod Alexandrum filium suum, sicut hominem ligeum suum maritaret, promittendo firmiter in charta eadem, quod idem Gulielmus rex Scotię, & Alexander filius suus Henrico filio Iohannis regis Anglię tanquam ligeo domino suo cōtra omnes homines mortales fidem & fidelitatem tenerent. A quo quidem Guliel. rege Scotię postmodum, pro eo quod desponsauerat Comiti Bolonię pręter regis Iohannis domini sui assensum, pro transgressionē & temerariā pręsumptione huiusmodi debitam satisfactionem suscepit. Item Alexander rex Scotię sororius noster regi Anglię patri nostro, pro regno Scotię, & postea nobis fecit homagium. Vacante deinde regno Scotię per mortem Alexandri regis illius, & subsequenter per mortem Margaretę eiusdem Scotię reginę, & domine, pro neptis nostrę, episcopi, abbates, priores, comites & barones, & ceteri nobiles, & communitates totius regni Scotię ad nos tanquam ad defensionem, ducem, aurigam, capitaneum, & dominum capitaleni eiusdem regni sic vacantis, gratis & spontanea voluntate accedentes, prout tenebantur de iure, ius nostrum progenitorum & antecessorum nostrorum, ac possessionem superioris ac directi dominij in regno eodem, & ipsius regni subiectionem, ex certa scientia purę, & simpliciter, & absolutę recognouerunt, & pręstitis ab eis nobis tanquam superiori & directo domino Scotię debitis & consuetis fidelitatis iuramentis, ac ciuitatibus, burgis, villis, castris & ceteris mansionibus eiusdem regni in manu nostra traditis, ad custodiam eiusdem regni, certos de iure nostro regio officiales & ministros deputauimus, quibus ipsi tempore vacationis huius fuerant concorditer obedientes, & intendentes regiis nostris pręceptis & mandatis. Postmodum autem diuersę personę super successionē in dictum regnum Scotię iure hereditario inter se contententes, ad nos tanquam ad superiorem dominum regni Scotię accesserunt, petentes, super successionē regni prędicti sibi per nos exhiberi iusticię complementum. Volentes & expressę consentientes coram nobis tanquam superiore & directo domino, in omnibus ordinandis stare & obtemperare. Ac demū sententialiter propositis & sufficienter auditis, rimatis, examinatis ac diligenter intellectis partium iuribus, finaliter in pręsentia omniū pręlatorū & nobilium, quasi totius regni Scotię, & de voluntate & assensu expresso eorundē procedētes, Ioh. de Baliolo debite pręfecimus in regē Scotorū, quem tunc in successionē eiusdē regni heredis iura inuenimus habere potiora. Qui quidē pręlati, comites & barones, communitates ac ceteri regni ipsius incolę, sententiam nostram acceptauerunt, approbauerunt, & ipsum Iohan. de mādato nostro, virtute huius iudicij in regem suum admiserunt. Ac idem Ioh. rex Scotię pro regno suo prędicto, nobis homagium debitum & cōsuetum fecit, & fidelitatis iuramentum pręstitit,

& ex tunc, tam in parliamentis quam consilijs nostris tanquā subditus noster
 alius de regno interfuit, & nostri tanquam domini sui superioris beneplacitis
 & mandatis in omnibus obediens & intendens extitit, quousq; idem Iohan-
 nes rex Scotiæ, & prælati, Comites & barones, nobiles, communitates & cete-
 ri incolæ, maiores eiusdem regni ex præconcepta malitia, & prælocuta, ac præ-
 ordinata prodicione, cōmunicato consilio cum tunc inimicis nostris capitali-
 bus & notorijs amicitias copularunt, ac pactiones, conspirationes & coniura-
 tiones in exheredationē nostram, & hæredum nostrorum, ac regni nostri con-
 tra debitum homagium in erimen læsæ maiestatis nequiter incidendo, fidelit-
 10 tatis infamentum inierunt cum eisdem. Verum cum præmissa relatio & fama
 publica ad aures nostras denenissent, volentes futuris periculis precauere, quæ
 ex hijs & alijs possent nobis, regno nostro, & regni nostri incolis verisimiliter
 prouenire, pro assecuratione regni nostri accessimus ad consiliū regni vtrius-
 que pluriēs mandantes eidem Ioh. tunc regi Scotiæ, vt ad certa loca in consi-
 lio prædicto ad nos accederet, super præmissis & alijs assecurationis, statum,
 tranquillitatē & pacem regni vtriusq; contingentibus tractaturus. Qui spretis
 mandatis nostris, in sua persistens perfidia ad bellicos apparatus, cum episco-
 20 pis & prælati, comitibus & baronibus regni Scotiæ, ac etiam alijs exteris cō-
 ductitijs, contra nos, regnum nostrum, & regni nostri incolas hostiliter se con-
 uertens, accinxit, & ad hostiles aggressus & incursus procedens regnū nostrū
 inuasit, & quāsdā villas regni nostri Angliæ, per se & suos deprædatus est, easq;
 vastauit incendio, homines nostros interfecit, & nonnullis hautis nostris per
 eos peremptis, naues hominum nostrorū regni Angliæ comburi fecit, & vesti-
 gio aggredi, redditq; nobis homagio & fidelitate tam pro se, quā alijs qui-
 buscunque regni sui incolis per literas eiusdem regis, verba offensionū expri-
 mētes, & inter alia verba diffidationis continentes. Comitatus nostros Nor-
 30 thumbriæ, Cūmbriæ, & Westmerlandiæ regni nostri Angliæ, congregato exer-
 citu ingenti, hostiliter per se & suos inuasit, stragem innumeram hominū no-
 strorum, incendia monasteriorū, ecclesiarum & villarū inhumanē perpetrādo,
 & patriam vndiq; depopulando, infantes in cunabilis, mulieres in puerperio
 decubantes gladio trucidarunt, & quod auditu horrendū est, a nonnullis mu-
 lieribus mamillas atrociter absciderunt, paruos clericulos primam tonsuram
 habentes, & Grammaticam addiscentes, ad numerū circiter ducentorum in
 scholis existentes, obstructis ostijs scholarū igne supposito cremauerunt. Nos
 quoque cernentes tot damna, opprobria, facinora & iniurias, in exheredatio-
 nem nostrā, & destructionem populi nostri prodicionaliter irrogari, nec valē-
 tes ratione iuramēti, quo ad conseruationem iuriū coronæ regni nostri sumus
 astricti, præmissa facinora vltius conclare, nec nostra relinquere indefensa,
 cum per leges ipsum Iohannē tunc regem Scotiæ, gentemq; suam nobis subdi-
 40 tā iustificare nō possemus, nec ipsū regnū Scotiæ, quod a longissimis tempo-
 ribus, sicut superius exprimitur, nobis & progenitoribus nostris fæodale exti-
 tit in causis præmissis, contra dictū Iohannē & gentem Scotorū vires poten-
 tiæ nostræ extendimus, prout de iure nobis licuit, & processimus contra ipsos
 tanquā hostes nostros & proditores. Subiecto itaq; regno Scotiæ, & iure pro-
 prietatis nostræ ditioni subactō, præfatus Iohannes quondam rex Scotiæ, ip-
 sum regnū Scotiæ quatenus de facto tenuit, sponte, purē, & absolutē reddidit
 in manum nostrā, prodiciones & scelera memorata coram nobis & proceribus
 nostris publicē recognoscens. Quo peracto, præfati comites & barones, nobi-
 les & communitates regni Scotiæ quos ad pacem nostram regiam suscepimus,
 50 subsequenter homagia & fidelitates nobis tanquam immediato domino, ac
 proprio eiusdem regni Scotiæ nobis fecerunt & præstiterunt, ac etiam redditis
 nobis eiusdem regni ciuitatibus, villis, castris, munitionibus ac cæteris locis
 omnibus, ad dictū regnū spectantibus, officiales nostros & ministros ad re-
 gimen eiusdem regni Scotiæ præfecimus iure nostro. Cumq; iure pleni domi-
 nij in possessione eiusdem regni existere dinoscāmur, non possumus nec de-
 bemus, insolentiam subditorū nostrorum rebellū, si quos inuenerimus, præ-

minencia regia prout expedire viderimus reprimamus. Quia verò ex præmissis & alijs constat euidenter, & notorium existit, quòd prælibatum regnum Scotia, tam ratione possessionis, quàm proprietatis ad nos pertinet pleno iure, nec quicquam fecerimus vel cauerimus scripto vel facto sicuti nec possumus, per quæ iuri ac possessioni prædictis debeat aliquantulum derogari: Sanctitati vestræ humiliter supplicamus, quatenus præmissa prouida meditatione pensantes, ex illis vestrum motum animi dignemini informare, suggestionibus contrarijs æmulorum in hac parte nequaquàm fidem adhibendo, quinimo statum nostrum, & iura nostra regia supradicta, habere velitis si placeat promptis affectionibus commendata.

Quantum verò ad hoc quod Papa petiuit, quòd si rex Angliæ ius haberet in regno Scotiæ, vel in aliqua eius parte, procuratores & instructos mitteret, & fieret eis iusticiæ complementum, rex per se noluit respondere. Sed hoc cõmisit comitibus alijsq; terræ proceribus, qui super hoc domino papæ huius tenoris literas rescripserunt.

*Littera Comitum
ad papam.*

Sancta Romana iure ecclesia, per cuius ministerium fides Catholica in suis actibus cum ea vt firmiter credimus & tenemus maturitate procedit, quod nulli præiudicare, sed singulorum iura conseruari velit illæsa. Sanè conuocato nuper per serenissimum dominum nostrum Edwardum, dei gratia regem Angliæ illustrem, parlamento apud Lincolniam generali, idem dominus noster quasdam literas apostolicas, quas super certis negotijs cõditionem & statum regni ex vestra parte receperat in medio exhiberi, ac seriòse nobis fecit exponi. Quibus auditis & diligentius intellectis, ita sensibus admiranda quàm hactenus inaudita in eis audiuius contineri. Scimus enim pater sanctissime, & notorium in partibus nostris, ac nonnullis alijs non ignotum, quòd a prima institutione regni Angliæ, reges eiusdem regni tam temporibus Britonũ, quàm Anglorum, superius & directum dominium regni Scotiæ habuerunt in possessione, vel capitanei superioritatis & recti domini ipsius Scotiæ successiuis temporibus extiterunt, nec vllis temporibus ipsum regnum in temporalibus pertinuit, vel pertinet quouis modo ad ecclesiam supradictam. Quinimmo idem regnum Scotiæ progenitoribus dicti regni nostri regibus Angliæ, atq; sibi feudale extitit ab antiquo. Nec etiam reges Scotorum & regnum, alijs quàm regibus Angliæ subfuerunt, vel subijci consueuerunt, neq; reges Angliæ super iuribus suis in regno prædicto, aut alijs suis temporalibus coram aliquo iudice ecclesiastico, vel sæculari, ex præminencia status suæ regis dignitatis & consuetudinis cunctis tẽporibus irrefragabiliter obseruata, responderunt, aut respondere debebant. Vnde habito tractatu & deliberatione diligenti super cõtentis in literis vestris memoratis, communis, concors, & vnanimis omnium nostrum & singulorum consensus fuit, & erit inconcussè deo propitio in futurum, quòd præfatus dominus noster rex super iuribus regni Scotiæ, aut alijs suis temporalibus nullatenus respõdeat iudicialiter coram vobis, nec iudiciũ subeat quoquo modo, aut iura sua prædicta in dubiũ quæstionis deducat, nec ad præsentiam vestram procuratores aut nuncios ad hoc mittat, præcipuè cū præmissa cederent manifestè in exhæredationem iuris coronæ regni Angliæ, & regis dignitatis, ac subuersionem status eiusdem regni notoriam, nec non & præiudiciũ libertatis, consuetudinum & legum paternarum, ad quarum obseruationem & defensionem debito præstiti iuramẽti astringimur, & quæ manu tenebimus toto posse, totisq; viribus cum dei auxilio defendemus. Nec etiam permittimus, nec aliquantulum permittimus sicut non possumus, præmissa tam insolita, tam indebita, præiudicialia, & aliàs inaudita, prælibatum dominum nostrum regem etiã si vellet facere seu modo quolibet attemptare. Quos circa sanctitati vestræ reuerenter & humiliter supplicamus, quatenus eundem dominum nostrum regem, qui inter alios principes orbis terræ catholicum se exhibet, & Romanæ ecclesiæ deuotum, iura sua, libertates, & consuetudines & leges prædictas absq; diminutione & inquietudine pacificè possidere, ac illibata persistere benignius permittatis.

In festo Pentecostes finitis treugis, quæ cum Scotis initæ fuerant, rex circa festum S. Iohannis Baptiste in Scotiam cum exercitu profectus est. Qui dum in Scotia hiemaret, sui multos equos nobiles amiserunt pabulo deficiente.

*Edwardi pro-
fectio in Scotos.*

Anno 1302. Rex ad instantiam regis Francorum cuius sororem duxerat, Scotis treugas vsque ad festum omnium sanctorum concessit. Et idcirco ordinatis rebus Scotiæ reuersus est in Angliam.

Eo tempore Papa Bonifacius per literas suas regem Anglorum interpellauit, vt regi Francorum guerram commoueret, pollicēs sibi ingens subsidium. Sed rex Angliæ aliās domini Papæ affectus expertus, rem distulit, malens recuperare sua per viam aliam, si quo modo posset.

*Papa regem
Anglorum in
Gallos concitat.*

10 Post festum omnium sanctorum elapsis treugis concessis Scotis, rex Angliæ Iohannem de Segraue militem nobilem cum armata manu misit in Scotiam, committens ei eiusdem terræ custodiam.

Hijs diebus ciues Burdegaleses non ferentes Gallicorum dominium, illos de ciuitate sua contra natale domini expulerunt.

*Burdegallia se
in libertatem
vindicat.*

Anno 1303. Scoti duce Gul. Walleys ceperunt rebellare contra regem Angliæ, propter quod rex cum exercitu ingressus Scotiam totam terram peruagatur, nemine apertæ pugnæ sibi copiam faciente.

Scotia subacta.

20 Eodem anno rex Francorum ob detentionem Wasconia inuistam, timens sibi a rege Angliæ per dominum papam ad hoc instigato guerram parari, vt eius sibi amicitiam compararet, quicquid Wasconia tenebat in manu sua eidē sponte restituit, prout videbatur ignorantibus veritatem. Tunc etiam & Burdegallia regi Angliæ sponte se subiecit.

*Wasconia regi
Angliæ resti-
tuta.*

Hoc anno Scoti latentes in insidijs Iohannem de Segraue cum paucis armatis equitantes subito inuaserunt, & ipsum Iohannem ab eis grauiter vulneratum, cum nonnullis alijs militibus, commisso cruento conflictu ceperunt. Sed inopinatō superuenientes milites alij de Anglorum cohortibus, ipsum Iohannem a suis ereptum custodibus abduxerunt. Dum hæc omnia fierent, miles quidam nobilis dictus Robertus de Neuill solemnia missarum audiens (erat enim dominica prima quadragesimæ) quæ gesta fuerant penitus ignorabat. Post missā verō egressus, cum audisset a redeuntibus Scotos in Anglos præualuisse, mox illuc cum suis properans, multos peremit multosq; fugauit, & captiuos aliquos secum reduxit. Nec de hijs qui missæ cum eo interfuerant, quisquā captus fuit aut grauiter vulneratus, sed neque corruit vnus solus. Comes Marefcalli offensus fratri suo Iohanni, captans regis beneuolentiam omnes terras suas regi donauit, ita vt ei adiectis mille libratis terrarum redonarentur ad vitam.

*Io. Segraue a
Scotis vulne-
ratus.*

40 Rex Angliæ audita rebellionē Scotorum ex edicto publico exercitum aduauit, & a Rokesburgia progrediens paruis dietis, totam terram vsque Catenesiam, quæ est in finibus Scotiæ perlustrauit nemine resistente. Videntes itaque Scoti, se non posse resistere, pacē regis humiliter petierūt. Et vt permitteret, quod possent dato pretio redimere terras suas ab hijs quibus rex eas contulerat, quorum precibus rex acquieuit, & rediēs castrum de Striueline, quod quidam de Scotis tenuerunt, per suos obsedit, ipse verō apud Dunfermelyn hiemauit.

*Missæ saluos
fecit in bello.*

*Scoti pacem
petunt.*

50 Circa festum S. Iohannis Baptiste milites quidam in præsentia cleri & populi Parisius congregati, Papæ Bonifacio imposuerunt plura enormia, putā heresim, simoniam, & homicidia. Propter quæ per regem Franciæ appellatum est contra eum ad illum cuius interest, donec conuocato consilio, se a criminibus purgaret obiectis.

*Papa Bonifaci-
us accusatus.*

Bonifacius papa sibi timens, Anagninam originis suæ urbem venit, & tutelæ ciuium se commisit. Quō peruenientes regis familiares Franciæ, vnā cū fautoribus Cardinalium Columpnensium comprehenderunt papam, & in equū effrenem posuerūt, ad caudam versa facie, & sic discurrere ferē ad nouissimum halitum coegerunt, & tandem penē fame necauerunt, donec eum populus Anagn. liberasset. Reuera cum persecutores eum in quodam palatio reclusissent,

*Bonifacius mor-
le tractatus.*

ad decem millia populi ciuitatis concurrerunt, & Palatium infregerunt, & expulsi atq; peremptis custodibus liberauerunt, & Romam cum armatorum multitudinem perduxerunt. Cumq; peruenisset ad S. Petrum, ex timore quem conceperat quando captus fuit, & in amore rerum inestimabilium perditarum citò defecit. Et sic completa est in eo prophetia prædecessoris sui, qui dixit. Ascendisti vt Vulpes, regnabis vt Leo, morieris vt Canis. Cui successit Benedictus natione Lombardus. Columnnienses de suis latibulis emergentes, venerunt ad papam Benedictum misericordiam implorantes, quos ille benignè suscipiens clementer absoluit, atque bonorum suorum tribuit facultatem.

Stryuelin castrum obsesum.

Anno 1304. tenuit rex Natale apud Dunfermelyn in Scotia, cui interfuit exercitus Anglicanus. Transacta hyeme rex ad obsidionem castri de Striuelyn accedens personaliter, diuersis præparatis machinis, illud solito fortius impugnavit. Obsessi vero castrum fortiter defendentes cum machinis plurimos occiderunt. Quadam die cum rex considerando obequitaret, & infra iactum balistarum incautè venisset, iaculum quoddam de castro emissum superiori eius armature affixum est, sine vlla sui corporis læsione. In quod extractum rex expuens, conuersa ad castrum facie, celsa voce ei qui iaculum illud emisserat, ostenso telo suspendium minabatur. Tandem in die beatæ Margarete, obsessi purè & simpliciter se dedidèrè regiæ voluntati. Quorum capitaneum Gul. Olfordi militem misit ad turrem Londoniarum. Reliquos ad alia castra diuersa.

Francorum rex absolutus.

Rex Edw. subacta Scotia, commissaq; eius custodia Iohanni de Segraue, in Angliam est reuersus. Cumq; venisset Eboracum, iussit sessionem Iusticiariorum qui dicuntur de banco, & Scaccarium quæ iam septennio manserant Eboraci, transferri Londonias ad antiquum locum.

Papa Benedictus considerans pium esse, quem errantem etiam licet inuitam ad ouile reducere, regem Francorum non petentem a sententia excommunicationis per prædecessorem suum lata in eum, absoluit.

Nonis Iulij obiit papa Benedictus Perusij, post cuius obitum cum Cardinales in electione summi pontificis diffiderent, a ciuibus secundum constitutionem Gregorij 10. includuntur.

Rex Edw. fecit Petrum de Gauerston abinrare regnum Angliæ, quia dedit filio suo malum consilium.

Anno 1305. Gul. Walleys qui Scotiam commouerat fræquenter ad rebellionem per milites regis captus est, & Londonias vsq; deductus, vbi iudicialiter condemnatus, trahitur, suspenditur, & vltimò decollatur. Cuius caput Londonijs in loco eminenti figitur super palum, corpus in Scotiam reportatum, diuisum est in quartas, quæ in diuersis vrbibus suspenduntur.

Clemens 5. fit Papa.

Circa dies istos, Bertrandus Burdegalensis Archiepiscopus natione Vasco, in papam electus, Clemens 5. dictus est. Qui mense Octobri in Lugduno, conuenientibus illuc cardinalibus, regeq; Francorum Philippo suam exhibente præsentiam, papali diademate coronatur.

Rex autem Angliæ misit domino papæ omnia utensilia quibus ministrabatur in camera, & in mensa ex auro puro per episcopos Lichfeldensem & Wigorniensem & comitè Lincolniam. Porro dominus papa episc. Dunelmensem, Dominum Antonium Beck propter dapnilitatem & cordis magnificentiam, quas in eo reperit, fecit Patriarcham Ierosolomitano, & electos Eborum & London. remisit ad propria confirmatos. In illo tempore papa concessit regi Angliæ decimas ecclesiasticas per biennium pro negotio terre sanctæ, sed tamen in usus alios expendebantur. Dominus vero papa, attèdens quòd charitas incipit a seipsa, primos fructus sibi per totam Angliam seruauit, inductus per auaritiam Episcoporum regni Angliæ postulantium, primas vacationes per annum in suis diocesibus sibi concedi. Nempè summus pontifex aduertens, quia quod petit inferior, postulare potest & superior, appropriauit sibi ipsi per triennium omnes prouentus de primo vacantibus ecclesijs per totam Angliam, videlicet de primo anno primos fructus tam de Episcopatibus, abbatibus, prioratibus & præbendis, personatibus, vicariis, quam de cæteris minutis beneficijs.

scijjs. Hoc anno misit rex Franciæ ad regem Angliæ, rogans vt Flandrenses ab Anglia expelleret, sicut & ipse ad suam instantiam Scotos de Francia eiecerat paulo ante. Cuius rex precibus acquiescens, Flandrenses omnes de Anglia exbannuit.

*Flandrenses
Anglia pulsi.*

Anno 1306. Robertus le Brus aspirans ad regnum Scotiæ, nobilem virum Johannem Comyn, quia suæ proditiuæ factioni assentire noluit apud villam de Dunfrez, in cuius castro iusticiarij regis Angliæ tunc sedebant, in ecclesia fratrum minorum sacrilegus interfecit 4. Kalend. Februarij. In festo verò Annunciationis beatæ virginis in abbatia canonicorum regularium de Scone se fecit in regem solemniter coronari. Vxor comitis de Bouhan, a marito suo tunc furtiue discessit, omnes equos eius magnos secum abducens, & properans vsq; Scone, vt diadema imponeret capiti noui regis, quia frater eius Comes de Fyff, ad quem iure hereditario spectabat hoc officium, tunc in Anglia fuit absens. Hæc autem viraginem eodem anno captam ab Anglicis, cum quidam perimere voluissent, non permisit rex, sed in domuncula quadam lignea super murum castri Berwici posita est, vt possent eam conspicere transeuntes.

*Ioh. Comyn
captus.*

In festo Pentecostes Edw. filius regis Angliæ a patre cum multis alijs nobilibus militaribus armis accinctus est. Ob quam causam datus est regi 30. denarius a populo & clero, & a mercatoribus 20. denarius datus fuit. Dedit autem rex filio suo principatum Walliæ, & Cestriæ comitatum, vnde Wallici maximè sunt gauisi. Edwardus proinde regis filius cum nouellorum tironum multitudine profectus est Scotiam, ad reprimentu conatus Roberti le Brus inuasoris regiæ dignitatis. Precesserat ante eum Aymerus de Valencijs comes Penbrochiæ, Robertus de Clifford, & Henricus Percy missi a rege cum manu armata ad nouis motibus resistendum. Ipse verò rex lento gradu sequutus est versus Carleolum. Edwardus filius regis cum venisset Carleolum ante patris aduentum, sumptis secum nouis tyronibus, qui omnes deuouerant se mortem Ioh. Comyn vindicatuos, precessit patrem suum in Scotiam semper vnâ dietam & tantam fecit vindiçtam, vt nec sexui parceret nec ætati, villas etiam & casalia ubicunque peruenit, incendit, quod multum dicitur displicuisse patri suo. Eò maximè, quod diuitibus fuga lapsis vulgus miserum luit penas maiorum, vnde & filium suum increpans, iussit vt misericors semper esset pauperibus & communibus, quia nihil penè moliuntur aut faciunt sine suorum principum iussione.

*Expositio in
Scotiam.*

Interim Robertus le Brus circueiẽs terram, & homagia multorum recipiens, coadunato exercitu copioso appropinquauit villæ S. Iohannis, in cuius presidium nuper aduenerat Aymerus de Valencijs supradictus. Equites autem Scotorum omnes lineis operimentis super arma sua ne discernerentur, de precepto noui sui principis erant induti. Misit ergò Robertus le Brus, inuitans Aymerum ad congressum, qui respondit, quod cum eo non illo die, sed in crastino dimicaret. Igitur subtrahente se Roberto cum suis armatis egreditur & subito superueniens, multos e Scotis occidit inermes. Robertus hæc videns, cum suis fugit ad insulam dictam Kenlyr. Aymerus verò putans Robertum se recepisse in castro illius insula, illud obsedit, sed expugnato castro non inuenit eum, sed uxorem & fratrem suum Nigellum cepit ibidem cum quibusdã alijs, qui omnes citò post tracti sunt & suspensi, ac vltimò decollati præter uxorem Roberti le Brus, quam rex iussit iuxta statum suum tractari decenter. Comes verò de Athel, iam secundo contra fidelitatem suam regi rebellans, tandem proditiõis suæ meritis penas luit. Insuper Simon Frithell in quo pendebat Scotorum tota fiducia, tractas, suspensus, decapitatus & combustus est. Episcopi Glasguensis & S. Andreæ capti, cum abbate de Scone missi sunt in Angliam ad diuersa castra.

*Aymerus penas
de Roberto sumit.*

Rex Angliæ obtinuit a domino papa absolutionem a iuramento, quod inuitus præstiterat super obseruantia libertatum, aliàs a comitibus & baronibus exactarum. Per idem tempus Clemens papa transtulit curiam a Lugduno vsq; Burdegalliam, vbi episcopum Pictauiensem, qui sibi dum Archiepiscopus fuerat

*Rex iuramento
baronibus præstato absolutus.*

fuerat aduersabatur, a pontificali deposuit dignitate. Primatum etiam Aquitaniae de Bituriensi transtulit ad ecclesiam Burdegalensem.

*Causa matri-
monij dilata.*

Anno 1307. qui est annus regni regis Edw. a conquestu primi tricesimus, tenuit rex Parliamentum Carleoli. Ad quod accessit quidam Cardinalis dictus Petrus Hispanus, transmissus a papa pro matrimonio consummando inter filium regis Angliae & filiam regis Franciae, secundum quod a papa Bonifacio tanquam mediatore pacis olim fuerat ordinatum. Cui per regem responsum est paratum se fore, quae ordinata sunt implere, dummodo rex Francorum velit ex parte sua, quae ad ipsum pertinent adimplere. Dederat nempe rex Franciae, dum adhuc detineret Wasconiam, cuidam militi castrum quod Mali leonis dicitur, qui illud nec ad mandatum regis Franciae curabat restituere. Ob quam causam fertur illud matrimonium hactenus fuisse dilatum.

Robertus le Brus interea peruagatus patriam plures sibi rebelles peremit. Misitque cum parte exercitus duos fratres suos Thomam militem, & Alexandrum clericum ad aliam terrae partem, qui illarum partium habitatores allicerent ad se blanditijs atque minis. Qui Anglicis de nocte superuenientibus capti sunt, & ad iusticiarios regis ducti, ac condemnati, tracti sunt & suspensi.

Post Pascha Robertus le Brus congressus cum Aymero de Valencijs ipsum in fugam compulit, & infra triduum sequens comitem Glouerniae Gilbertum fugauit.

*Rex dissenteria
laborat.*

Tunc rex Angliae missis nuncijs praecipit sub graui poena, ut omnes qui sibi debebant seruitium parati essent apud Carleolum in tres septimanas post festum S. Iohannis Baptiste, filium vero suum remisit in Angliam, ut secundum ea quae de rege Franciae audiret, proficisceretur ad connubium cum filia eiusdem contrahendum. Post cuius decessum cepit rex vexari dissenteria. Mox de Carleolo nihilominus 5. nonas Iulij, paruis dietis versus Scotiam proficiscens.

Edw. 1. mori.

Pridie vero nonas Iulij venit usque Burgum super Sandes, ubi inualecente infirmitate die crastina s. sexta feria diem clausit ultimum, dies suos in bono, & annos suos in gloria consummauit.

*Vxores & libe-
ri eius.*

Regnauit autem annis 34. mensibus 7. diebus 21. compleuitque aetatis suae annos 68. & dies 20. Duxerat autem duas uxores, Alienoram viz. sororem regis Hispaniae, de qua suscepit filios Ioh. Henricum, Alfonsum, & Edw. qui sibi successit, alij tres moriebantur ante patrem: filias vero genuit ex eadem Alienora, s. Alienoram quam dominus Guliel. de Bares cepit in uxorem, & Iohannam de Acres, quae nupsit Gilberto de Clare Comiti Gloucestriae, & post mortem comitis, elegit inconsulto patre, Radulphum de Mounhermer in maritum. Tertia filia dicta Margareta copulata fuit domino Ioh. duci Brabantiae. Quarta vero Maria apud Amesbury suscepit habitum monialem. Quintam regis filiam nominatam Elizabeth, comes Hollandiae accepit uxorem. Quo defuncto dominus Humfredus de Boun, comes Thetfordiae duxit eandem. De secunda sua Margareta sorore Philippi regis Francie genuit duos filios, Tho. dictum de Brotherton, & Edmundum, & filiam nomine Margaretam. Fuerat autem Rex Edw. armis strenuus, bellicosus & victoriosus. Totam Angliam de manu Simonis de monte forti, & eidem adherentium comitum & baronum acquisiuit. Walliam de manu Lewlini recepit in usus suos proprios. Aquitania de manu regis Francie sapienter extorsit, Scotiam sepius subiugauit, sed ea capta per Robertum le Brus ipse in lecto fatali decumbens ex cordis magnanimitate, iussit corpus suum ibi remanere inhumatum, & deferri in exercitu, donec tota Scotia esset finaliter subiugata.

*Res gesta Ed-
wards.*

Edwar-

Edwar-

 Edwardus Secundus.

Post mortem toti mundo desendam Edwardi regis inuicti, suscepit regnū pro eo filius suus Edwardus cognomento de Carneruan, qui mox reuocauit ab exilio Petrum de Gauerston, contra vetitum patris sui, qui dudum assensu communi procerum fuerat exilio perpetuo condemnatus. Iste Petrus filius fuit cuiusdam militis generosi, sed alienigenę, qui in obsequio militauerat laudabiliter regis patris. Cuius obsequij gratia, rex hunc Petrum puerulum in suam suscepit Curiam, adiungens eum filij sui Curie, cum quo a pueritia adoleuit. Quorum lapsu temporis in tantum creuit amor, ut nunquā disiungi possent. Reuocato (prout diximus) ab exilio præfato Petro contra voluntatē procerum, contulit illi comitatum Cornubię, & insulam Gubonię quę vulgariter Mannia nominatur.

Edwardus de Carneruan.

Anno 1308. tenuit rex natale apud Wye manerijum Abbatis de bello, nondum tamen suscepit regni coronā. Paucis post natale diebus transactis transfretauit, ut regis Francorum filiam nomine Isabellam duceret in uxorem, quę paulō plus annis duodecim habuit in ætate. Regni verō custodiam commisit prædicto Petro, ob quam causam proceres indignati sunt.

Nuptijs in Francia celebratis solemniter apud Boloniam, quibus quatuor reges interfuere, scilicet rex Francię & rex Nauarrię filius regis Francię, rex Alemannię, & rex Sicilię, reuersus est in regnum Anglię cum uxore. Quibus occurrunt regni proceres, certantes quis propensiorē possit illis honorem impendere. Sed Petrus antedictus in omni apparatu ceteros transcendebat. Quem rex etiam in amplexus specialius admittebat, & familiarius respiciebat. Inuidebāt proinde proceres, & vindictam in tempus illud differebant.

Sexto Kal. Martij die viz. S. Mathię rex & regina apud Westmonasterium solemniter coronatur.

Coronatio regis.

Hoc anno capti fuerunt omnes templarij per totā Angliam præcepto regis vno die propter plurima inhonestā & enormia, fideiq; catholicę aduersaria de eis dicta & probata, & in diuersis regni castellis carcerali custodię deputati.

Templarij capti.

Anno 1309. regni proceres & nobiliores videntes se contemni, & Petrum de Gauerston cunctis anteferri, accesserunt ad regem humiliter rogantes, ut baronum suorum vellet consilijs tractare regni negotia, quibus a periculis sibi imminentibus, non solum cautior sed tutior esse posset. Quorum votis facie tenus rex annuit, & parliamentum Londonijs instituit fieri, ad quod omnes qui interesse debebant venire mandauit.

Rob. Archiep. Cantuar. iubente rege reuocatur ab exilio, qui iam per biennium exulauerat propter offensam regis Edw. patris regis præsentis.

Anno 1310. decreto parliamenti tenti Londonijs ad baronum instantiam, Petrus de Gauerston in hyberniam exilio relegatur. Soluta parlamento cunctis gaudentes ad sua discedētib; rex remansit tristis, cogitans & disquirens cum priuato suo consilio, qualiter posset ipsum ab exilio reuocare. Suggestūq; fuit ei quod si sororem comitis Glouernię, qui pro tunc erat iuuenis toti regno dilectus, & sub tutela regis, præfato Petro daret in coniugem, posset ipsum intrepidē reuocare. Rex hijs auditis cum omni festinatione missis nuncijs accersuit eum, & inter ipsum & sororem comitis fecit celebrari nuptias, licet multū comiti displicerent. Exinde Petrus superbiens plus solito, regni nobiles vilipendit, subsannabat proceres, mediocresq; despexit. Et quia rex permisit sibi facultatem penē faciendi quę vellet, quantum ad ea quę respiciebāt personā regiā, cepit sicut prius thesaurū regis colligere, & negotiatoribus ultra marinis accommodare, non ad vsus quidem regios, sed suos proprios. Qui in tantū expilauit regem, ut nō haberet unde solueret expensas solitas domus suę. Regina verō tantum rebus necessarijs arctabatur, ut regi Francię patri suo lachrymabiliter quereretur, honore debito se priuatam. Barones igitur

Petrus exulat.

Petrus exulat.

considerantes, quod eorum tollerantia Petro malignandi praeſtabat at audacia domino regi denuntiaverunt assensu communi, ut vel dictum Petrum a sua pro-
pelleret comitiua, articuloſq; prouisos effectui manciparet, vel ipsi certe in eum
tanquam periurum insurgerent. Durus videbatur hic sermo regi quia Petro
carere nesciuit, sed plus periculi cernebat emergere, si petitionibus procerum
non obtemperaret. Petrus igitur abiurat regnum, regis plus permissione quam
beneplacito, addita a baronibus conditione, quod si de cetero posset inueniri
in Anglia, vel aliqua terra regi subiecta caperetur, & velut hostes publicos da-
naretur. Igitur sub praemissa conditione dato sibi conductu, Anglia regnum
lucens deseruit & Franciam est ingressus. Quo adito rex Francorum iussit suis
ut eum caperent, si quo modo possent, & diligenter custodirent, ne rediret in
Angliam, & proceres sicut prius turbaret, & filiam. Petrus de hijs praemonitus
fugit in Flandriam, ibi quiesciturus requiem nec inuenit. Tandem se cum suis con-
fortibus alienigenis reduxit in Angliam, de amicitia confusus comitis Glouernie
cuius sororem duxerat in uxorem. Paru ante festu natalis domini, regis se pre-
sentauit obtutibus, qui pre gaudio sui aduentus, inrauentia, pacta, promissa
negligens, tanquam coeleste munus hilariter suscepit eum, & secum detinuit
cum familia sua tota.

*Petrus decolla-
tur.**Winchelsey
moritur.**Regis in Scotia
expeditio.*

Anno 1311. post natale rumore vulgato de Petri reuersione regni magnates
& plebei conturbati sunt. Qui necessitate ducti, elegerunt sibi Thomam de Lan-
caltria in ducem & defensorem, ut periculis consulere & malis futuris. No-
bilioreſ vero regni de communis decreti sententia, miserunt honorabiles do-
mino regi nuncios exorantes, ut vel dictu Petrum eis traderet, vel ut ordinatu
fuerat ipsum regnu euacuare iuberet. Rex vero sinistro ductus consilio baro-
nu supplicationes parumpendens, ab Eboraco recessit ad nouu castru. Magnates
proinde sub omni celeritate ad nouu castrum iter arripuerunt. Quod cum rex au-
disset, quasi proscriptus aut exul fugit cum dicto Petro Tynemutham, & inde Scar-
deburgiam ubi habebatur castru regale, ubi praesepit Castellanis, ut custodia Petri
fufciperent & castellum victualibus instaurarent, rege se alias transferente,
nec opem ferre valente, quin caperetur & rediret usque ad villam de Dadington.
Vbi comes Warwici, Guido de bello campo fecit eum decollari tanquam
legu regni subuersorem & publicu proditoru. Cadaver eius humatu est apud
Langley regale praediu, ubi rex de regio fisco coſtruxit fratribus Iacobitis ha-
bitaculum pro anima dicti Petri. Die S. Bricii Isabella regina peperit regi filiu
apud Windeleshores, cui nome patris fuit impositum, licet magnates Francie
qui tunc aderant, pusiolo nomen regis Francie imponere voluissent.

Anno 1312. obiit magister Rob. de Winchelsey quondam Cantuar. Archiep.
qui nobiliter toto suo tempore rexerat ecclesia Anglicanam, & firmus exactor
fuerat regni libertatum.

Hoc anno dominus Guido de bello campo comes Warwici fato ferali suc-
cubuit, impacionatus ut fertur. Rex & regina transfretauere Parisius cum mul-
tis regni nobilibus, ut interessent coronationi domini Philippi filij regis Fra-
cie in regem Nauarria coronandi die Pentecostes.

Anno 1313. Scoti intrantes Northumbriam depraedati sunt patriam truci-
dantes incolas, & villas plurimas incendentes.

Clemens papa diem clausit vltimum, & vacauit sedes per biennium. Cui ta-
dem successit Iacobus episc. Auoniae, & vocatus est Iohan. 22. Post pascha rex
accinxit se versus Scotiam cum exercitu, peruenitq; Berwicum. Cunctisq; illuc
properantibus qui sibi debebant seruiciu, praeter Thomam comitem de Lan-
caltria, & Comites Warwic & Arundelia qui super sedere venire, eo quod
quosdam articulos petitos & concessos, rex detrahebatur ad effectum perduce-
re, disposuit militie suae turmas, ad dissoluendu obsidione caſtri de Striuelyn.
Cumq; fixisset propelocu tentoria, quida de regis exercitu facientes equitatione,
Scotos atrociter prouocabat. Quibus illi viriliter occurrerent, multos Angloru
nobiles in vigilia S. Ioh. Baptista peremerunt. Quo casu Anglici nimis exacerba-
ti, in crastino vindicari firmiter proponebat. Crastino vero circa horam diei 3.

Ro-

Robertus le Brus qui se regem nominauit, præcessit pedes Scotorum exercitum, dans illis exemplum, vt nemo de fuga cogitaret. Cumq; ventū fuisset ad actum vt manus consererent, discrimini patuit pars Anglorū. Ibi nempe corruit nobilis ille miles Gilbertus comes Glouerniæ, ante mortem suam crudelem sumens de Scotis suis manibus ultionē. Nobilis etiam baro Robertus de Clifford cum multis viris alijs nobilibus in hoc funesto conflictu peremptus est. Ibi ceciderunt milites & scutiferi ad numerum septingentorum.

Anglorū cedes.

10 Rex in hostes desæuiens, & sui ipsius oblitus, per suos educitur a loco discriminis, & ad se subtrahendū compellitur. Comes Herefordiæ fugiendo capitur, cum baronibus, 22. & militibus 68. Dominus Radulphus Mounhermer qui desponsauerat sororē regis Angliæ & comitissam Glouerniæ, & captus fuerat in ferali certamine, inuenit gratiam in oculis regis Scotorū ratione familiaritatis cum eodem præhabita, ita quod redemptio sua sibi fuit perdonata per eundem. Qui rediens in Angliā reportauit secum domini regis targiā captam a Scotis, vsu tamen ipsius primitus interdicto.

20 Gilbertus consul Glouerniæ infasta pugna vita priuatus, tres filias superstitēs dereliquit. Quarum primā duxit dominus Hugo de Spencer. Secundam dominus Hugo de Audeley, quam prius habuerat dominus Petrus de Gauerston quondam comes Cornubiæ. Tertiā duxit dominus Rog. de Tamary quā prius desponsauerat dominus Ioh. de Burgo, filius & heres comitis Vltoniæ de Hybernia. Et sic diuisus est comitatus nobilissimus in tres baronias.

Gilberti filia.

30 Post bellum de Striueline Robertus le Brus interfectorum spolia suis distribuit larga manu, captiuos tractauit ciuilitē, corpora comitis Glouerniæ, & baronis de Clifford transmisit regi Angliæ apud Berwicum commoranti, sine pretio pro suæ voluntatis beneplacito sepeliēda. Quibus ex causis corda multorum in sui amorem allexit. Comitē verò Herefordiæ facta cōmutatione pro sua coniuge quæ iam diu in custodia regis Angliæ, detenta fuerat, liberum abire permisit. Quibus gestis rex se transtulit ad partes australes. Eo tēpore plures ex Anglicis facti transfuge, se Scotis confederauerunt, reuersiq; cum Scotis, plurima damna Northumbrensisbus irrogauerunt.

Scotorum regis comitat.

Anno 1314. Rex conuocatis Cantuariensi Archiepiscopo & alijs quatuor pontificibus cū multis prælatīs alijs, corpus Petri de Gauerston transferri fecit Langleiā, & inter fratres predicatorēs honorificē tumulari.

40 In crastino Purificationis conuenerunt Londonijs ad Parliamentum prælati penē regni omnes cum proceribus, vt quia vix potuit viuere plebs cōmunis præ caristia rerum venaliū, prouiderent tantæ necessitati remedium. Statutum est igitur, vt melior bos viuis venalis crassus non pastus de grano pro 16. sol. venderetur, de grano verò pastus 24. sol. vacca melior viua crassa 12. sol. venderetur, porcus duorum annorū pinguis pro 3. sol. & 4. denarijs, multo tonsus crassus 14. denarijs, lanatus verò crassus 20. denar. anca crassa 2. denar. & obolo. Capo bonus 2. denar. Gallina bona pro vno denario venderetur, duo pulcini pro vno denario, Columbelle quatuor pro vno denario, Ouaq; 24. pro vno denario venderentur. Et si vendentes aliter facerent, res venales regi forisfactæ remanerent.

Virtualium pretium.

50 In quindena Paschæ per regis breuia citatæ sunt generaliter omnes parlamentales personæ pro parlamento tenendo Londonijs. Sed multis proceribus prætendentibus impediēti causas, nihil hac vice factum fuit. Scoti per hoc tempus crudeles & inhumani, flamma, rapinis & cædibus, partes occidentales Northumbriæ a Lugubalia vsq; ad Eboracū sine resistentia deuastarunt, factaq; fuit patria longo tempore Scotis tributaria, donec miseri patriotæ nil haberent vnde tributa penderent. Eodem an. Rob. le Brus in Hiberniā transmisit exercitū, cui ducem constituit Edw. fratrem suum vterinū, vt terras regis Angliæ in illis partibus occuparet, & Anglos ibidē pro viribus infestaret. Hoc in tēpore velut deo displicerent statuta præcedētis parlamenti omnia venalia plus solito facta sunt cara, animalia crassa maestabilia, capones & aneæ vel oua rarissimē videbantur. Oues peste peribāt, porci nutrirī nequibant, quarteriū

Parliamentum sine effectu.

Anglia pars Scoti tributaria.

frumenti fabarum & pisarum 20. sol. vëdebatur. Quarteriũ Bracij vna marca, salisquarterium vendebatur 35. solidis.

Lewlini captio.

Lewlinus Bren Wallicorum capitaneus qui multas villas combusserat, & Anglos interfecerat, captus est cum duobus filiis, per quosdam aulicos, & regi London. præsentatus.

Anno 1315. in parlamento tento Lincolnia de consensu baronum, statuta de venditione victualium reuocantur. Permissumq; fuit, vt quisq; sua victualia meliori foro quo posset venderet in futurum.

Ferculorum dimunitio præfame.

Hoc anno prævalente fame, magnates & diuites suas minuere familias, & fercula superflua subtrahere. Qui fuerunt expulsi a Curijs, effecti sunt vespiliones & in tantam succreuere multitudinem, vt vix fuit aliquis tutus a despoliatoribus in hac terra.

Fame sequuta mortalitas.

Circa festum Paschæ factum fuit Parliamentum Londonijs ante festum Assumptionis beatæ virginis, & quarteriũ frumeti 40. sol. vendebatur. Famẽ totam terram inuadentem, mortalitas est sequuta pauperum, & pecora esu herbarum putrefactarum cadebant, vnde contigit, vt esus carniũ cunctis esset suspectus. Nec valuit contra pestem hominũ solertia physicorum, quia medicinalia herbæ, propter elementorum inæqualitatem effectæ degeneres, virus pro virtute reddebant.

In festo assumptionis natus est regi filius apud Eltham qui vocatus est Iohannes. Londonienses quia frumentum inbrasiatum multũ adauxit carissimam statuerunt ne frumentum de cætero in ceruisiam verteretur.

Rex etiam idem proclamari iussit per totum regnum.

Beneficiorum fructus per papam reseruantur.

Iohannes papa 22. reseruauit sibi primos fructus beneficiorum vacantium in Anglia per triennium.

Northumbri suos spoliant.

Anno 1316. videntes quidam Northumbrenses impunẽ Scotos debacchari, nec quemquam obuiare volentem eorum insolentijs, velut in defectu regis & procerũ sumunt arma, & resistere Scotis parant. Et cum per tempus aliquod id probẽ fecissent, tum deficientibus tam victualibus quàm pecunia, de tyronibus facti sunt tyranni, de defensoribus destructores, de propugnatoribus proditores. Despoliabant domi rucolas, in campis accolas, eorum boues rapientes, & ad cibaria sua mactantes. Multiplicatusq; est in tantum eorum numerus, vt neminem in illa regione timerent, continuaueruntq; sua scelera in illa prouincia per quatuor ferẽ annos. Sub istis diebus applicuerunt in Anglia Cardinales rogatu regis, directi nuncij domini papæ Iohannis 22. vt pacem inter regna Angliæ reformarent & Scotiæ, & vt comitẽ Lancastriæ Tho. regi pacificarent. Attulerunt etiam secum bullas, quibus dominus papa Scotos excomunicauit, eò quòd desciiuissent a domino suo rege Angliæ, nisi redirent ad pacem eius. Qui prout moris est Romanorum in exterar regiones venientium, semet ostentare volentes, contulerunt se sub omni festinatione in partes boreales, vt dominum Lodovicũ de Bello monte, cui dominus papa ad regis instantiam Dunelmensem contulerat Episcopatu, electo eiusdẽ loci cassato, cum pompa Romana intronizarent, quamuis præmoniti fuissent, vt in comitatu Eboraci se continerent & vltra progredi non præsumerent, nisi regia manu fulti. Cumq; venissent prope villam de Derlington, subito de valle quadam erumpentes dicti grassatores, ducibus Gilberto de Middleton, & Gualtero de Selbye inopinatò irruerunt in familiam Cardinaliũ & Lodowici futuri episcopi Dunelmensis. Et nulla reuerentia habita ad tantas personas, eos de thesauris & equis suis spoliarunt. Lodovicum verò episcopum Dunelmensem ducentes ad villam de Morpath ad redemptionem grauissimam compulerunt. Henricus de Bello monte, qui cum illis venerat, captus cum equis & thesauris plurimis ductus est ad castrum de Mitforde, ibiq; detentus, donec magnam summam pecuniæ persoluisset. Cardinales autem cum sua familia Dunelmiam peruenierunt, vbi per dies aliquot perhendinantes & Scotorum arbitrium præstolantes, infecto negotio pro quo venerant, reuersi sunt sub conductu regio Eboracum. Ibiq; horribilem tulere sententiam in malefactoribus

Cardinales spoliantur.

res Northumbriæ, & omnibus eis quomodolibet adherentes. Quam sententiam publicari fecerunt per totam Angliam. Redeuntes verò Londonias, petierunt a clero octo denarios de marca sibi dari, pro damnis suis & expensis, nō habentes respectum ad 4. denarios sibi de marca prius concessos. Sed clerus huic petitioni noluit obedire.

Gilbertus de Middleton post plura damna illata prioratui de Tynmuthe, & patriotarum depredationes captus est & vinculis arctatus, vnā cum fratre suo transmissus Londonias, vbi iudicialiter condemnatus in oculis Cardinalium quos spoliauerat, tractus & suspensus est. Qui sibi famulatum præbuerant, audientes eum captum, ad Walterum de Selby consortem suæ malitiæ, qui vicinis similem iuferebat iniuriam se contulerunt. Cardinales per id temporis fecerunt pacem sub certis conditionibus inter regem & comitē Lancastriæ Thomam, quas citò postea rex infregit, vt dicebatur iniuste.

Middleton suspensus.

Anno 1317. Scoti ad Eboracum, & Lancastriam comburendo, prædando, vastando peruenerunt. Quapropter prælati regni, accitis sibi cardinalibus regi deprecantur, vt tantis malis velit remedium prouidere. Quod confestim posset effici, si baronum suorum petitionibus acquiesceret vt dicebant. Quorum supplicationibus rex inclinatus diem præfixit, quo apud Leicestriam petitiones baronum & articuli confirmarentur. Quibus concessis per regē, Cardinales quasi grande quid patrasent in regno, ad curiam redierunt, quæ tunc extitit Ambianis. Post lapsum temporis regis concessio friuola videbatur & inanis. Circa festum S. Michaelis in Parlamento tento Londonijs fuit ordinatum, vt rex haberet contra Scotos auxilium de qualibet ciuitate, vel villa regni, quæ homines exhibere posset. Qui congregati magnum conflauerunt exercitum. Cumq; peruenissent Eboracum, suborta discordia, redire iussi sunt ad propria infecto negotio.

Scotorum prædatio.

Edwardus le Brus frater regis Scotorum, qui iam per trienniū Hyberniam infestauerat, & nullo iure se ibidem in regem coronauerat, captus est ab Anglicis & regis fidelibus, & apud Dundalk decollatus, occisis in conflictu quo captus fuit 29. Baronettis de Scotia, & 5. millibus, & 80. alijs, Primate de Armaikh pro rege Anglorum capiteo existente.

Edwardus Brus captus.

Robertus le Brus inuasor regni Scotiæ, autoritate Romanæ Curie excommunicatus est solemniter & publicè in toto regno Scotiæ, & omnibus terris adiacentibus, eò quòd venit contra fidelitatem regi Anglorum ab antiquo debitam, regnūq; Scotiæ generali supponitur interdicto.

Regnum Scotia excommunicatum.

Anno 1318. quidā proditor dictus Petrus de Spalding, qui fuit custos Berwici accepta pecunia, Scotos intrare permittebat ipsam villā, vnde rex est grauiter contristatus. Mox ergò properauit illuc pergere, villamq; cingere obsidione. Et cum id fecisset, Scoti adunati ad numerum 20. milliū per partes obli-
40 quas intrauerant Angliā, proponentes reginam capere quæ in illis partibus morantur traxit, sibi venditam per quosdam Angliæ proditores. Attamen Deo volente fraudati sunt a desyderio suo, perdita tam pecunia quàm ipsa præda. Quapropter versi in omnē rabiem, inæstimabilia damna in illis partibus perpetraverunt.

Scotorum irruptio.

Eboracenses collectis 10. millibus patriotarum Scotos obuiant apud villā de Mytone. Et facto congressu superantur a Scotis, de nostris ad tria millia hominū interemptis. Cuius facti rumor cum peruenisset ad aures regis, illicò dimissa obsidione Berwici festinauit Scotis occurrere, priusquam proprios limites reintrarent. Sed tamen illi præmoniti per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

50 Treugæ biennales acceptæ sunt inter Anglos & Scotos.

Hoc anno fuit pestis bouum, qui tam lætifere fuerunt infecti, vt canes de cadaveribus eorum comedentes & corui, quasi toxicati veneno intumescerent & mortui caderent. Quamobrem nemo fuit ausus comedere carnes bouinas aut vaccinas. Regina peperit filiam suam primogenitam Alienoram apud Woodstocke.

Bouum pestis.

*Scotorum ir-
rupcio.*

Anno 1319. rege existente Eboraci, Scoti intrauerunt Angliam, & illuc vsq; penetrauerunt, & suburbana ciuitatis cremauerunt, & captiuos ceperunt dominum Ioh. de Bretayne comitem Richmondia & plures alios. Quos omnes ad grauissimam redemptionem cōpulerunt. Leprosi per totā christianitatem diffamati fuere, quod inijsent sādus cum Saracenis, ad toxicandū christianos vbiq; terrarum, ponentes venenum in fontibus, puteis & cisternis. Super quo multi de Francia, & Prouincia conuicti combusti sunt, & Iudæi detenti & incarcerati propter auxilium eis prælitum & consensum.

*Leprosorum
executio.*

*Terra de Gom-
eri.*

Anno 1320. Quidam miles dictus Guliel. de Brewes quandam portionem terræ ipsum contingētem iure hæreditario in Marchia Walliæ, diuersis domini obtulit ad emendum. Quæ terræ portio terra de Gowers antiquitus vocabatur. Comes Herefordiæ quia dicta terra contigua fuit terris suis, conuentione facta cum dicto Guliel. disposuit cum regis licentia dictam terram ingredi, tanquam propriam possessionem. Rogerus de mortuo mari f. auunculus, & Rogerus nepos, nescientes de pacto prælocuto, ad dictum Guliel. de Brewes accedentes, cum eo conuenerunt de dicta terra, sibi & suis habenda, & quasi securitatem bonam de præfato Guliel. reportarunt. Dominus Ioh. de Moumbray, qui filiam dicti Guliel. duxerat in uxorem, quæ fuit vnica hæres de tota terra præfata, tanquam vxori suæ hæreditario iure debita securior exitebat. Nouissimè ad omnem malorum cumulum, Hugo de Spencer iunior terram illam exclusis omnibus alijs comparauit. Quo cognito præfati proceres irati sunt valdè. Comes verò Herefordiæ Humfridus de Bonn conquestus est super iniuria sibi illata Thomæ comiti de Lancastria. Qui allicientes ceteros penè cunctos comites, & barones in partem suam, duce Thoma de Lancastria venerunt Shireburniam. Inde q; barones vexillis explicatis venerunt ad villam de S. Albano, ibi per triduum cum suis armatis exercitibus perhendant, miserunt ad regem Londonijs commorantem solemnes nuncios, Sarisburiensem, Eliensem, Herefordensem, & Cicelestrensem præfules, qui tunc ad S. Albanum conuenerant pro pace reformanda, mandantes, vt dominus rex Hugonem, & Hugonem le Spencer regni proditores per cōmunitatem regni in multis condemnatos articulis, exilium meritum subire permetteret, et baronibus ac omnibus qui in eorum comitiua arma sumpserant indemnitate patentes literas concederet. Quibus petitionibus cum rex nollet condescendere, barones cū fastu nimio Londonias adierunt. Tandem rex ad instantiam reginæ, & præfatorum pontificum eorum petitionibus acquieuit. Edicto q; super hijs per comitem Herefordiæ in aula Westmonasterij publicato, Hugo senior in exilium actus est, sed iunior Hugo in diuersis locis latitauit, nunc in terra, nunc in mari, nec potuit apprehendi.

*Baronum in-
surrectio.*

Spenceri exulat.

*Hugo Spencer
redit.*

Circa festum omnium sanctorum Hugo de Spencer iunior filius Hugonis senioris ascendit è mari, & peruenit ad regem, cuius consilio & quorundam aliorum, rex mandauit breuia sua ad omnes regni vicecomites ad congregandum exercitum contra barones, cupiens vindicari de despectu & rebellionem nuper sibi factis Londonijs. Barones hæc audientes ad se defendendum protinus parauerunt.

*Regi prepara-
tio in Barones.*

Anno 1321. tenuit rex natale apud Cirecestriam cum magna militum, scutiferorum & architenentium numerositate, proponens aut mori viriliter, aut velut rex superbos subiectos imperialiter dominari. Quidā baronum hijs cogitantis animo conciderunt, & neglecto iuramento quod in commune præstiterant, regis gratiæ se submisere. Inter quos erant præcipui duo Rogeri de mortuo mari, qui contra suam opinionem missi sunt ad Turrim Londoniarū ibidem detinendi, donec præuidisset quid de eis fieri decreuisset. Eo tempore dominus Hugo de Audelee senior, & dominus Mauricius de Beeklee in manus regis incidentes, missi sunt ad castrum Walingford conseruandi. Nulla fuit interim requies, donec vterq; exercitus regis & baronū iuxta villam de Burton super Trent conuenisset. Sed Thomas conspecto regis exercitu suis præstare & numero & virtute, dedecorose fugit, Rex autem fugientes persequitur donec venisset.

venisset ad Burbrige, vbi boreales aduenerant ad supplementum regis exercitus. Cumq; dominus Humfredus de Boun comes Herefordie pontem ibidem transire voluisset a quodam sub ponte, lancea transfixus est & peremptus ibidem. Thomas de Lancastria non valens sustinere pondus praelij imminentis, nec de loco fugere, captus est ab Andrea de Herkle, custode Carleoli, milite mediocris fortunæ cum multis alijs, & ductus ad regis præsentiam, qui tunc fuit apud Pontem fractum, cum vtroq; Hugone de Spencer seniore & iuniore. Tercio verò die a captione sua federunt principes, & aduersus eum dictauere sententiam, adiudicantes eum tractioni, suspensioni & decollationi. Sed indulgentia regis solummodo decollatus est. Sectatores tamē dicti Thomæ qui capti fuere tracti sunt & suspensi. Rex elatus de tanta victoria collegit exercitum, quantus non fuerat per antè visus, vt Scotos suos aduersarios debellaret, & cū magna pompa transijt ad partes boreales. Cuius aduentu Scotis præcognito, se cum suis victualibus ad notas latebras transtulerunt, sicq; factum est, vt rex nec resistantiam nec victualia reperiret. Perijt ergo fame magna pars exercitus, & rex redire coactus est inglorius. Commorante rege minus cautè in loco qui dicitur regalis vallis, Scoti latenter ingressi regnum Angliæ, regem incautum capere meditati sunt, sed deo volente rex præmonitus recessit a loco, quē velut fugientem Scoti insecuti sunt vsq; ad Abbathiam de Byland, sed cum nec ibi tutè perhendinare posset propter Scotorum violētiam, rex arreptis armis fugit celeriter Eboracum, thesauro suo, victualibus, & vtenfilibus direptioni derelictis. Scoti verò in hac peruagatione prosperantes patriam incenderunt, obuios occiderunt, captiuos abduxerunt. Inter quos virum nominatissimum Iohan. de Bretayne, comitem Richmundiæ captiuum traxerunt, & cum multis spolijs domum prosperè redierunt.

Hoc anno dominus Hugo de Spencer pater, factus est Comes Wintoniæ, datis sibi dono regis castro & honore de Donington, quod fuit de comitatu Lincolnæ.

Philippus rex Franciæ moritur, cui succedit in regno Carolus frater eius, qui prius fuerat comes Marchiæ.

Anno 1322. venerunt ad regem Angliæ nuncij noui regis Francorum Caroli, ad citandum eum, vt infra certum tempus accederet ad regem Franciæ, & homagium sibi faceret pro ducatu Acquitaniæ, quos cum Hugo de Spenser iunior & Robertus de Baldok Cancellarius conuenissent, ne regi notificarent aduentus sui causam, ipsi tamen in recessu suo monuerunt eum quasi consulendo, vt veniret infra certum tempus ad homagium faciendum. Super qua monitione siue citatione subdola, fecit quidam notarius, qui fuit vnus ex nuncijs publicum instrumentum, virtute cuius rex Franciæ fecit progressum contra regem, & terras plures Wasconia seysiri fecit, in penam contumaciæ regis Angliæ, qui fuit informatus per malos consiliarios, quod ipsum præfata citatio vel monitio iactabat.

Eodem anno episcopus Glasuensis, & Tho. Rondolf comes Moraniæ missi sunt per Robertum le Brus & totum regnū Scotiæ ad Romanam curiam, pro habenda relaxatione excommunicationum & interdicti sententiæ, in regnum & regnicolas Scotiæ per Cardinales autoritate papæ latorum. Contra quos rex Angliæ misit quendam clericum qui obtulit coram papa se probaturum, Scotorum manifestam & notoriam offensam, non solum contra regem & regnum Angliæ, sed etiam contra sedem Apostolicam fore contractam, ita quod sine satisfactione nō possent a dicta censura relaxari de iure, euenitq; clerici supradicti solertia, quod Scoti infecto negotio redierunt. Per idem tempus Andreas de Herkle ob notam probitatis, accinctus regis manibus gladio militari, & donatus consulatu Carleoli, desciiuit a fidelitate quod domino suo iurauerat regi, & Scotis regis hostibus se coniunxit. Et in tantum sibi Scotos allexit, vt de communi consilio vellent illi sororem regis Scotiæ coniugio copulare.

Rex isti non ignorans doluit se tam ingrato, nec non & perfido tot beneficia contulisse. Erat eo tempore in partibus borealibus miles quidam strenuus,

N.iiij.

dictus

*Thomas de Lancastria captus.**Regis bona a Scotis direpta.**Philippi mort.**Rex Angliæ citatus pro homagio.**Scoti non relaxantur interdicto.**Andreas Herkle proditor.*

*Andrea execu-
tio.*

dictus Anton. de Lucy, qui captans fauorem regium, Andream per insidias inopinatè captum, misit ad regem Londonias catenatum, [vbi quadrifario iudicio condemnatus est. Nempe primò degradatus est, amputatis securi calcaribus ad talos suos, ex post discinctus est baltheo militari, exindè detracti sunt ei calcei, & chirotheca, nouissimè tractus, suspensus, decapitatus, & in quartas diuisus est, & partes quatuor principalioribus ciuitatibus Angliæ sunt transmissæ, caput eius super pontem Londoniarum fixum est, versùs partes respiciens Scotianas.

Rob. le Brus petit treugas a rege Angliæ per solemnes nuncios, & concessæ sunt ei treugæ per annos 13, duraturæ.

Circa festum Michaelis Rex circuiuit Comitatus Eboraci, & Lancastriæ, Marchiam Walliæ, faciens inquisitiones de pacis perturbatoribus, de vulgi communis oppressoribus, de prouinciarum prolocutoribus, & ductoribus, qui per nundinas, siue fora, soliti fuerant concitare seditiones, fouere partes contra partes, manutenere malefactores, & omnes tales captos & conuictos, puniuit iuxta suæ demerita prauitatis.

*Imperator ex-
communicatus.*

Eodem anno papa citauit ducem Bauariæ electum in imperatorem, vt veniret ad curiam, & de electione & iure suo doceret. Et quia non venit in termino limitato, excommunicauit eum, & pronunciauit eum nullum ius habere in imperio, vel ad aliud, & si quod habuit priuauit eundem.

Parliam.

An. 1323. in parlamento tento Londonijs quæsitum est, quid foret respondendum regi Franciæ, qui regem Angliæ iam pluriès vocauerat ad faciendum homagium sibi pro Wasconia, & cæteris terris quas tenebat in dominio regis Francorum. Super quo consultum est per regni proceres, ne Rex transfiret in persona propria, sed priùs mitteret solemnes nuncios, si fortè vel hac vice de non comparendo posset obtinere dilationem, vel omnimodam excusationem. Præterea Rex petijt in præfato Parlamento pecuniare subsidium, pro redemptione nobilis viri Iohan. de Britannia, comitis Richmondia nuper capti per Scotos, apud Abbathiam de Ryland, sed non obtinuit.

*Templariorum
bona ablegata.*

In eodem Parlamento, terræ, possessiones, & dominia, quondam templariorum, assensu communi, totius cleri, & populi hospitalarijs concedentibus iure perpetuo, per omnes regni prouincias possidenda.

In eodem Parlamento electi sunt viri nobiles, comes videlicet Cantij Germanus regis, Edmundus de Hodestoke, & Archiep. Dublinensis, ad excusandū Regem Angliæ, penes regem Franciæ vt superiùs dictum est. Qui cum diu inutiliter tractassent cum rege Franciæ, ei usq; consilio, demum sine suæ legationis fructu reuersi sunt.

Rex Franciæ per idem tempus, misit dominum Carolum de Valoys patrum suum in Wasconiam cum magno exercitu, ad inuadendum possessionem totius ducatus Acquitaniæ, quia rex Angliæ non venit ad faciendum homagium suum regi Franciæ pro ducatu & comitatu Pontini, quem seysiu, ad quod faciendum fuit vocatus, vt superiùs est expressum.

Carolus ergo peregrinatus totam Agemmam, & illas partes seysiu, vsq; ad villam de Regula, in qua tunc fuit dictus Edmundus frater regis Angliæ, Comes Cantij tenens eam. Finaliter, treuga inita inter eos, vsq; ad tempus quo possent de pace tractare, reddita est illa nobilis villa de Regula Carolo supra dicto, & vtraq; pars ad propria remeauit.

*Rog. de mortuo
maris fuga.*

Rog. de mortuo mari, dominus de Higemor, qui cum Rogero auunculo suo in guerra baronum regis gratiæ se submiserat, & in turri Londoniarum clausus fuerat, data suis custodibus soporifera potione, euasit per omnes turris custodias, & peruenit ad flumen, vbi quandam cimbam reperiens, a quodam coadiutore sibi paratam, illam intrauit, & cum summa felicitate mare transijt & in regnum Franciæ, sine quouis impedimento peruenit, vbi diu degens, gratiam reconciliationis expectauit.

Rogerus auunculus huius Rogeri, ferè per quinquennium, squalore carcerali detentus ibidem satis inhumaniter, tandem diem clausit extremum, cuius

ius corpus delatum Bristoliam sepelitur.

Circa tempus istud, missus est ad regem Franciæ dominus Aymarus, comes Penbrochiæ ad tractandum de pace prælocuta. Sed cum peruenisset ad villam de S. Richerio inopinato lāguore correptus, inter brachia domesticorum expirauit. Missi sunt & alij pro causa præfata, scilicet dominus Iohannes de Suliaco, & magister Iohannes Schordich. Sed Iohannes de Suliaco, ibi de quadam transgressione accusatus, vix interuentu reginæ Franciæ, mortem euasit, collega suo, sine fructu sui itineris domum reuerso.

Interim comeatus interdicuntur inter regna, sicq; quod, neq; Francis in Anglia, nec Anglis in Frācia, negotiari licebat. Familiares reginæ quotquot erāt, oriundi de Francia, sine spe reuersionis, regnum exire coguntur, terræ præterea, & castella reginæ, seiscita sunt in manū regis, datis reginæ statis stipendijs de bursa regis. Religiosi etiam, & beneficiati de gente Francorum, in maxima miseria vitam transigere compelluntur, eorū beneficijs confiscatis, & exilissimo victu, eis de rebus proprijs deputato.

*Alieni Angliæ
pulsī.*

Anno 1324 in octauis S. Hillarij, in Parlamento tento Londonijs, tractabatur de saluatione ducatus Britannia, quæ iam per Gallos fuit multipliciter lacerata. Pro qua causa missi sunt solemnes nuncij, ad regem Franciæ, Wintoniensis, & Norwicensis episcopi & vir illustris dominus Ioh. de Britannia comes de Richmund. Qui post multas disceptationes tandem quandā pacis formam, a rege Franciæ receperunt. Wintoniensis episcopus, collegis in Gallia remanentibus, remissus est in Angliam nunciaturus regi, quæ facta sunt. Regale consilium decreuit reginam mittendam ad regem Franciæ fratrem suum, pro pacis negotio confirmando. Quæ cum transiret cum parua familia, scilicet, Ioh. de Cromwelle, & tribus aut quatuor militibus, effecta mediatrix præsentis negotij, tali fuit pacto finaliter concordatum. Videlicet, vt rex Angliæ daret filio suo primogenito scilicet Edwardo ducatum Aquitanie, & comitatum Pontini, & rex Franciæ reciperet homagium ab eodem.

Pactum

*Pacis forma inter
reges.*

Rex Angliæ fecit chartam suam, filio suo prædicto, de dictis ducatu & comitatu, habendis & tenendis, sibi & hæredibus suis, regibus Angliæ, & si contingat ipsum mori in vita patris sui, terræ redirent ad ipsum patrem, ita quod rex Franciæ non possit, dictum filium maritare nec tutorem, aut curatorem sibi dare. Quibus ita peractis, Edwardus filius regis mare transiit cum familia competenti. Et circa festum Sancti Matthæi fecit homagium auunculo suo Regi Franciæ sub quibusdam protestationibus. Et etiam ex parte Francorum protestatum est. Acta sunt hæc in Francia, apud prædium regis Franciæ quod dicitur Boydenicens.

Eodem anno moram faciente regina in partibus Franciæ cum filio, ultra regis placitum nec volente redire, sine domino Rogero de mortuo mari, & alijs nobilibus ex Angliā præfugatis, & quā maximè propter odium duorum dispensatorum, Hugonis, & Hugonis, qui procurauerant anno præcedente, ab ipsa remoueri familiam suam, banniuit tam reginam quā filium proprium, cum omnibus qui illis adhæserant de regno suo.

Regina exulat.

Eodem tempore Robertus de Balbesare miles vir virsutus, & magnus dissidij suscitator, sed tamen manu fortis, euasit de castro de Corf, interfecto constabulario, & ad reginā tunc exulem se contulit ultra mare, vbi multipliciter indies fugitiuorum numerus augebatur.

Hoc anno dominus Oliuerus de Ingham miles iuuenis factus custos Aquitanie, per iuuenem ducem Edw. de consensu patris sui, collecto grandi exercitu, de stipendiarijs militibus, Hispanis, Arragonicis, & Gasconensibus, provinciam Agennensem occupatam per regem Franciæ contra pacem inuasit, & dominio regis Angliæ integraliter restituit.

Sub eisdem diebus, nauigium regis Angliæ 100. naues Normannicas cepit, & in Angliam secum traxit. Qua de causa succreuit odium inter reges, & regna, & damna utroq; pro viribus inferebantur.

*Odium inter
Normannos &
Anglos.*

Regina fugat.

In fine anni præsentis, percipiens regina magnates Franciæ fore corruptos, Anglorum muneribus, & nusquam tutam fidem, festinauit egredi de calore domus recab, & Francos latenter fugere, contulitq; se cum filio ad comitem Hanoniæ; ab eo auxilium petitura. A quo cum filio, & suis omnibus magnifice est suscepta, & prout tantam reginam decuit, honorifice exhibita pro tempore perhennationis suæ.

Regina in Angliam appulsa.

Anno 1325. Isabella regina Angliæ contractis sponsalibus inter filium suum primogenitum Edw. & filiam comitis Hanoniæ Philippam nomine, assumptis secum filio suo, 14. ætatis annos habente, & domino Edmundo de Hoodestock comite Cantij, Germano regis Angliæ, dominoq; Rogero de mortuo mari, & alijs multis viris illustribus de regno Angliæ profligatis, duce domino Ioh. viro strenuo, fratre comitis Hanoniæ, quæ sequebatur milites stipendiarij de Cermania, & Hanonia plures valde, Proinde parata classe, per comitem Hanoniæ, regina peruenit ad mare, cum suis auxiliarijs, qui fuere duo mille, septingenti, quinquaginta septem viri sufficienter armati. Regina transfretando peruenit ad portum de Herewych. Confestim occurrere comites, Marefcalli, & Leycestræ, cum Lincolnensi, Herefordensi, Dublinensi, & Eliensi episcopis, qui iuncti reginæ, magnū exercitum confecerunt. Alij quidam episcopi, & præcipue Cantuariensis, sibi pecunias ministrare. Recreato exercitu apud S. Edmundum, processit regina, suos regniq; aduersarios quæsitura, neminem lædens in bonis, aut catallis, nisi solum aduersarios quos quærebat, quorum bona repta suis vñibus applicabat, & prædia destruebat. Rex cum hæc audisset, petijt Londonienses, vt sibi præberent auxilium. Qui responderunt quod ipsum dominum regem, reginam, & filiū eorundem hæredem regni legitimū, honorare vellēt obsequio debito, & extraneis, regniq; proditoribus, portas clauderent, & resisterent iuxta vires, exire verò ciuitatem suam se nolle fatebantur ad pugnam, nisi possent iuxta libertatem eis concessam, ipso eodē die reuerti ante solis occasum. Quò audito, communiuit Turrim Londoniarum armis, & victualibus, relinquens ibi filium suum iuniorem, scilicet Ioh. de Eltham, fecitq; proclamari Londonijs, vt vnusquisq; sub forisfactura resisteret applicatis & eos inuaderet, & occideret, si quo modo posset, exceptis solummodo regina & filio suo Edwardo, comiteq; Cantij Germano suo.

Regis proclamatio.

Item quicumq; caput Rogeri de mortuo mari regi deferret, mille libras reciperet pro mercede. E contra de parte reginæ fuit proclamatum, vt omnes de pace bonam spem haberent, exceptis regni perturbatoribus, scilicet de Spencers patre, & filio, & Roberto de Baldock regis Cancellario, & fautoribus eorundem.

Regina proclamatio.

Item proclamatum est vt nullus caperet inuito possessore, valorem trium denariorum, sub pena mutilationis digiti, nec valorem sex denar. sub pena manus amputandæ, nec valorem 12. sterlingorum sub pena decapitationis. Et quicumq; caput Hugonis de Spencer reginæ deferret, reciperet duo millia librarum de regina.

Hugo de Spencer suspensus.

Londonienses per idem tempus fecerunt coniurationem, vt aduersantes reginam, sine delectu captos, sententia plecterent capitali. Comprehendentesq; vnum de suis ciuibus, dictum Iohannem Marthial decapitauerunt, & eius bona rapuerunt, quia nimis familiaris fuerat domino Hugoni de Spencer iuniori. Apprehensum insuper magistrum Gualterum de Stapleton episcopum Exoniensem decollauerunt, cum duobus de sua familia, scutifero, & valecto, pro eo, vt dicebant, quod collegerat multitudinem exercitus ad resistendum reginæ. Claves etiam turris Londoniarum extorserunt de manibus constabularij dictæ Turris, & omnes incarceratos liberauerunt.

Regina interim obsedit villam & Castrum de Bristoliam, quod fuit citò sibi redditum, cum dicta villa. Et in crastino aduentus eius, ad clamorem vulgi, fuit Hugo de Spencer pater tractus & suspensus ibidem in armis proprijs, super communi furca latronum.

Dum

Dum hæc ita geruntur, Rex vagabundus, nunc hic, nunc ibi, pro varietate locorum, in spem erectus, & de spe deiectus, in magna solitudine versabatur. Senescallus domus regie dominus Thomas Blount, cum tota sua familia assumptis secum victualibus & armis, cum dextrarijs multis valde, se contulit ad reginam.

Rex verò cum Hugone de Spencer iuniore, & Rob. de Baldock, disposuit cōfugisse in Hyberniam. Sed inter pelagi constitutus pericula, miserabiliter per vnam ebdomadam vacillauit. Tandem applicuit in Wallia cum suis familiaribus, & fraude Wallensium captus est in die S. Edmundi Archiep. iuxta castrum de Lantruffan. Capti sunt etiam, Hugo de Spencer iunior, Robertus de Baldock & Simon de Radingia. Et rex quidem domino Henrico Coniti Lancastrie, consanguineo suo conseruandus committitur, & ductus per eundem ad castrum de Kenelworth: dominus Hugo de Spencer, Rob. de Baldock, & Simo de Radingia, ad reginæ præsentiam, quæ tunc fuit Herfordiæ, sunt deducti, comes de Arundell, Iohannes Daniel, & Thomas de Mucheldeuere, procurante Rogero de mortuo mari, sine quo nihil pene regina gessit, ante eorum aduentum fuerunt decollati.

Post hæc dominus Hugo prædictus apud Herefordiam mortis accepit sententiam, sine responso. Vbi tractus, & suspensus est in furca habente quinquaginta pedes in altitudine, & ex post decapitatus & quarterizatus est. Eodē die Simo de Radingis tractus fuit, & suspensus in eadem furca, sed inferius per decem pedes, hic de familia regis fuit, & multa conuitia irrogauerat sæpe reginæ. Rob. de Baldock obiit in carcere, & tormentis.

Regina præmissis expeditis, se transtulit cum filio suo, duce Aquitanie, dominoq; Rogero de mortuo mari, & alijs ad castrum de Wallingforde ante festum natalis.

Anno 1327. & regni regis Edwardi a conquestu secundi 20. & ultimo, tenuit regina natale cum filio, Wallingfordiæ, cui festo præsentibus fuere, duo regni Archiepiscopi sexq; episcopi, cum prælatis multis, regniq; proceribus, & nobilibus, virisq; famosis.

Exacto natali, venit regina cum filio suo Londonias ante festum Epiphaniæ ubi cum magno gaudio suscepta fuit. Conuenerunt illic etiam tota regni nobilitas citata prius ad parliamentum tenendum ibidē in crastino dicti festi. Vbi communi decreto censuerunt regem indignum diademate, & propter plures articulos deponendum, & Edwardum filium eius primogenitum in regem unanimiter eligendum. Quod etiam consequenter factum fuit, & electio in magna aula publicè diuulgata. Missi sunt igitur de parte totius Parliamenti tres episcopi, duo comites, & duo Abbates, quatuor barones, & de quolibet comitatu tres milites, & etiam de ciuitatibus, & magnis villis, atque de portibus, ad certum numerum virorum honorabilium, ad regem degentem apud Kenelworth, qui nunciarent electionem filij sui, & requirerent ab eo, vt renunciaret dignitati regie, & coronæ, atq; permetteret filium suum regnare pro eo, alioquin ipsi redderent sibi homagia in prædictis. Rex hijs auditis, respondet cum lachrymis se multum dolere, quod sic demeruit erga populum regni sui. Sed ex quo res ista fuit impreuertibilis, ab omnibus veniā precabatur, & gratias agebat ex corde, quod filium suum primogenitum elegerent, nuncij verò redeuntes ad Parliamentum cum regis responso, & insignijs, plebem lætam fecere, mox tota regni communitas Edwardum iuuenem, quatuordecim annos ætatis habentem in regem promptissime admiserunt, & 27. diem Ianuarij, diem primum regni sui esse decreuerunt, & in omnibus regni communitatis pacem eius proclamari fecerunt, sub hac forma.

Edwardus dei gratia Rex Angliæ dominus Hybernæ, & dux Aquitanie, vicecomiti N. salutem. Quia dominus Edwardus nuper Rex Angliæ, pater noster de communi consilio, & assensu prælatorum, & comitum, & baronum, & aliorum magnatum, nec non & comitatum totius regni prædicti, spontanea voluntate se amouit a regimine dicti regni, volens & concedens,

O. ij.

quod

Edw. sagatur.

Rex captus.

Paulant

Rex deiectus regno.

Edw. 3. fit rex.

quod nos tanquam ipsius primogenitus & hæres, ipsius regni gubernationem & regimen assumamus, nosq; ipsius patris nostri beneplacito in hac parte de consilio, & ausamento prælatorum, comitum, & baronum, magnatum, & comitatum prædictorum annuētes, gubernacula suscepimus dicti regni, & fidelitates & homagia, ipsorum prælatorum, & magnatū recepimus, ut est moris, desiderantes igitur, pacem nostram, pro quiete & tranquillitate populi nostri inuiolabiliter obseruari, tibi præcipimus, quod statim visis præsentibus per totam baliuam tuam, pacem nostrā facias publicè proclamari, vniuersis & singulis ex parte nostra inhibendo, sub pœna & periculo exhæredationis, & amissionis vitæ & membrorum, ne quis dictā pacem nostram infringere seu violare præsumat. Sed quilibet actiones & querelas suas absq; violentia quacūq; prosequatur secundū leges & consuetudines regni nostri, nos enim parati sumus, & semper erimus, omnibus & singulis conquerentibus, tam diuitibus quam pauperibus, in curijs nostris plenam iustitiam exhibere.

Kalend. Febr. die dominica, in vigilia purificationis, Edwardus iuuenis suscepit arma militaria, cum multis alijs adolescentibus generosis, per dominum Henr. comitem Lancastriæ, & eodem die coronatus est apud Westmon. per Gualterum Archiep. Cantuar.

Reginæ matri regis assignata fuit dos talis ac tanta, quod regi filio suo pars regni tertia vix remansit.

Regi deposito, per singulos menses assignatæ fuerunt per consiliū 100. marcar, sed non permissus est per vnus anni spatium gaudere tantilla remuneratione, nam nequiter atq; crudeliter a suis custodibus interfectus, prout dicitur, viuere desijt ante finem anni, nempe si vulgo credendum est, tortores immites eum deiectum obruerunt, quodam ostio ponderoso detinentes eum ne surgeret, donec tortores imposuissent cornu, in secreto egestionis suæ loco, & per foramen immisissent ignitum veru in viscera sua, ne videlicet vestigia adustionis in cute sua aliquāliter appareretur, de cuius meritis, an inter sanctos connumerandus sit, fræquens est in vulgo disceptatio, sicut & de Thoma comite Lancastriæ quondam fuit.

Eodem anno iuuenis rex Angliæ, cum matre sua, & stipendiarijs suis alienigenis, & alijs multis regnicolis, versus Scotiam properauit, peruenitq; ad Stānoppark, vbi exercitus Scotorum fuit. Et quia fuit ei exercitus multo maior, & fortior, quam ipsis Scotis, obsedit eos in eodem loco, scilicet in herdale, diebus 15. sed mediante proditiōe quorundam magnorum Angliæ, sine læsione fugerunt. Vnde rex cum dolore maximo reuersus est, remittēs ad partes proprias Hannonienses, & stipendarios quos conduxerat.

Iacobus autem Douglas, dum rex ut præfertur Scotos circumfederet nocte quadam cum paucis latenter penitrauit ad regis tentoria ut eum caperet, vel occideret, si fortuna faueret. Sed Capellanus regis, vir cordatus & fortis regem defendit cum quibusdam alijs, donec idem præbiter caderet interemptus. Iacobus verò dux Scotorum, præuidens sibi imminere periculum, fugam cepit, & vix ad suos illæsus euasit.

Dominus Ioh. Mantrauers, & Tho. Gurnay, metuentes pœnas soluere pro morte regis, repenti fugerunt. Sed dictus Thomas post 3. annos, notus & captus, apud Marsiliam remissus est versus Angliam, pœnam pro demeritis recepturus. Qui tamen illuc non peruenit, sed in mari decapitatus fuit, sub quodā colore, ne fortè magnas quasdam personas regni de consensu regis necis, vel conuententia accusaret.

Dominus Iohan. Mantrauers, se transtulit in Alemanniam, & ibi mansit per plures annos.

Hoc anno obiit Carolus de Valoys patruus regis Franciæ.

Eodem anno obiit Robertus le Brus rex Scotorum, relicto paruulo filio suo 8. annorum, quem Scoti receperunt pro rege suo.

Obiit etiam Rex Francorum Carolus 3. frater, qui fuit germanus serenissimæ dominæ Isabellæ Anglorum reginæ, matris Edwardi regis præsentis. Per cuius

*Rex nequiter
occisus.
infanti nefas
in auditu.*

*Expediit in
Scotiam.*

Edwardi periculum.

cuius mortem deuolutum fuit regnum Franciæ iure successorio, ad Edwardū regem Angliæ, qui nunc regnat, sed per dominum Philippum de Valois filium patruī dicti domini Caroli per vim & potentiam se intrudentem, contra iustitiam occupatum.

Philippus de Valois, occupat Francorum regnum, iuuenis rex Angliæ duxit Philippam filiā comitis Hannoniæ in vxorem, quæ fuit filia sororis Philippi de Valois nunc occupantis Franciam, licet illa affinitas, aut vlla alia cum Francis contracta, Angliæ nunquam profecisset.

- 10 Parliamentū tentum apud Northamptonā, in quo facta fuit turpis pax inter Anglos & Scotos, ita quod Dauid filius Roberti le Bruse, duxit sororem regis Angliæ in vxorem, & rex Angliæ cum matre licet infra ætatem exiltens, fecit Scotis chartas, quarum tenor ab Anglicis ignoratur. Sed hæc omnia facta sunt per ordinationem reginæ, & Rogerum de mortuo mari, & Iacobum Douglas Scotum.

Turpis pax inter Anglos & Scotos.

- Anno 1328, magister Simon Archiepiscopus Cantuar tenuit conciliū provinciale Londonijs, in quo ordinauit quod in die Parasceses & in die commemorationis animarum, ab omni opere cessaretur. Item statuit de consensu concilij, quod festum conceptionis beatæ Mariæ principaliter celebraretur. Item ipse, & omnes Prælati tunc præsentēs, excommunicarunt, & excommunicatos denunciarent omnes illos qui Gualterum de Stapleton episcopum Oxoniæ interfecerunt, seu in eum manus violentas quomodolibet iniecerunt, & omnes qui eis opem, assensum, & consilium præbuerunt.

Concilium Archiep. Cant.

- 30 Circa festum Ascensionis dominicæ, Rex Angliæ transiit mare, & fecit homagium regi Franciæ, pro toto ducatu Aquitanicæ & comitatu de Pontyf sub quibusdam protestationibus, quod homagium suscepit rex Franciæ sub alijs conditionibus, videlicet quod non admittit homagium, pro terris quas pater suus Carolus equitauit, quousque esset sibi satisfactum pro damnis & expensis.

Regis Angliæ homagium.

- 30 Circa festum Michaelis in Parlamento tento Sarisburie, fecit rex 3. Comites, dominum Iohan, de Eltham fratrem suum comitem Cornubiæ, & dominū Rog. de mortuo mari comitem Marchiæ walliæ, & Pincernam Hybernici comitem de Ormund.

Parliamentum.

Anno 1329, Dauid filius Roberti le Brus, Iohannam sororem regis Angliæ duxit vxorem.

Hoc anno, procurante regina, & Rogero de mortuo mari, dominus Edmundus de Hoodstocke Patruus regis comes Cantij decollatus fuit, propter quasdam confessiones, & literas apud se repertas, licet nullę confessionum vel literarum earundem, etsi verę fuissent, deberent causam tribuere morti eius. Qui cum tristem accepisset sententiam, hora diei prima, in Parlamento tento Wintoniæ, extra portas tamen stetit vsque ad vespertas condemnatus, nullo in eum volente manum mittere, donec miser aliquis de Mariscallia eum iussus est decapitare. Qui eò minus deploratus fuit, quod familiam malam habuit, quæ supra modum afflixerat populares.

Edmundus de Hoodstocke decollatus.

- 40 Sub hijs diebus Papa fecit graues processus iteratō contra ducem Buaricæ, electum in imperatorem, & adhærentes sibi. Et pro sustinenda guerra contra eum, omnes fructus beneficiorum vacantium per quadrenium reseruauit.

Anno 1330, Robertus le Brus, qui se regem Scotorum fecerat, lepra percussus obiit.

Scotorum rex lepra moritur.

Ipsō anno, natus regi Edwardo filius primogenitus, Edwardus vocatus de nomine patris sui.

- 50 Hoc anno dum Parliamentum teneretur apud Notingham, captus fuit de nocte, in camera reginæ matris regis dominus Rogerus de mortuo mari Comes Marchiæ, per dominum Guliel. de monte acuto, & alios, ipso rege præsete & mox Londonias missus fuit, vbi mortis excepit sententiam suspensus apud Elmes, super communi furca latronum. Cause quę imponebantur eidem prout accepimus, stē fuere.

Parliamentum.

Prima causa, quod fuit consentiens morti regis Edw in castro de Barkley.

O. iij.

Secun-

Secundariè, impositum ei fuit quòd ipse impediuit honorem regis, & regni apud Stannoppark vbi Scoti fugerunt, qui capi & interfici potuerunt.

Tertiò, quòd ipse recepit 20. millia librarum a Scotis, & illos tunc permisit euadere, & turpem pacem postmodum inter Scotos, & regem iuuenem fieri procurauit. Et super hoc chartam regis fieri fecit eisdem. Et etiam illud vile matrimonium contractum inter sororem regis, & Dauid filium Rob. le Brus consummari consuluit, & procurauit.

Quartò, quòd malè consumpsit totā pecuniā in thesauris patris huius regis, & domini Hugonis de Spencer inuentam. Et omnia bona regni, postquam Angliam regina intrauit, suæ dispositioni subiecit, ita quòd ipse & regina abundabant, & dominus rex egebat.

Quintò, quòd appropriauit sibi custodias & maritagia nobiliora per totam Angliam. Et quòd fuit malus conciliarius regis & reginæ matris, & nimis secretus cum ea, vt de alijs taceamus.

Rex matri mille libras assignauit.

Rex Edwardus de consensu procerū recepit in manu sua, omnes terras prius matri suæ concessas, & ordinauit vt singulis annis perciperet mille libras.

Papa concessit regi Angliæ decimas omnium bonorum ecclesiasticorum per quadriennium, medietate sibi retenta.

Parliamentum.

Anno 1331. fuit Parliamentum tentū Londonijs in quo concessa fuit a populo quintadecima, & a burgenfibus decima per vnum annum.

Circa festum S. Laurentij venit in Angliā dominus Edwardus de Baliol dicens se ius habere in regnum Scotiæ, cui adhæserunt, dominus Henricus de Bello monte, Dauid comes de Atheles, Gilbertus Vmfreuile, Rich. Talbot, & alij multi nobiles, asserentes se ius habere, ad terras & possessiones in dicto regno, vel ratione suarum coniugum, volentes ingredi Scotiam per regnum Angliæ, quod rex noluit permittere contemplatione sororis suæ, nuptæ Dauid filio Roberti le Brus. Quapropter ipsi intrauerunt per mare Scotiā iuxta Dunfermely, vbi mox in littore maris resistentiam inuenerunt. Ac tam Scotos resistentes fugauerunt Anglici pedites, & plurimos occiderunt, priusquam gentes de arniis, naues egredi potuerunt. Ex post infra dies paucos, commiserunt prælium iuxta Gledesmore, vbi duo millia Anglicorum vicerunt 40. millia Scotorum præ multitudine semet opprimendum & pressura. Ibi intercepti sunt de parte Scotorum, 5. comites, & multi alij interfecti.

Scotorum clades.

Profectione regis in Scotiam.

Anno 1332. continuata fuit guerra in Scotia, per dominū Edw. Baliol, & nobiles antedictos, ad quos accesserunt plures alij viri nobiles de regno Angliæ, voluntariè, proprijs sumptibus militaturi, qui villam & castrū de Berwyk obsederunt. Rex Angliæ considerans multa vituperia sibi, & antecessoribus suis per Scotos illata, & quòd concordia facta inter ipsum & Scotos fuit irrita per prodicionem, ipso in minori ætate notoriè constituto, & in custodia matris suæ existente, iam contra consilium matris suæ, collecta multitudine armatorum, ad Berwyk potenter accessit, vbi tenentes castrum & villam, multos dolosos tractatus habuere cum eo, vt ab extra adiutorium expectarent. Sed hæc de regis Angliæ profectione gesta sunt, anno sequenti.

Eodem anno quo supra, Edwar. filius Iohan. de Baliolo, apud Scone, in regem Scotiæ coronatur.

Scotorum strages.

Anno 1333. in festo S. Margarete virginis, venerunt Scoti in magna multitudine volentes dissoluere obsidionem Berwici. Quibus cum suis occurrit rex Angliæ vultu alacri, & commisso bello, occidit ex eis octo comites, 1300. equites, & de popularibus triginta quinque millia. Hos ad discrimen appulerat quidam miles vocatus Guliel. Kenth, ad locum iuxta Berwicū, qui dicitur Boothule iuxta Hellidon.

Miserant interea dolose Scoti quosdam de suis in Angliam, qui obsederunt castrum de Bamburgh in quo tunc temporis regina fuit. Sed auditis rumoribus de præacta victoria, obsidione de Hamburgh dimissa, Scoti fugerunt ad nota latibula, & est dictū mirabile, quòd in dicto bello, vbi corruerunt tot Scotorum millia, non ceciderunt ex Anglicis nisi milles vnus, armiger vnus, & 12. pedites.

pedites. Quibus visis, oppidani de Barwico, villam cum Castro regi Angliæ reddiderunt.

Rex relicto custodibus in villa, castroq; Barwick, quæ sua fore dixit iure hereditario, & etiam ex conquestu antecessorū suorū, dimisit Edw. le Baylol, cum alijs nobilibus qui secum erant, ad custodiam regni Scotiæ.

Hoc anno dominus Edw. le Baliol rex Scotiæ tenuit Parliamentum post festum Michaelis, ad quod venerunt nobiles regni Angliæ, terras & possessiones ibidem habentes. Et finito Parlamento in pace reuersi sunt.

10 Anno 1334, in festo sanctorum Geruasij & Prothasij Edw. le Baliol, verus rex Scotiæ, fecit homagium Edw. regi Angliæ apud nouum castrum super Ty-

Parliamentum

Homagium Scotiæ regi.

nam, in præsentia trium episcoporum, comitum, & baronū, accipiosa plebis. Eodem ferè tempore, Rex Angliæ cepit homagium ducis Britannia, pro comitatu Richmundia.

Post festum exaltationis sanctæ crucis, dum fieret Parliamentum Londonijs nunciata fuit quod Scoti omnes insurrexerunt, & ceperunt dominū Rich. Talbot, & sex alios milites, & multos perimerunt. Vnde rex commotus promissit se iturum in Scotiā, pro Scotorum malitia refrenanda. Ob quā causam populus concessit ei, 15. denarium, & ciues atque Burghenses decimū denar. prouiderunt.

20 Post festum Michaelis rex transiit se versus Scotiam, & sub hyeme gelida intrauit Galwediam, & deuastrauit vsque mare Scoticum totam patriam. Audito quod comes de Adhælis, transiit ad Scotos, iratus est valde. Et cum didicisset quod dictus Henricus de bello monte in quodam castro fuit obsessus per Scotos, obsidionē fecit celeriter amoueri.

Scotiæ deuastatio.

Hoc anno rex Angliæ Edwardus, & Henricus filius Henrici comitis Lancastriæ, ultra montes Scotiæ processit cum exercitu, depredantes, & incendentes plurima milliaria, amplius quā vnquam fecerat Rex Edwardus, annis regis Edwardi.

30 Anno 1335, fuit Rex ad festū natalis, apud Rokesburgh cum manu potenti. Scotis concessæ sunt trengæ, vsque ad natale S. Iohannis Baptiste, proximè futurum duraturæ. Quo tempore fuit totum Parliamentum apud Eboracum super illis trengis, & alijs concernentibus statum regni. In quo fuit ordinatū, quod rex cum exercitu transiret mare Scoticum, quod citò postea factum est, Scoti proindē finxerunt se pacem habere velle. Et circa festum Michaelis, quidam ad pacē venerunt, inter quos comes de Atheles, pacem petijt, & impetrauit. Comes de Moryf, qui pacem petierat, & ad pacem venire contempserat, captus est, post carceri mancipatur.

Parliamentum

Eodem tempore, dominus Richardus Talbot, pro duobus millibus marcarum redemptus fuit.

40 Comes de Asselis, volens se ostendere verè reuersum ad Anglicos, fecit equitationem contra Scotos, & subito dissipata comitiua sua, a multitudine Scotorum, cum 13. personis mediocribus est occisus.

Anno 1336. Domina Philippa regina peperit filium suum 2. dictum Guliel. apud Hatfeld. Qui citò moriens sepultus est apud Eboracum.

Circa festum S. Gregorij in Parlamento tento Londonijs rex Edwardus de comitatu Cornubiæ fecit ducatum, quem contulit primogenito suo Edwardo tanto donatiuo comitatum Cestriæ superaddens. Dominus nempe Iohan. de Eltham, frater regis qui fuit comes Cornubiæ, obierat per ante.

Parliamentum

50 In eodem Parlamento, fecit sex comites, videlicet Henr. de Lancaster iuniorem, comitem de Derby, Guliel. de monte Acuto, comitem Sarum, Hugonē de Audele, comitem Glouerniæ, Guliel. de Clinton, comitem Huntingdoniæ, Rob. de Vfford comitem Southfolciæ. Statutum est hoc anno quod nullus vteretur panno, extra Angliam operato, exceptis rege, regina, & liberis eorundē, neq; pellura transmarina, nisi valentes 100. libras reddituum annuatim.

Comitū creatio.

Hoc anno Edw. Rex Angliæ, foedus iniit infructuosum cum Lodouico de Bauaria, se imperatorem appellante.

Nuncij decreti sunt ad regem Franciæ, ex parte regis Angliæ, ad tractandum de pace inter regna, & conueniendum regem Franciæ, eò quòd iniuste fouit partem Scotorum, contra regem Angliæ dominum eorundem. Adhuc dictis nuntijs in Francia moram trahentibus, directæ est per regem Franciæ magna classis, armatis onusta, ad auxiliandum Scotis.

Dominus Guliel. de monte acuto, comes Sarum obsedit castrum de Dunbar in Scotia, cum alijs magnatibus regni Angliæ, quos rex ibidem dimiserat pro custodia illius terræ, dum interim ipse redisset in Angliam, pro regni sui negotijs exequendis. Sed cum cognouisset quòd Scoti, dictum castrum obsidione vallassent, illuc celeriter properauit. At quia cuncta malè ministrarat impeditus in itinere quosdam de suis amisit.

*Southampton
combusta.*

Anno 1337. villa de Southamptonia per galeas regis Franciæ totaliter est combusta. Grandis discordia orta est, inter reges Angliæ & Franciæ, propter terras quas Rex Franciæ, satis iniuste in Wasconia usurpauerat. Qua de causa rex Angliæ, plures oblationes humiles Francorum regi porrexerat, si saltè sic posset recuperare terras suas, sed nil profecit. Ob quod negotium in Parlamento apud Nottingham, exegit 15. denarium de communi plebe, decimumq; de burgis. In hoc parlamento, statutum fuit, vt omnes lanifici Flandriæ, aliarumq; terrarum volentes inhabitare Angliam, pacificè aduenirent. Re vera per annos elapsos, interdictum fuit passagium de lanis, vt sic retunderetur superbia Flādritarum, qui plus saccos quàm Anglos venerebantur.

*Monachorum
bona direpta.*

Hoc anno propter instantem guerrā, rex Angliæ confiscari fecit, bona Longobardorum, & monachorum Cluniacensium atq; Cisterciensium, per totum regnum. Circa Kalend. Augusti Cometa apparuit.

Hoc anno concessa fuit decima ecclesiæ Anglicanæ per 3. annos sequentes.

*Expeditio regis
in Galliam.*

Anno 1338. Cardinales, scilicet, dominus Petrus Hispanus, & dominus Bernardus de monte fauenciæ, qui pro pace venerant reformanda inter reges Angliæ & Franciæ, plus fauerunt regi Franciæ quàm regi Angliæ, vt patebat in sermone vnius Cardinalis, ad clerum habito. Quapropter continuo surrexit Cātuar. Archiep. & prædicauit publicè assertiones cardinalis fore friuolas atque vanas. Et post modicum tempus manifestè dicebatur per totam Angliā, quòd rex Angliæ habuit ius in regnum Franciæ, quod prosequi intendebat.

Circa festum translationis S. Thomæ Rex Edwardus, cum Philippa regina prægnante & duabus filiabus suis, & exercitu copioso, mare transiit, ad tractandum cum duce Brabantie & alijs alligatis suis, de aggrediendo regnum Franciæ sibi iure successorio, per mortem celebris memoriæ, domini Caroli regis ultimi, fratris germani domini Isabelle, matris dicti domini regis Edwardi deuolutum, & per dominum Philippum de Valesio filium Patruj dicti domini Caroli, iniuste hætenus occupatum. Cumq; peruenisset ad portum de Swine, Flandrenses occurrunt ei vnanimiter, offerentes se paci eius, & fidelitati. Inde q; transiit in Brabantiam, vbi dux Brabantie suscepit eum in gloria & honore. De Brabantia peruenit prope Coloniam, & loquutus est cum duce Bavarie, qui se vocauit Imperatorem. Qui constituit eum vicarium suum de toto imperio citra Coloniam, & omnibus imperium suum tangentibus. Quibus expletis rex Brabantiam est ingressus, vbi per annum iugiter moram traxit. Et per hanc moram, consilio Brabantinorum, & Flandrensiū, arma Franciæ suis armis immiscuit, & boreales partes Franciæ, vsque ad Tornacū incendit, & vastauit.

Eo tempore natus est Regi filius tertius apud Andwerp, & vocatus est Lionellus.

Hoc anno rex Edwardus, se regem Franciæ & Angliæ constituit appellari. Et domino Papæ ac Cardinalibus, scripsit epistolam, ius quod habebat in regnum Franciæ declarantem. Quæ sic incipit. Amabilem domino patrum. Cui Papa rescripsit epistolam cuius initium tale est. Dudum te fili clara imitari vestigia, &c.

Anno 1339. Rex Edwardus, tenuit natale in Selandia apud Andwerp cum regina

Regina Philippa, & multis proceribus illarum partium, & exercitu Anglicano.

Circa festum Purificationis Rex Edwardus rediit in Angliam, dimittens uxorem suam cum liberis in Selandia, quasi in sui redditus asscuracione. Peruenitque ad Turrim Londoniarum nocte subito, & non inuenit in ea, cum esset media nox, nisi pueros suos, & 3. Aseruantes. Quapropter Constabularium & plures alios incarcerari mandauit.

Rex subito rediit

In Parlamento celebrato Londonijs iudixit rex Anglicis tributum 5. partis bonorum suorum, & lane 9. vellos, nonamque garbam de omni gleba regni, suis expeditionibus deputauit, de quarum prouentu dominos vicinarum villarum respondere fecit.

Parliament.

10. Eo tempore Octon dux Austriae petijt magnis precibus a rege Angliae, filiam eius filio suo desponsandam.

Per id temporis ciuitas Burdegaliae, per militiam regis Franciae fuit obsessa. Cines vero tanquam inualidi ad resistendum, cautesose finxerunt se velle reddere dictis Francis. Et apertis ianuis, introuiserunt multos de Gallicis, & arma regis Franciae in Turribus erexerunt. Quod videntes Franci, tamen qui intrauerat, quam qui foris erant deposuerunt arma sua, ciuitatem captam & eis redditam existimantes. Dominus vero Oliuerus Angliam miles nobilis, ac custos dictae ciuitatis, & terrae, repente cum manu potenti irruit super Gallos inermes, & cum ciuium adiutorio magnam eorum multitudinem interemit.

Obsessio

Burdegalia de
lus in Galles.

30. Concessum nempe fuit regi per biennium nonum vellus, nona garba, ab omnibus qui baronias tenebant, & ad Parliamentum venire de consuetudine, vel de iure venire tenebantur. Qui vero religiosi, vel clerici non consueuerunt ad Parliamentum accedere, solum decimas per ante regi concessas soluerunt. Pro praemissa concessione, remisit rex & condonauit omnia catalla felonum & fugitiuorum, euasiones incarceratorum, fines, exitus & forisfactiones, & amerciamenta, murtherorum, & omnia delicta de viridi, de venatione, de vassa, & quaecumque alia delicta infra forestas facta, adiudicata vel adiudicanda, Releuia, Scutagia usque ad passagium suum usque Brabantiam, viz. 8. die Iulij, anno regni sui 12. & insuper faciendi filium suum militem, & filiam suam maritandi, pro tempore suo.

Parliament.

Regis indulta
pro subsidio.

30. Confirmauit etiam magnam chartam de foresta, & alia multa condonauit. Comes Sarum Guliel. de monte acuto, & Comes Southfolciae Rob. de Vford post recessum regis Angliae, continuantes moram in transmarinis partibus, dum minus consulte maiorem lacescere tentauerunt, a nimia Gallorum multitudine sunt oppressi, capti, & ad regem Franciae in ramis palmarum destinati, & eius iussu caecali custodiae destinati.

Obsessio

30. Hoc anno nascitur regi filius 4. apud Gaudanum, qui vocatus est Iohannes. Anno 1340. cum rex Edwardus firmiter statuisset in animo iterum transstrare, comes de Gilers per nuncios certificauit eum de conspiratione Francorum & Normannorum, qui iam cum ducentis nauibus & multis galeis, nec non & viginti millibus electorum pugnatorum portum de Selus occupauerunt, & parati erant ad eum capiendum, & Philippo Franciae, iuxta tenorem iuramenti quod sibi praestiterant, viuum vel mortuum praesentandum. Rex de imminente periculo praemonitus, naues congregat & ipse ducentas siue plures, & in vigilia S. Iohannis Baptistae ingressus mare, velificare cepit versus Flandriam, ubi sub breui tempore conspexit classem Gallicam terribiliter instructam contra eum. Qua de causa per totum diem illum cum suis deliberans, in crastino mane, subperueniente nobili milite Roberto de Murleya cum boreali classe Angliae, commisit bellum nauale cum suis hostibus cruentissimum. In quo Galli cum Normannis sagittis terrebrati, securibus deiectione & prostrati, gladijs bifacutis vulnerati, Anglorum regi victoriam concessere. Ceciderunt ergo die illa de aduersariis, 30. millia hominum armatorum, quorum multi saltu praecipiti in pelago perierunt. Captae sunt autem in dicto conflictu naues ducentae, reliquis in fugam versis.

Victoria naualis

30. Rex Angliae mensibus Iulij, Augusti, & Septembris, assistentibus sibi

duce Brabantie, & comite Hannonie, & auxiliariis sibi datis de villa de Bruggis, de Gaunt, & de Ypers, boreales Francie ingreditur iterato, ciuitatemq; Tornacensem obsidione vallat.

Interea comes Hannonie, & domini Gualterus Manny, & Reginaldus de Cobham amplius quã 300 villas maiores, & minores, captis prædis & spolijs, hominibusq; armorum plusquã mille peremptis, ignibus cremauerunt.

Rex Francorũ interim, cum magno exercitu se tenuit a remotis. Quã tempestate Galli plurimi, de regis Francorum cunctis fame, sitiq; perierunt. Quã propter per duos Cardinales, treugas sibi dari petijt, quas & accepit, in ecclesia de Espletelyn die Lunæ, 25. die Septembris, an. dom. supradicto. Rex autem Anglorum ob defectum pecunie, quam sui segnes pecuniatore in Anglia misissent, obsidione dimissa, citius in treugas concessit, & sic uterq; ad propria remeauit.

Flandria

sub interdicto

Sub istis diebus cum Papa uidisset regem Angliæ in suis actibus prosperari, Flandriam supposuit interdicto, eo quod descuiissent a domino suo capitali, & Anglorum regi auxilia præstitissent. Quam sententiam Flandri paruipendentes, responderunt quod quamuis Philippo de Valois, eo quod se regẽ esse pretendebat homagium fecerant, tamen non regi, cum ipse iniuste coronam detineret, & regni dominationem indebitẽ vendicaret.

Hoc anno peperit regina Philippa postquam in Angliã est reuerfa, filiam, in turri Londoniarum Blanchiam appellatam, quæ citò defuncta apud Westmonasterium est sepulta.

Anno 1341. Rex Edwardus transfretauit in minorem Britanniam, ubi per cibos, & potus incongruos, plures de suis amisit.

Hoc tempore missi sunt ad eum duo Cardinales ex parte Papæ, qui treugas triennales indixerunt inter reges, sub quo spatio, de iure quod rex Angliæ vendicauit in regnum Francie discuti posset ad plenũ. In redeundo verò de Britannia perpeffus est maxima, per marinã tempestatem incommoda. Quæ utiq; dicebantur per Nigromanticos regis Francie suscitata.

Hoc anno regina peperit 5. filiũ apud Langele, quem baptisauit dominus Michael Abbas, de S. Albano, & nominatus est Edmundus.

Imperatoris

inconstantia.

Anno 1342. Lodowicus de Bauaria, qui se Imperatorem appellauit, sedifragus atq; inconstans vicariatũ citra Coloniam, susceptum a rege Angliæ, per suas literas reuocauit. Et spretis fœderibus regi Angliæ sacramẽto firmatis amicitias contraxit cum rege Francorum.

Rex Edw. suscepto homagio, pro ducatu Britanniæ, de Iohanne de monte forti, germano quondam Iohannis Ducis Britanniæ, sine hærede legitimo, de corpore suo defuncti, ipsum uasallum suum iuare cupiens, contra Carolũ de Bloys qui desponsauit filiam alterius fratris germani, qui dicto Iohanne duce veniente decessit mense Octobri, transfretauit in Britanniam, ubi multos magnates sibi conciliauit, plures villas, & munitiones, atq; castra rebellantia manu potenti cepit, villam de Vanes obsedit, quamuis rex Francie illuc cũ multo milite occurrisset. Ibi mediantibus duobus Cardinalibus captæ sunt treugæ in prioratu de Malestreyt 30. die Ianuarij. Sed tamen treugis non obstantibus remansit villa de Vanes regi Angliæ subiugata.

Almanach

Papa promissio-
mes cassata.

Carliam

Anno 1343. Clemens Papa, quondam Rhotomagensis Archiep. successit Benedicto 12. vir insignis literaturæ, sed prodigalitatẽ profusissimã. Adeo ut dignitates ecclesiasticas vacantes in Anglia, suis conferret cardinalibus nouisq; pro eis in Anglia titulos imponere moliretur, unde nimis offensus Rex Angliæ, prouisiones per eum factas cassauit. Et ne quis de cætero tales prouisiones afferret, sub pœna carceris atq; capitis interdixit.

Isto anno per totum regnum Angliæ decimæ tam temporalium, quàm spiritualium Regi solutæ sunt.

Eodem anno Papa Clemens iterum fecit in Anglia prouisiones duobus Cardinalibus de beneficijs proximò vacantibus, præter Episcopatus & Abba-

Abbatias, ad extentam duorum millium marearū, quod rex & nobiles noluerunt pati. Sed procuratores dictorū cardinalium, sub p̄na carceris, Angliā exire iussere, nec multō post rex direxit Papā, illam famosam epistolā pro libertate Anglicanæ ecclesiæ contuenda, quæ sic incipit. Pensata sedis Apostolicæ Clementia &c. Cuius tenor, dominū Papam, & omnes cardinales, pro sui elegantia, non solum vertit in admirationem, sed etiam in stuporem.

10 Per idem tempus rex Angliæ misit procuratores ad Romanam curiam dominum Henr. de Lancastria comitem de Derby, cum multis alijs viris nobilibus, tam ecclesiasticis quā temporalibus, ad tractandū eorū summo Pontifice de iure suo in regnū Angliæ, non ut iudice, sed priuata persona, & amico communi, non in forma, nec in figura iudicij, &c.

Hoc anno apud Turrin Londoniæ, iussit rex aureos florenos fieri, scilicet denarium, obolum, & quadrantem.

Anno 1344. Rex Edwardus fecit conuocari plures artifices, ad Castrum de Wyndeshores, & cepit ædificare domum, quæ rotunda tabula vocaretur, habuit autem eius area, a centro ad circumferentiam per semidiametrum, 100 pedes. Et sic diameter ducentorum pedum erat. Expensæ per hebdomadam, erant primò centū libræ, sed ex post propter guerras inchoandas fuerunt subtractæ & imminutæ vsq; ad 20. libras ebdomadatim.

20 Eodem tempore Philippus de Valois Rex Franciæ prouocatus factō regis Angliæ, cepit & ipse construere rotundam tabulam in terra sua, ut sic alliceret militiam Alemanniæ, & Italiæ, & impediret ne ad regis Angliæ tabulam properarent.

In diebus illis idem Rex Franciæ concessit suis hominibus licentiam conseruandi arbores pro nauibus faciendis, in omnibus boscis suis, factumq; est ut infra breue tempus maxima nauium copia fabricaretur, quæ cito postea Anglicis multa intulit damna.

Obijt dominus Gul. de monte acuto comes Sarum, rex Manne, & Mariscalus Angliæ de cuius virtuosis gestis dignè scribere, opus foret cōmendabile.

30 Clerus Anglicanus concessit regi decimas triennales, cui rex reconcessit per chartam suam tale priuilegium, quod nullus Archiepiscopus vel episcopus, sit arreynatus eorū iusticiarijs nostris, causa cuiuscunq; criminis, si non specialiter non præceperimus, quousq; aliud remedium ordinetur. Itē quod nullus clericus sit arreynatus eorū iusticiarijs nostris, siue ad sectam nostram, siue partis, si clericus suæ clerimonie se submittat, dicens se membrum esse ecclesiæ, & non debere ipsis iusticiarijs respondere. Et si sibi imponatur quod duas uxores duxerit, siue vnam viduam, quod super hoc iusticiarij non habeant cōmissionem, nec potestatem ad triandum per inquisitionem vel alio modo bigamiam, sed mittatur Curie christianæ.

40 In illo tempore venit Saracenus quidam, arte Medicus, ad comitem de Warrenna, petens licentiam capiendi quendam serpentem in domitio quod habebat in partibus Walliæ, loco qui Bronsfeld appellatur, qui cum per incantationes cepisset serpentem, dixit esse in loco vicino cauernæ ubi serpens habitauerat, magnam summā thesauri. Quo audito viri de Hereford, consilio cuiusdam Lombardi, qui vocabatur Petrus Pykard, illuc fodiendo penetrarunt sepius. Et comperientes verum fore Saraceni vaticinium, noctanter opus facturi sepius conuenerunt, donec per famulos eomitis deprehensi, capti sunt, & carceri mancipati. Comes ut fertur ex hoc facto, lucrum non modicum nūdinatus est.

50 Regina Philippa peperit filiam Mariam nomine, quæ fuit ex post copulata duci Britannie, sed de medio sublata est præmaturè.

Anno 1345. Dominus Henricus de Lancastria Comes de Derby transfreta uit in Walconiam cum sexcentis hominibus de armis, & totidem sagittarijs, qui primo insultu villam munitissimam de Brigerak cepit, & undecim nobiles in ea protinus existētes, & plurimis de plebeis captiuauit, vrbes insignes & villas numero quinquaginta sex regis Angliæ ditioni subiecit. Exercitū regis

P. ij.

Fran-

Rotunda tabula

Galli naues
seruunt.Parliam.
Cleri indulg.Saraceni incan-
tatio de serpente

Francorum contra se venientem contriuit, captis 20. tribus viris illustribus, cum alijs viris armorum velut innumeris, ceteris mucrone peremptis, aut turpiter actis in fugā. Huius liberalitas, & munificentia remotarum partiū tiro- nes allexit, in amorem inuenis, vt quisq; dulce reputaret militare sub eo, nempe cum nullam aliquam vi & armis occupasset, parū aut nihil sibi retinuit, sed exercitui vniuersa permisit.

Hoc anno obiit Richardus de Bury, episcopus Dunelmensis, cui successit Tho. de Hatfeld regis Secretarius, mediantibus regis literis apud Papam, in magnum ipsius regis opprobrium. Reuera cum aut rex & nobilitas instetissent, pro electionibus liberè faciendis, & confirmandis, iam rex directè contra tenorem suarum literarū, & vota procerum, hunc pontificem fieri flagitauit. Papa verò non inuitus hanc petitionē regi concessit. Sed a Cardinalibus quibusdam calumniantibus dictum Tho. fore leuem, & laicum, sic respondit, verè aut si rex hac vice, supplicasset pro asino obtinuisset.

Eodem anno obiit dominus Henricus Comes Lancastrie, pater Henrici comitis de Derby, & sepultus est Leycestria in monasterio canonicorum cū honore. Quis filius vt praefertur, eo tempore actus martios in Wasconia strenuè exercebat.

Scoti sub hijs diebus, collecto exercitu quasi triginta milliū, duce Gul. Douglas apud Weitmerland, hostiliter Angliam sunt ingressi, Carleolumq; & Penreth & multas villas alias combusserunt. Quapropter episcopus Lugubaliensis, & Thomas de Lucy miles nobilis, & Robertus Oggill scutifer valētissimus, cum parua manu ex omni parte Scotorum exercitum girauerunt in noctibus, & lituis, ac cornibus, atq; nocturnis clamoribus sic hostes inquietauerunt, vt nec auderent exire pro victualibus, nec membra dare sopori. Sed tandem cum Scotos omninò perargeret necessitas, Alexander Stragan, audacioribus suæ gentis adunatis, pabulatum exire disposuit. Cui mox episcopus Carleolensis, sit obuiam cum Roberto Oggil, qui cogens dextrarium, cum lancea præacuta ipsius Alexandri corpus perforauit, victi sunt proinde Scoti, multis occisis, & plurimis captiuatis. Reliqui verò cognito aduentu dominorum de Percy, & de Neuile ex vna parte, & domini de Lucy ex alia, & virorum bellicosorum de comitatu Lancastrie ex tertia, meticolosè fugerunt.

Anno 1346. Rex Edwardus missis ad curiam Romanam literis, in quibus asseruit per regem Franciæ, & eius cōplices, certis rationibus assignatis, treugas fore violatas, mense Iulij naues ingressus, apud Hogges in Normannia saluus applicuit, vbi diebus sex moram traxit.

In scandendo terram apud Hogges, mira patuit probitas domini Tho. de Bello campo comitis Warwicensis, qui ante cunctos nauim ingressus cum vno armigero, & sex Architenentibus, equo vectus debili, quem tunc negotij festinantia sibi ministrauit, contra 100. homines de armis audacter manus erexit, & hostili hastiludio obuim quemq; prostrauit, & vno solo impetu, cum suis 7. seruientibus, sexaginta Normannos interemit, & toto exercitui facultatē fecit naues ingredi, omni impedimento remoto.

Ibi rex Angliæ fecit Principem militem, & alios plures nobiles accinxit baltheo militari.

Vicesimo sexto die Iulij, in Cadomo, apud pontem feretti, munitū cum Normannis, fortem conflictū habuit, adeò quòd in vicis, hortis, & domibus, illic Normanni, quasi sine numero perierunt, Comes de Warwicke, & dominus de Tankeruille, centumq; milites, & quāmplures homines de armis capti sunt, & villa vsq; ad ipsos nudos parietes, fuit omnibus portatilibus spoliata.

Quibus ita gestis, rex vltra progrediens totam patriā per 20. milliaria in latitudine vastauit incendio, captis spolijs & præda magna.

Rex interim Francorum cum magno exercitu constitutus in Rhotomago, ad duo milliaria iuxta eum, & hæc omnia non ignorans, non audebat pertrāsire flumen Sequanæ, nec sibi occurrere quouis pacto, sed omnes pontes constructos super Sequanam a Rhotomago, vsq; Parisius confringi fecit, nec quie-

*Asinum papa
admitteret ad
episcopatum.*

Scotorū strages.

*Fortitudo Tho.
de Bello campo.*

*Normannorum
caedes.*

10

20

30

40

50

uit

uit donec Parisius peruenisset.

Rex verò Edwardus perueniens Pusiacum pontem ibidem fractum infra tri-
dium reparauit. Interea comes de Northamptonia Sequanę flumen transiens
interfecit de Gallis nitentibus impedire refectionem pontis quingentos. Et
rex Edwardus in crastino assumptionis beatę Marię transiuit Sequanam, iter
arripiens versùs Cressy, villas deuastando & habitatores earum.

In festo verò beati Bartholomęi, totus exercitus Anglicanus transiuit illa-
sus aqua de Summe, vbi nunquā per ante fuit transitus, ibiq; peremit duo mil-
lia gallicorum, qui conabantur eius transitum impedire.

- 10 Eodem die capta fuit villa de Crottoy per dominum Hugonem le Spencer,
& interfecti fuere per eundem, de Gallis, homines armorum quadringenti.

Hoc anno, 26. die mensis Augusti, rex Edw. habens tres acies gētis Anglicę,
commisit bellum cum præfato Philippo, Francorū rege, sibi occurrente cum
quatuor aciebus, quarum minima Anglorum numerū excedebat. In quo bel-
lo cecidere, duo reges, Bohemiz, & Maioricarū, duces Vtharing, & de Burbon,
comites de Alanfon, de Harecourt, de Aumarle, de Sanoy, de Bloys, de Mount-
byllard, de Nyueres, & de Flandria, & summus Prior hospitalis Francię, cum
multis dominis & baronibus, & duobus ferē millibus hominū nominatorum
de armis, de communibus verò numerus ignoratur.

*Franci fugan-
tur.*

- 20 Philippus Francorum Rex, dum suos animare satagit, vt fertur in gutture
vulneratur & fenore, & bina vice, per regem Anglię, equo suo deiectus est eo
die. Quapropter cum residuo sui exercitus excessiui, pulcherrimē prout di-
cunt Galli, se retraxit. Quę fuga vocatur a Gallis vulgariter beuretret vsq; in
hodiernum diem, mane autem facti Franci redierunt, cum vna acie valdē ma-
gna circa solis ortum, quibus occurrerūt comites de Northamptonia, de War-
wick, & de Southfolcia, & præliando satis acriter, iperemerunt plus quā duo
millia de eisdem, captiuos trahentes multos milites & armigeros, ac fugiētes
per tria milliaria prosequentes

Philippi fuga.

- 30 Tertia die post bellum, Rex Edwardus arripuit iter versùs Kalefiam, suppo-
nendo totam patriā vastitati. Et nono die post bellum, cinxit obsidione villam
Kalefię, ab olim sibi, regnoq; suo semper infestissimę. Quam obsidionem per
annum & amplius protelauit.

Kalefia obsesa.

Anno quo supra, obsidione durante Kalefię, David rex Scotorum, sollicitatus
per literas Philippi regis Francorum venit in partes Northumbrię cum exer-
citu sexaginta milliū, reseditq; iuxta Dunelmiam, in Parco vocato Beurepeyr,
vbi fixit tentoria sumptuosa, qualia per antea in hijs partibus non sunt visa.
Quibus cōgnitis Archiepiscopus Eboracēsis dominus Gul. la Zouche, comes
de Angos, domini de Percy, Mountbray, Neuile, Deyntcurt, Maule, Leyburne,
Scrope, Musgraue, vicecomites de Euerwik, dominus Rob. de Bertram vice-
comes Northumbrię, & alij nobiles Baronetti, coadunauerunt se, apud Rich-
mond, & 17. die mensis Octobris, Dunelmiam peruenērunt. Commissioq; gra-
ui prælio, cum rege superbo, & gente sua, victi sunt hostes, & interempti pro
maiori parte, capto Dauide rege, per Iohan. Coupelond, & tribus comitibus
de parte Scotorum. Ex parte Anglorum recensabatur summa virorum bellato-
rum, cum architenentibus, & cōmunibus, triginta duo millia, de parte verò
Scotorum summa totalis excreuit ad sexaginta duo millia.

Scotorum clades

- 40 Eodem anno regina peperit filiam nomine Margaretam.

Anno quo supra Carolus de Bloys, qui se dixit ducem Britannię per mediū
ius vxoris suę, cum mille ducentis hominibus armatorum, & sexcentis homi-
nibus armatis, & duobus millibus balistariorum & sex milibus brigantinorū,
ac triginta millibus peditum Britonum & aliorū, veniens ad obsedendum ca-
strum, siue villas munitas, quas Anglici tuebantur, habuit repentē obuiā no-
bilem militem dominū Tho. Dagworth, qui non habuit secum plures, quā
octoginta homines de armis & 100. sagittarios, proponens adire villas quę
pertinebant regi Anglię, & in eis escas ponere, & arma, contra insultus dicti
Caroli si forsan aliquid moliretur contra eas, vt autem vidit dictus Thomas,

se non posse transire quo proposuerat, cepit locum pugnæ. Quo factò superuenit dictus Carolus, cum prædictis cohortibus nono die Iunij, hora prima diei, & circumdedit dictum Thomã, ex omni parte viris armatis & balistarijs. Cum quibus dictus Tho. commisit acriter præliando, ab hora diei prima, usque ad horam nonam, & factum est Dei virtute qui vincere facit in paucis, æquè ut in multis ut hostes non ferentes Anglorum constantiam, relinquerent domino Thomæ campum. In hoc conflictu capti sunt dominus Galeys de le Hufce, & dominus Paganus de Fontaneto, qui fuere graviter vulnerati. Illic occisi fuere dominus Guido de Rocheford, & plures alij milites generosi, de alijs verò quasi sine numero corruere, reliqui se subtrahentes ad magnum vexillum, siue standardum se contulere. Perseueravit autem dominus Tho. cum suis in loco belli usque ad horam vespertinam. Qua quidem hora Carolus recolletis suis hominibus venit ut leena catulis suis orbata contra dictum Thomã, cum tribus magnis aciebus, quarum una venit contra eum, & una retro, & tertia ad sinistram eius, omnes pariter peditando. In ante fuit vicecomes de Roan, dominus de Leyacer dom. Rollandus de Tynaule, & dom. de Muntaban. A Latere venit Tho. Carolus de Boys, dom. de Rochford, dom. de Quintium & vicecomes de Goymes. Post tergum verò venit D. de Rotheren, D. de Bewmanners & plures alij, qui intulerunt ei tam grande bellum ex omni parte, quod ipse sui; quorsum se verterent ignorabant, duravit igitur iste conflictus diutissimè, donec omnipotenti Deo miserante non sine evidenti miraculo, tota potestas illa victa fuit, & campus gloriose remansit nostris.

In hoc postremo conflictu, plures domini, barones & milites capti fuere, qui omnes tam graviter erant vulnerati, ut de vita eorum desperaretur. Et cum tot cecidissent de exercitu Caroli, quod prætaxo numerari nequirent, tamen laudes Deo, nullus miles vel generosus ex Anglicis fuit occisus in hijs diris conflictibus, licet omnes penè fuissent graviter vulnerati, sed non ad mortem.

Dagwurthi Victoria.

Eodem anno idem dominus Tho. Dagwurth cum 300. armatis, & quadringentis architenentibus, & non pluribus, Carolum de Bloys in obsidione rupis Tyrianæ laborantem 12. Kalend. Iulij, in aurora diei, superueniens aggressus est, prostravitque multitudinem ad prælium præparatam, & eius aduentum præstolantem, captivavitque cum multis nobilibus dictum Carolum de Bloys, qui vendicavit totam Britanniam per mediū ducatum, quod fuit uxoris suæ ut dicebat. Fuere autem in exercitu Caroli milites, & armigeri mille ducenti, & de alijs armatis hominibus sexcenti, balistariorum duo millia, peditum verò numerus ignoratur.

Sub hoc tempore, cum dominus Henr. de Lancastria, comes de Derby, tuncque Senescallus Wasconiarum, teneret consiliū cum magnatibus illarum partiū, apud Brigerak, & D. Iohan. primogenitus regis Francorum, obsideret villam de Aquilon, & peteret treugas a dicto Comite de Derby, comes ad concedendas treugas noluit consentire, unde consternatus & valde confusus dictus Iohan. eo quod per ante iurauerat se non recessurum priusquam villam intrasset, relictis sarcinolis, & tentorijs, nocte recessit.

Derbeia comitis clava facinorosa.

Post cuius fugam comes de Derby dictam villam de Aquilon, villamque de Reas, & alias multas villas, cum castellis de Ageneys & de Touingges, fidelitatem regi Angliæ iurare fecit. Deinde progrediens per Sanctoniā cum mille viris armatis, pernoctavit in villa de Salueterre, quæ se sibi reddiderat, 12. die mēsis Septemb. Post hæc villas S. Ioh. de Augeleyn, & de Isynghā insultibus magnis cepit, cum castro ipsius villæ de Isyngham, veniensque ad civitatem Pictauiensem, obsedit eam. Cuius capitaneus vilipendens paucitatem obsidentium, egressus est audaciter ad inferendum eis in campo bellum, cumque per tempus aliquod manus conseruissent, victi Pictauienses fugerunt, quos Anglici sequentes e vestigio mixti civibus, portas intrauerunt, donec totus exercitus introiisset. Perempti sunt ergo, de civibus, & auxiliarijs indiscretè venientibus illic per plurimi, & multi captiuiati. Episcopus quidam & barones quatuor, cum plurimis alijs evaserunt, fugientes ex alia parte civitatis. Comes verò de Derby, se suosque refo-

refocillauit ibidem per dies octo, & captis spolijs infinitis, rediit Burdegalam cum triumpho.

Anno. 1348. cum Rex Angliæ Edwardus arctius obsideret Kaleſiam, Rex Francorum iuxta promiſſionem quam fecerat, venit prope Kaleſiam, ad diſſoluendam obſidionem ſi quo modo poſſet. xxvij. die Julij. Sed cum vidiffet ſe non poſſe votis ſuis ſatiſfacere in hac parte ultimo die dicti menſis Julij, hora velperarum fecit offerri Regi Angliæ, quod quandocunque ſibi placeret extra locum obſidionis venire ad bellum, ex tunc uſque ad horam velperarum tertie diei ſequentis, bellum contra ſe proculdubio inueniret. Quam oblationem Rex Edwardus gratanter acceptauit, quod ut audiuit a referendarijs Rex Francorum, euentum belli noluit expectare, ſed omni feſtinatione, nocturne immiſſo igne in tentorijs ſuis combuſſit ea, recortiterq; receſſit. Quo comperto Kaleſienſes tertio die ſequenti, videlicet die tertio menſis Auguſti villam cum caſtro reddiderunt, ſe & ſua voluntati regis ſubmittentes. Rex vero paucis de maioribus captiuatis, totam comunitatem cum ſuis portabilibus, ſive mobilibus, liberè permiſit abire, dictamq; villam cum caſtello, retinuit ſuo imperio ſubiugatam. Quibus geſus per mediationem dominorum Cardinalium, ibidem capti ſunt treuge. xxvij. die menſis Septembris, anno quo ſupra, & Rex cum triumpho rediit glorioſe.

Francorum regis fuga.

Anno. 1348. compoſita pace per totam Angliam, videbatur incolis, quaſi nouus ſol oriri ſuper illos, propter pacis abundanciam, & cunctarum rerum copiam, ac tantarum vbique quaſitarum victoriarum gloriam, nam peſte noliſ nominis erat mulier, quæ non aliquid de manubijs, Cadomi, Kaleſie, & aliarum urbium tranſmarinarum, veſtes, furruras, culcitraſ, & uſenſilia poſſidebat, mappe menſales linthea, & lintheamina, ſparſim per Angliam in ſingulorum domibus viſebantur. Tunc ceperunt matrone ſuperbire in apparatibus matronarum Galliæ, & velut illæ dolebant de rerum ſuarum amiſſione, ſic illæ gaudebant, de dictarum rerum acquisitione.

Gallia ſepelitur.

Hoc anno fuit magna pluuię redundatio, quæ durauit a feſto S. Iohan. Baptiſtæ, uſque ad natale domini, quam ſequuta eſt mox mortalitas tam ſæua, ut vix viui poſſent ſuos mortuos ſepelire.

Mortalitas.

Anno 1349. fuit tanta mortalitas hominum ut multi periti putarent, totam partem humani generis reliſtam fuiſſe ſuperſtitem, hanc quoq; peſtilentiam, mox lues animalium eſt ſequuta.

Clementis bulla.

ſciuite, ut præfertur in Anglia tanta peſte hominum, dominus Clemens Papa conceſſit plenam remiſſionem, omnibus verè conſeſſis & contritis morientibus in hac epidemia per totum regnum.

Eodem anno quidam miles, nomine Galfridus Charneys, vnus de ſecretarijs regis Franciæ corrupto ſului metalli ingenti pondere, quodam Tannenſe cuſtode caſtri Waleſiæ, miſit armatos plurimos, qui iuxta pactum, in caſtrum admitteretur, ipſo foris villam cum grandi exercitu præſtolante. Quibus dictum caſtrum arroganter ingreſſis, pons ligneus ante fores, ex præordinata cautela ſubtiliter eleuatus, ingreſſos detinebat incluſos.

Gallorum ſtragis & fuga.

Rex Edw. per idem tempus aduenerat ad illas partes, Franciſ id ignorantibus, & mox egreſſus foras pugnavit cum Gallicis, pluſquam ducentos electiſſimos viros armatos perimens, & omnes alios ad fugam cogens. In quo conſictu captus eſt, cum multis alijs, dictus Galfridus Charneys. Sieq; dolus dolo deluſus eſt, doloſuſq; cecidit in foueam quam ipſe fecit.

Anno 1350. commiſſum eſt bellum nauale inter Anglicos, & Hiſpanos, in feſto decollationis S. Ioh. Baptiſtæ, iuxta villam de Wincheſſe. Qui anno præcedenti, quamplures Anglicos venientes de Waſconia, cum vinis & alijs mercimonijs, crudeliter interfecerant, raptis ſpolijs eorundem. Quorum ſanguinem rex Edwardus vindicare cupiens perſonaliter ipſe obſeruauit Hiſpanis. Et commiſſa pugna peremit omnes Hiſpanos qui fuerunt in 24 magnis nauibus, licet fuiſſent armati peroptimè, & omni genere deſenſionis inſtructi. Maluerunt nempe, præ cordis duritia, mori quam ſubijci. Capti ſunt igitur naues, viginti

Hiſpanorum clades.

sex magnæ, reliquis submersis, vel in fugam versis.

Annus Iubilæus

Annus iste fuit Iubilæus, quo plures utriusq; sexus pro suorum peccaminum remissione, Romam profecti sunt.

Moneta nova.

Anno 1351. Guliel. de Edingdon Wintoniensis episcopus, regni thesaurarius, vir magnæ prudentiæ, sed qui plus regis dilexit cōmodum quàm communis, excogitavit, & fecit insculpi novam monetam, scilicet, grossum, & dimidium grossi, sed hæc erant minoris ponderis quàm correspondens summa sterlingorum. Cuius rei causa, ex post, victualia, ceteraq; mercimonia, fuere magis cara per totum regnū. Seruientes, operarii, & artifices, callidiores, victu dulciores solito sunt facti. Contra quorum astutiam, nequitiam, & avaritiam ordinata sunt statuta per parlamentū tentum apud Westmon. anno regni regis Edwardi 3. post conquestū 28. & 35. sed parum aut nihil communibus profuerunt.

Parliamentum

1352

Anno 1352. in vigilia Assumptionis beatæ Mariæ, dominus Gualterus Bentewe miles egregius, & custos Britannia armoricæ iuxta Mauron, inter villas de Reymes, & Plumera cum trecentis hominibus armorum, totidemq; sagittariis debellavit, & vicit Mareſcallum Franciæ, venientem hostiliter contra se in numero excessiuo, nempe de parte Francorum cæsi sunt ibidem viri nobiles & domini 13. milites verò 140. scutiferi quoque 100. tot autem pedites, quod eorū numerus non poterat facile deprehendi. Capti sunt insuper ibide 9. domini, milites & Armigeri 140. Quo euentu, Gallici atque Britones consternati sunt.

Gallorū clades.

Annus Iubilæus

Guliel. Dux Zelandiæ duxit in uxorem filiam Henrici comitis Lancastriæ. Anno 1353. tanta fuit siccitas a mense Martij vsque ad mensem Iulij, vt vix per totum tempus illud plueret super terram, vnde contigit sata perire, & annonam in regno rareſcere. Cui penuriæ condolens Gulielmus dux Zelandiæ, misit Londonias naues plures onustas filigine, quæ non parum profuit incolis regionis.

Parliamentum

Statuta edita

non executi.

Hoc anno Henricus comes Darbiæ, & Lancastriæ apud Westmon. dux Lancastriæ est creatus, & Radolphus de Stafford, comes Staffordiæ factus fuit.

Parliamentum tentum fuit Londonijs, in quo edita sunt statuta de stipendijs operariorum, de longitudine, & latitudine pannorum venalium, de moleninis, & impedimentis nauium, & cinbarum, per riuos aquarū omnium per totum regnum. Sed quia non sunt executioni mandata, plus inde quicquam scribere superſedeo.

Annus Iubilæus

Anno 1354. facta est concordia iuramento firmata inter reges Angliæ & Franciæ excepto quod sigilla eorum, ac scripta indentata non sunt apposita. In quibus continebatur quod rex Angliæ haberet omnes terras suas ducatus Aquitaniæ quas sibi rex Franciæ iniuste vsurpauerat, si rex Angliæ totum ius & clameum, quibus regnū Franciæ vendicabat, regi Francorum remitteret ac in perpetuum renunciaret eisdem. Super quo negotio, ex parte regis Angliæ missi sunt solemnes nuncij, ad Romanam curiam, viz. dominus Henricus dux Lancastriæ, Richardus comes Arundeliæ, Gul. Norwicen. episcopus & Guido de Brian miles, vt dominus Papa dictam concordiam confirmaret. Sed dolo fraudeq; Gallorum, quibus iugiter adhærebant vnā cum Legato domini Papæ, a concordia est discessum, vnde Rex Edwardus non modicum exasperatus, copioso exercitu congregato regnū Franciæ intrauit hostiliter, ac illud vastare cepit.

Oxonia interdicta.

Eo anno propter seditionem quam laici Oxonijs concitauerant, & damna quæ scholaribus illic itrogauerant, villa supposita fuit interdicto, & regimen totius villæ concessum est Cancellario, ita quod nullus alius saltem laicus illud obtineret.

Eodem tempore per consiliū regis Angliæ Stapulum de lanis reuocatur a Flandria, cum omnibus ad eam pertinentibus, & stabilitur in Anglia, per diuersa loca Lincolnie, & Hull, in omnibus libertatibus, consuetudinibus, & iuribus eisdem concessis in perpetuum.

Per idem tempus transfretauerat Dominus Henricus dux Lancastrie, cum magnificentia & honore, ad ineundum singulare certamen Parisijs cum Duce de Brunswike, qui res suas deprehdatus est, cum rediret de Romana Curia. Sed interuenientibus dominis, & amicis, sine duello discessere.

10 Anno 1355. nunciatum est regi Anglię Philippum regem Francorum diem clausisse ultimum, & Ioh. eius filium, in regem Franeię coronatum, eundemq; Ioh. Carolo filio suo seniori, qui dictus est Dolphinus de Vienna, ducatu Acquitanię contulisse, unde rex indignatus aduocato coram regni proceribus domino Edwardo suo primogenito, assignauit illi ducatum Acquitanię, qui sibi iure hereditario pertinebat, præcipiens vt se contra suos aduersarios tueretur. Princeps verò Edwardus, iussis paternis obediens, comitantibus cum comitibus de Warwick, Sarum, & Southfolke, & Oxonię, & mille hominibus armatis, totidemq; sagittarijs, in natiuitate beatę virginis, velificare cepit prosperoq; cursu peruenit Acquitaniam, & a nobilibus regionis honorificè susceptus est. Quibus aduentus sui causam notificans, optima deliberatione habita, 10. die Octobris equitare cepit, transiens per patriam de Iuliak sibi subiectam, deinde per patrias de Armanack, de la Ryuer, Cuningg, Slec, Tolouse, Karkason & Nerbon iuxta mare Grecum, per octo septimanas, villas multas valde, quasdamq; muro clausas, eundo, & redeundo, cepit & spoliauit, & dena-

*Edw. principis
gesta.*

20 stant per incendia, nulla resistentia sibi facta. Quibus gestis in Wasconia huiusmodi. Exercitus tamen eius interea non vacauit otio sed plures bonas villas muratas, & castra fortia, sibi subiugauit, multiq; magnates illarum partium, secum, suis villis & castris, domino Principi submisere & fidelitatem iurauere.

Hoc anno circa principium mensis Nouembris rex Edwardus transfretauit, assumptis secum duobus filijs suis, scilicet Lionello Comite Ultonię & Iohan. comite Richmundię, domino Henrico duce Lancastrie, comitibusq; Northamptonię, Marchię, & Staffordię, alijsq; magnatibus, & hominibus armorum, ad numerum duorum millium. Secundo die mensis Nouembris, egressus Kalesiam profectus est versus Audomarum, vbi putabat regem Francię eius aduentum cum ingenti exercitu expectare, paratum ad dandum sibi bellum prout sibi antea fuerat nunciatum. Sed appropinquante rege Anglię, rex Francorum euentum belli noluit expectare, sed illico retrocessit, destruendo victualia ne nostrates fruerentur eisdem. Quem meticolosè fugientē, rex Anglię persecutus est, vsque Heden. Sed pro penuria victualium reuersus est per 10. dies destruendo patriam, eundo videlicet, & redeundo.

Dum rex Edwardus ageret in transmarinis partibus, Scoti fraudulenter, & subdole, ceperunt villam de Berwick, castrum tamen capere nequiuērunt. Ob quam causam rex in Angliam cum festinatione reuersus est.

*Berwicum capi-
tur.*

40 Eodem anno in Parlamento apud Westm. concessum fuit regi, vt haberent de quolibet Sacco lanę, per 6. annos proximè sequentes 40. sol.

Septimo Idus Ianuarij, natus est Edwardo nouissimus filius apud Woodestock, & vocatus est Thomas.

Anno 1356. Rex Edwardus adiuit partes boreales, cum grandi exercitu, vt villam suam de Scotorum manibus recuperaret, quam Scoti 13. die Ianuarij sibi sine vlla resistentia prenia reddiderunt.

Die 25. Ianuarij, dominus Edw. de Baliol, rex Scotię, apud villam de Rokburgh, regnum & coronam eiusdem transtulit in Edw. regē Anglię, literis suis patentibus, & autenticis inde confectis.

*Scotorum regis
subiectio.*

19 Eodem anno dominus Edwardus, primogenitus regis Anglię, & Princeps Anglię existens, in Wasconia, consuluit Burdegalenses, & proceres illius patrię, de aggrediendo regno Francię. Cuius propositum comes de Armenack, domini sui proditor, confestim regi Francię nunciauit, & quę mala regno Francię imminabant. Quę cum audisset rex Francię, statim iussit destrui pontes constructos super fluuium de Leyre, quas veteres, non sine magnis expensis extruxerant. Princeps hęc audiens, exercitu congregato sexto die Iulij,

Q.

cepit

cepit proficisci de Burdegalia, transiens per patrias de AGENEYS, PEREGOR, LIMOSIN, BERRY, & de SALOYNE. In quo transitu plures villas sibi rebelles incendit, & multas cum castris & munitionibus sibi redditas, obtinuit sub tributo. In hac equitatione plus quam sex millia hominum armorum captiuauit. In patria verò de Saloyne, capta villa de Remorantyn, castrum eiusdem villæ, sex diebus obsedit, & cepit, captis ibidem domino de Cron, & Brusigundo, alijsq; militibus, & armorum hominibus 80. Deindè progressus est per Toreigne, & Peyton, & ibi propè Chaueny proceres sui 17. die Septēbris conflixere cū Gallicis, in quo certamine 100. homines armorum ex Gallicis peremerunt. Ceperuntq; comites de Amiser, & de Iuny, cum Senescallo regis Franciæ, & hominibus armorum 100.

Cardinaliū pro-
missum.

Eodem anno 19. die Septembris, vel vt quidam volunt 21. die mensis eiusdem, princeps Walliæ, quasi in fine anni aduentus sui in Wasconiam, occurrit regi Franciæ iuxta Peyteis, non amplius quam mille nongentis hominibus armorum, totidemq; sagittarijs, venienti contra se cum 7. millibus electis armorum hominibus alijsq; armatis, pauisarijs, ac balistarijs in numero excessiuo. Aderant tunc ibidem duo Cardinales, missi per dominum Papam, pacem facere inter partes, qui a domini Papæ præsentia recessuri, promiserunt eidem dicentes, verè sancte pater, aut habebimus pacem, aut lapides clamabunt. Euenitq; iuxta vaticinium eorundem, nescientium quod dicebant. Reuera cum sagittarij principis omnes sagittas suas expendissent in Gallicos, & iam stare viderentur otiosi, quia campus belli lapidosus extitit, moniti sunt per Comitem Southfolciæ lapides tollere, & in Francos mittere, vnde contigit quòd magna multitudo Gallorum, ictibus saxorum prostrata periit, attonita nimirum collisione lapidum in Galeas & cassides impactorum, & sic quodammodo lapides clamauerunt. Igitur cum Cardinales inter vtrumq; populum diligētissimè discurrissent, nec pacem persuadere potuissent, indignantes recesserunt. Tunc confestim acies conuenerunt, vbi primò fractis lanceis, cum gladijs, securibus & bipennibus, rem egerunt. Ibi claruit virtus & probitas, domini Iacobi de Audelee generosi militis, qui potenter, & audacter confregit & perforauit Francorum aciem, & fuit occasio necis plurimorum hostium ea die.

Ibi patebat fides & constantia comitum de Warwicke & de Southfolke, & cæterorum procerum qui tam animosè, tam acriter, tam atrociter, tam perseueranter pugnaverunt, donec manus eorum gladijs & securibus obrigescerent. Nec minus laudabilis erat ipse dux belli princeps serenissimus, qui non solum se ducē exhibuit in hoc bello, sed probatum militem & expertum, vniuersa temptans, audens, & faciens, quæ miles faceret animosus. Nec momentanea seu brevis fuit ista pugna, sed tribus vicibus eo die præ multitudine superuenientium hostium oportebat Anglicos prælium instaurare.

Anglorum Gith-
aria in Gallos.

Tandem omnipotenti deo nostris tribuente longanimitatem & Gallis immitte formidolositatem insistentibus Anglicis Galli fugerunt, occisis ibidem prius duce de Burbon, & Athenis, episcopo de Chaluz & alijs dominis & nobilibus ad numerum viginti duorum, militibusq; peremptis, & hominibus armaturæ electis duobus millibus, & de communibus octingentis. Rex insuper Franciæ captus est ibidem, & Philippus filius eius iunior, capti sunt etiam domini Iacobus de Burbon, de sanguine regio, & Archiepiscopus Seuonensis, ac comites 11. domini nobiles 22. milites & homines armorum plusquam duo millia. Expedito finitoq; præfato bello, princeps redijt Burdegaliā cum glorioso nobiliq; triumpho, Ioh. regem Franciæ secum ducens. Dominus Henricus dux Lancastriæ dum hæc ageretur, obsedit in Britannia ciuitatem Ranensem, quam & cepit.

Anno 1357. Dominus Edw. princeps Walliæ redijt in Angliam cum Ioh. rege Franciæ & filio suo Philippo 5. die mensis Maij applicans in portu de Plimouth cum præda nobili captiuorum. Et cum peruenisset Londonias cū prædictis

dictis captiuis circa horam diei tertiæ, tanta ruit, ad tantum spectaculū populi multitudo, vt vix valeret post meridiem præ compressione plebis ad Westmonast. peruenire.

Cito post hæc missi sunt per papam in Angliā duo Cardinales, pro pace reformanda inter regna, tertius verò Cardinalis venit gratia visitandi regē Francorum. Qui fræquentè colloquentes cū regibus & eorū consilijs sed nil proficientes, post morā in Angliā biennalē tandē infecto pacis negotio recesserūt.

10 Sub hijs diebus succreuit in Frācia illa famosa magnaq; comitiua, quæ gens sine capite vocabatur. Hæc in initio parua temptans, & mox aggressa maiora magnam Franciæ partem occupans, expullis vel subactis locorum dominis, suis legibus subiungauit. Erat autem non tantum de vna gente vel natione, sed de pluribus regionibus congregata.

Gens sine capite

Concessum fuit etiam domino Iohanni regi Franciæ pro redemptione sua soluere sexcenta millia florenorum citra festum S. Martini. Et ad habendam maiore securitatem istius summæ soluendæ, petijt rex Angliæ obsides de valētoribus personis regni Francorū, sed huic petitioni noluerunt Gallici cōsentire. Quamobrem 20. die Nouembris responsum est Francis, vt se defendant, & præparent ad bellandum.

20 Eodem anno relaxatum fuit interdictū Oxoniæ quod autoritate domini Iohan. episcopi Lincoln, propter clericidium, & sacrilegia anno proximo præterito fuit illatum.

Hastiludia facta sunt Londonijs præsentibus regibus Angliæ, Frāciæ & Scotiæ, & plebe multa.

An. 1358. tentum fuit Parliamentū Londonijs, vbi de pace reformanda inter duo regna persepe tractabatur, sed nullus effectus de tot tractatibus sequebatur. Armachanus facit processū contra 4. ordines medicantium coram papa, demonstrans eos multis rationibus manifestè a suis regulis deuiasse. Frater Iohan. Lyle Eliensis episcopus, vt dicitur iniuste fatigatus per dominā Blanchiam de Wake transfretauit ad Romanam cūriam contra voluntatē regis. Dominus verò papa auditis eius querelis fecit excōmunicari publicè omnes aduersarios dicti episcopi, mandauitq; per literas suas Lincolniensi episcopo, & alijs quibusdam prælatis Angliæ vt si quos nouerint dictorum excōmunicatorum, mortuos & sepultos, a sepulturis extraherent, quod & factum est, vnde rex indignatus quia dictorum excommunicatorum quidam erant de consilio suo, dictos prælatos grauitè infestabat. Qua de causa venerunt quidā de Curia Romana missi, ex parte dicti episcopi Eliensis, obuiātes domino I. Rossensi episcopo regniq; Thesaurario armati, tradentes literas apostolicas violenter dicto Thesaurario, quarum tenor hætenus ignoratur, & illico disparuerunt. Quos regales insequentes quosdam captos incarcerabant, & coram regis Iusticiarijs condemnatos in carcere & furca necabant.

Processus contra mendicantes

40 Eodem anno, Neustria, & Britannia Armorica graui clade vastantur per Philippum fratrem regis Nauarriæ dominum Iacobum de la Pype, & Robertum Knollis, aliosq; quam plures Anglicos qui ductores fuere magnæ comitiuæ & in hijs regionibus per tres annos & amplius hostiliter debacchati sunt contra regis Angliæ voluntatem. Ex quibus Robertus Knollis ex vulgari valecto fortuna fauente ditatus, mox factus ductor militum multa miranda gessit in terra, cuius gesta tractatus exigunt speciales.

Eodem tempore quidam natione Wasco, vulgariter nuncupatus Archipresbiter, duxit aliam comitiuam per diuersas partes Franciæ, ipsas deuastando hostiliter, sed potissimè prouinciæ regionem.

50 Anno 1359. 14. Kalend. Iunij, dominus Iohannes de Gaunt filius regis Edwardi Comes Richemond, Blanchiam filiam domini Henrici Ducis Lancastriæ consanguineam suam de dispensatione Curie, apud Radingum duxit uxorem.

Sub eodem tempore D. Iohan. rex Franciæ sub vmbra pacis dolosè cōtulit regi Angliæ Flandriam, Pykardiam, Acquitaniā aliasq; terras quas equitauerat

*Expeditis in
Galliam.*

& vastarat, pro quibus omnibus ratificandis idem rex Edw. in Franciam nuncios suos direxit, quibus omnibus Franci contradixerunt. Vnde rex Edw. indignatus cum classe 1100. nauium mare transijt, habens secum paulò minus quam mille currus, peruenitq; Kalesiā 24. die mensis Octobris, & 4. die mensis Nouembris, diuiso exercitu suo in 3. turmas, comisit vnam fortem valdè domino Henrico duci Lancastriæ. Edwardo verò principi turmā deputauit aliam fortiorem, sibi ipsi turmam fortissimam reseruauit. Qui profecti peruenierunt ante ciuitatem Remensium in festo S. Lucie vbi moram traxerunt inutilem, vsq; in diem S. Hillarij, nihil proficientes ibidem.

Eodem die signa conuertit versus Burgundiam. Cui occurrit dux Burgundia, promittens 70000. florenorum soluendorū sibi fideliter, si toti Burgundia parceret, & contineret ab incendijs & rapinis. Quod rex concessit eidem, mansitq; iuxta ciuitatem Remensem vsque in 5. diem post festum sancti Gregorij Papæ. 10

*Normanni an-
fugunt.*

Interim Normanni cum modica classe nauium apud Winchelsey applicuerunt, ipsamq; villā Idibus Martij inuaserunt, & in parte combusserunt, ac resistentes interfecerunt, sexui, ætati, vel ordini non parcentes. Quapropter prælati in Anglia vndiq; confluerunt ad arma cum clericis & laicis, vt dictis resisterent inimicis. Sed cum se & suos præparauissent ad pugnam, nihil actum est, hostibus valescentibus illis cum cachinno. 10

*Conditiones
pugna Gallia.*

Anno 1360. tenuit rex Angliæ natale iuxta Remensium ciuitatem, mansitq; ibidè vt præfertur vsq; ad festum S. Gregorij, & 12. die Aprilis Parisius se conuertit. Et cum appropinquasset Parisius exercitum in nouem disposuit caecibus, & creauit ibidè milites quadringentos. Deinde mittitur dominus Henricus dux Lancastriæ ad portas ciuitatis proferens hijs qui intus erant bellum campestre, sub hac conditione, vt si rex Angliæ deuictus foret ibidè, nunquam ex post regnum Franciæ vendicaret. Sed Galli bellū committere detrectabant, quapropter tirones nouelli, militesq; veterani armati cum alijs dederunt insultum ciuitati, & confestim eius suburbana destruxerunt.

Londonienses per idem tempus, cum cæteris regni incolis affectantes vindicare dedecus nuper acceptū per Francos apud Winchelsey cum classe octoginta nauium & 14. millibus hominum cum sagittarijs perscrutando aduersarios quæsierunt. Et tandem applicantes in terra hostili, ceperunt insulā quæ Caus vulgariter appellatur. Franci præuenire cupientes hos rumores præordinauerunt dominū Abbatem Cluniacensem comitem, de Tankeruille, Senescallum Franciæ, Brusigaldum constabularium, & nonnullos alios viros venerabiles de consensu domini Caroli regentis Franciam, pacem finalem & firmā ostensis conditionibus, in scriptis a domino rege Angliæ humiliter postularent, sed conditiones inscriptæ & excogitatæ per Francos, nec regi nec suo consilio placuere. Quapropter rex conuotus, prohibuit ne sollicitarent eum amplius, nisi habita ad eius beneplacitum prolatione præmissorum. 40

In crastino octauarum Paschæ, conuertit signa versus Aurelianum, prædando, vastando, conflagrando quæq; fors obtulit tunc eidem. Quo tempore fuit tanta frigoris immanitas, vt plura millia hominum & equorum in exercitu regis exanimaret.

Pacis forma.

Circa festum inuentionis S. Crucis nuncij memorati venientes ad regē iuxta Carnotum, obtulerunt ei optimam formam pacis, ordinatam circūspectissimè, de cōmuni consensu regentis, ac maiorum Franciæ, sub data apud Carnotum 15. die mensis Maij, requirentes humillimè benignā donationem suam atque beneuolentiam consensumq; gratiosum, vt eam dignaretur admittere & ratam & gratam tenere, pro se & hæredibus suis in perpetuum, qua forma cum deliberatione perspecta, dominus rex annuit votis eorū, ita duntaxat, vt iuratis in corpore dominico partibus, tactisq; sacrosanctis Euangelijs pacta stabilirentur. Proinde celebrata Parisius missa solemniter, Carolus primogenitus regis Franciæ in præsentia nunciorum regis Angliæ atque procerū regni Franciæ, dicto ter agnus Dei & adiecto, dona nobis pacem, ascendit ad altare, &

& dextram super patenam posuit, in qua locatum fuerat corpus dominicum, leuamq; super missale, sicq; iurauit. Nos Carolus iuramus, ad sacrosancta corpus domini & Euangelia, firmiter seruare penes nos pacem & concordiam formatas inter reges, & nullo modo in contrarium venire. Posthac datis militibus rel quijs de corona Christi in testimonium ualefecit eisdem. Simile iuramentum prælitit apud Luneros, dominus Edw. princeps Walliæ proxima feria sexta sequente. Ambo igitur reges, & eorum filij, maioresq; utriusq; regni, idem corporale sacramentum prælititerunt. Ad corroboranda quoq; complendaq; prædicta, rex Angliæ petijt & accepit maiores Franciæ in obsidatum, viz. 5. duces, 10 8. comites, & 30. dominos nominatos, assignataq; sunt dies & tempus, quibus ambo reges conuenirent prædicta consummaturi cum suis consilijs apud Caleys.

Iuramenti forma

Scriptis igitur sigillatis & indentatis, confestim Rex Angliæ transiit ad Hounset ubi naues ascendit & felici cursu peruenit in Angliam. Et confestim transiit ad turrim, gratia uisitandi regem Franciæ, ubi limitata summa redemptionis suæ, quæ stetit in tribus millionibus florenorum, quorum duo ualerent 6. sol. & 8. denar. cum ab omni carcere liberauit. Quibus ita gestis Rex Angliæ regem Franciæ cum summa ueneratione deduxit ad mare qui nono die Iulij transiret, atque peruenit in regnum suum, tractaturus effectualiter de 20 pactionibus supradictis.

Rex Francia liberatus.

Elapso paruo tempore conuenerunt apud Calesiam ambo reges, cum suis consiliarijs, tractaturi finaliter de pace & concordia præformatis apud Carnotum, iuraueruntq; firmiter pacta seruare penes se. Quorum articuli in chronicis nostris maioribus latius describuntur.

Hij ita gestis confestim mittuntur nuncij summo pontifici, pro pace pactisq; mutuis confirmandis.

Anno 1361. In parlamento Londonijs proponebatur cunctis regni statibus concordia inter reges stabilita, placuitq; cunctis dictam concordiam recipere & tenere. Quamobrem celebrata missa de sancta Trinitate, a domino Cantuariensi cum magna solemnitate, astante rege cum filijs suis, & accensis luminaribus, & erectis crucibus singuli qui non prius iurauerant, super corpus dominicum, & missale, istud sacramentum in scriptis præstiterunt, domino Cantuariensi inchoante. Nos N. Cantuariensis Archiep. iuramus ad sacrosancta corpus dominicum & Euangelia firmiter seruare penes nos pacem & concordiam firmatas inter reges, & nullo modo in contrarium venire. Quibus expeditis, singuli suas schedulas regijs notarijs tradiderunt.

Eodem anno illa magna & famosa comitiua de diuersis nationibus adunata, cuius duces pro maiore parte fuerunt Anglici, partes Franciæ versus Aquiniam inuasit, villam S. Spiritus ceperunt, cum villis & castellis multis in 40 Francis, quos nulla uirtute vel arte expellere potuit rex Franciæ de terra suâ.

Comitiua magna.

Eodem tempore surrepsit & alia comitiua, quæ uulgariter vocabatur Alba quæ transijt in Lombardiam, cuius etiam duces fuerunt Anglici, & quandoq; militabant alienis stipendijs, aliquando uero commotu proprio discurrebant, accipientes redemptionem de diuersis villis, castellis ac ciuitatibus, nec pene deguit securus aliquis in illis regionibus, qui non istorum beneuolentia fruebatur. Sub hoc tempore dominus princeps Walliæ desponsauit dominam Iohannam Cantij comitissam.

Anno 1362. dominus Edw. princeps Walliæ accepit a patre coram regni magnatibus principatum Aquitanie, fidelitate prius & homagio regi patri factis. Non tamen reliquit principatum Walliæ, ducatum Cornubiæ neq; Cestriæ neq; Cantie comitatus. Qui circa festum Purificationis beatæ Mariæ prox. 50 sequens cum uxore & tota sua familia in Wasconiam transierat.

Hoc anno expletis annis quinquaginta a natiuitate domini Edw. regis Angliæ, idem rex uolens reddere Iubileum suum memorabilem, celebrato parlamento populo suo se exhibuit gratiosum, reis maiestatis suæ offensas indulgendo, uinctos a carceribus liberando, & exules reuocando. Ad petitionem e-

Parlamentum.

tiam communitalis placita in lingua materna, & non in Gallica versari iussit. Leonellum quoque filium suū fecit ducem Clarentiæ, & Edm. comitem Cantebriagiæ. Ordinatum fuit insuper in hoc parlamento, quod nullus in regno præter regem & reginam atque duces haberet prouisoires victualium, nec aliquid caperet, nisi denarijs persolutis, & vt transgredientes stricto iudicio punirentur.

In hoc parlamento concessum fuit regi recipere per tres annos sequentes 26. sol. 8. denar. de quolibet Sacco lanæ.

Neustria.
Beatus de G.
ribus.
Anno 1363. in parlamento tento Londonijs, omne ornamentum aureum, & argenteum fuit damnatum, s. in cultellis, cingulis, monilibus, anulis & cæteris corporum ornamentis, nisi in talibus qui possent per annum expendere 10. libras. Ordinatum insuper fuit ibidē, ne mercatores Angliæ cum suis mercimonijs, vel ad vina quærenda de cætero transirent, & vt singuli, artes singulas exercerent, & vt nulli pannis pretiosis aut pellura vterentur, nisi qui possent per annū expendere 100. libras, & ne plebeiij operarij & agricultores vescerentur cibis delicatis. Sed hæc omnia nullum effectum cepere.

Per hoc tempus venerunt tres reges, scilicet, Franciæ, Cipriæ & Scotiæ, gratia videndi & alloquendi regem Angliæ, a quo plurimum honorati, doniq; donati, reges Cipriæ & Scotiæ ad sua reuersi sunt, sed rex Franciæ morbo correptus, Londonijs apud Sauoy diē clausit extremū, sed hoc contigit anno sequenti. Exequias eius rex Angliæ in diuersis locis fecit solemniter celebrari, ac vsq; Doueriam suis sumptibus per viros honorabiles corpus eius more regio conduci fecit. Qui tandem sepultus est iuxta Parisium apud S. Dionisij monasterium in sepulchro regum.

Gelo.
Eodem anno 7. Idus Decembris cepit gelare, perdurauitq; gelū fortissimum vsque 14. Kalend. Aprilis.

Eo tempore rex Cipri itinerando per Angliam plura perdidit per latrones. Ob quam causam rex Edw. concessit Londoniensibus potestatem iustificandi malefactores, & incarceratos infra ciuitatē liberandi, iusticiarijs regijs vt prius solebant minimè requisitis.

Caristia.
Hoc anno fuit tanta frumenti penuria, vt summa tritici ad quindecim solidos venderetur.

Anno 1364. Carolus de Bloys cum tribus millibus sexcentis viris bellatoribus irruit subito super Iohan. de monte forti, & dominū Gul. Latimer, dum essent in obsidione villæ & castelli de Aueroi, qui vix habebant secū mille sexcentos de Anglis & britonibus. Et factō congressu sine deliberatione, ceciderunt ex parte ducis tantum 7. viri, & ex parte Caroli intrusoris corruit ipse Carolus, cū domino de Rocheford, & Gul. Vango, & ex militibus atque armigeris pene mille, captiq; sunt de parte Caroli, duo comites, 27. domini, & armati viri strenui mille quingenti.

Quinto Idus Aprilis obiit dominus Ioh. rex Francorum.

Longobardi mercatores per socios suos accusantur de magna infidelitate in suis mercimonijs factis regi. Quapropter ex illis multi recluduntur in turri donec finem fecissent ad regis beneplacitum.

Eodem tempore Edmundus de Langley regis filius, desponsasset filiam & hæredem comitis Flandriæ, nisi propinquitatis consanguinitatis prohibuisset, vnde pro habenda dispensatione, missum est ad papam. Sed rex Franciæ Carolus, ne matrimonium istud procederet, callidē impediuit. Quæ mulier ex post copulata fuit Philippo fratri regis Franciæ duci Burgundiæ, qui quondam patri suo in Anglia fuerat concaptiuus.

Anno 1365. natus est domino Edw. principi Walliæ & Acquitaniæ apud Angolismum filius, & vocatus est nomine patris sui Edwardus. Hic anno ætatis suæ 7. diem clausit non tamen præmaturē, vt plurimi asseriebant.

Eodem anno Ingelramus dominus de Councy apud Windelesford desponsauit Isabellam filiam regis Edwardi.

Hoc etiam anno rex Cipri cepit Alexandriæ magnæ partem tertiam, & despolia-

spoliatam dimisit incredulis, quia nō habuit qui possent custodire eam. Interfuerunt autem huic captioni cum rege Cipri plures Anglici & Acquitanici, referentes tam in Angliā quā in Acquitaniā pānos aureos & holosericos, splendoresq; gemmarum exoticos in suā testimonium probitatis.

Anno 1366. natus est domino Edw. principi apud Burdegaliā secundus filius dictus Richardus, quem Richardus Rex Maioricarum de sacro fonte suscepit.

Hoc in tempore Rex Franciæ & maiores illius regni implorabant auxilium regis Angliæ, contra magnas comitiūas quæ bacchabantur in Francia, quarū *Comitiūa dñi*
 10 ductores erant Anglici pro maiori parte vel saltem de dominio regis Anglorum. Qui mandauit eis per suas literas ut regnum Franciæ euacuarent, & illud desinerent molestare. Qui primò tergiversantes, nec suas quas ceperāt munitiones deferere meditantes, breuī ridiculosoq; responso regem Angliæ exacerbauerunt. Quapropter rex Angliæ ad humiliandū eorum superbiam conduxit exercitum, nauigium præparauit. Quod cum audisset rex Franciæ per nuncios rogauit regem Angliæ ut a ceptis desisteret & domi se contineret, vnde contristatus rex Angliæ iurauit per sanctam Mariam, se non laturum auxilium regi Franciæ in æternum, licet eum dictæ comitiūæ niterentur expellere regno suo. Nihilominus ex post ad iussum regis Angliæ redditus regi Franciæ villis &
 20 Castellis, per dictas comitiūas diu possessis regno Franciæ valescerunt.

Bertrandus Cleykyn insignis & belliger habens collegam Hugonē de Caluerlee, milicē toti Europæ famosum, cū parte magnæ comitiūæ processit cōtra Petronē regē Hispaniæ ut Petronē regno priuaret, & Henricū faceret coronari, ad quod etiā exequendū accessit auxiliū & fauor Papæ. Petro rex Hispaniæ cū audisset aduentū illius terribilis comitiūæ fugit ad principē Walliæ, ab eo cōtra tam sauos hostes suffragia petiturus. Quo fugato Hēricus frater eius notus, assensu multorum procerū & auxilio comitiūæ prædictæ rex Hispaniæ factus est. Numerus istius comitiūæ stetit in 60. millibus bellatorum.

Anno 1367. dominus Edw. princeps condolens calamitatibus domini Petronis regis eieci, profectus est in Hispaniam, cum nobili multitudine pugnatōrum Angliæ, Scotiæ, Nauarriæ, Acquitaniæ, Britannæ, Armoricæ, & aliarum gētiū plurimarū. Ad quem (cum attigisset partes Hispaniæ) cum multis accessit dominus Hugo de Caluerlee, deserto Henrico bastardo, qui noluit in bello stare contra principem primogenitum regis sui, venit insuper ad eum dominus Robertus Knolles cum parte prædictæ Comitiūæ, quæ cum eo remanserat. Post abscessum Bertrandi Cleykin & Hugonis de Caluerlee, cuius numerus fuit 10. millia virorum scientium bellum, & ad opus martium promptissimorum, de Anglia venit ad eum dominus Iohannes dux Lancastriæ cum multis valentibus militibus & armigeris, architenentibus, alijsq; armatis, eratq; cum eo rex Nauarriæ cū pluribus probatis hominibus de gēte sua. Ex aduersa parte venit ipse Hēricus Bastardus, & cum eo Bertrandus Cleykin cum maiori parte illius læpeditæ magnæ comitiūæ quæ sequebatur eum, non illius amore tantummodo, sed opimioris spe prede. Venerunt & omnes domini potentiores prouinciarum Hispaniæ, & de Gallijs infiniti, partim missi per regem Franciæ, partim lucri contemplatione. Saraceni præterea, & vltiores Hispani, cum incredulis confluerunt, cum intrusore prænominato qui præ multitudinem dinumerari nequibant. Princeps perpendens omnium horū multitudinem, quantum res patiebatur, die noctuq; laborabat, ad opus martium consummandum. Vnde contigit ut contra opinionem hostium, qui nullo modo putabant eum tam subito aduenturum, tertio die Aprilis oriente sole, irrueret super eos. Bertrandus Cleykyn more ducis prouidi bellū differre quomodo gestiens donec sui se possent armare, qui nondum stratu se excusserat, cum quinq; vel sex socijs intrauit campi medium, in quo bellum gerendū fuit, inter vtrumq; exercitum constitutum. Cui cum pari occurrens numero miles nobilis dominus Tho. Vfford, equites quidem omnes contra se venientes, hostili hastiludio de suis deiecit equis. Et cæteris interemptis de parte Ber-

erandi ipse quidem captus est viuis. Interea anteriores acies, sibi inuicem obuiarunt, ubi sagittarijs Anglicanis laudabiliter rem gerentibus Hispanos multipliciter terruerunt. Dominus Ioh. dux Lancastrie, & dominus Ioh. Chaundos miles famosissimus, & qui de magna comitiua adhaferant principi, in acie prima constituti sunt. Super hos pondus belli stetit, super hos Sarazena phalanx incubuit, super hos innumera Hispanorum multitudo diu saeuit, sed tandem superueniente domino Rob. Knoll cum electissima gente quae eum secuta fuerat, & velut fulminea tempestas irruens super hostes, & pars aduersa terretur, & debilitatur. Terga proinde vertunt Hispani, & per centenos corruunt ad inferna pagani. Ipse campi ductor partis aduersae, pauefactus hijs visis, & de grandine sagittarum caput eius circumuolantium tremefactus, reliquit sonipedem quem insedit, & equum velociorem insiliens fugam cepit, non tamen illatus vsfertur, fuit in inquine sagittatus. Cognita vero fuga sui ducis Hispani terga dedere, peremptis in bello suae fuga 7. millibus armatorum. Captus est in bello comes de Dena, cum multis nobilibus Hispanorum. Bertrandus Cleykin captus fuerat, ante bellum ut praefertur, qui principalis extitit Bastardi consiliarius, & dux primae cohortis. In fluuio vero de Nazar suffocati sunt plurimi, qui dum pertransire vellent, vada nescientes, rapaci gurgite sunt absorpti. Rubuitq; fluuius per multa millia de sanguine vulneratorum pereuntium in eodem. Commisum fuit hoc praedium tertio die Aprilis, vel ut quidam voluit in vigilia dominicae Annuntiationis. Igitur serenissimus princeps obtenta victoria dominum Petronem restituit regno suo. Et rediens in Acquitania, compulsum est confringere vasa sua aurea & argentea & sculperere in monetam, quam stipendiarijs suis irrogaret, quia Petro pro tunc non inuenit in thesauris suis, unde principi satisfaceret iuxta pacta. Ob quam causam Princeps cum redisset in Acquitania coactus est manus mittere ad bona subiectorum suorum & exigere nouas taxas Walconensibus inuertas. Quamobrem cito postea, defecerunt ab eo, & rebellare ceperunt, ut in sequentibus elucebit.

Per idem tempus Bertrandus Cleykin, soluta redemptione a captiuitate liberatur. Et pergens in Hispaniam regi Petroni reconciliatur. Cui persuasit, ut reciperet Henricum Bastardum fratrem suum in gratiam, quem promisit fidelem sibi futurum. Cuius assertioni Petro fidem dans, iussit ut eum adduceret, spondens se sibi rancorem omnem, & forisfacturas corditer remissurum. Bertrandus cuncta dolose faciens, procurauit ut praefatus Henricus adueniret cum armata manu, tempore quo rex sedebat in mensa, & subito, praecipitatum lancea perforaret. Quo facto Bastardus inuasit regnum nactus proditione, quod non potuit aperto morte. Edwardus princeps intoxicatus sanitate corporis usque ad finem vitae fuit priuatus.

Anno 1368. Leonellus dux Clarentiae regis Edw. filius Mediolanum abiit, ducere in uxorem filiam Galeas, domini Mediolanensi, cum qua medietate eiusdem dominij fuerat accepturus, ubi celebrato cum gloria maxima matrimonio, vix 50 mensibus superuixit. Eodem anno pacis pacta fregerunt Franci, capientes in Pontino castella, villas, oppida, & munitiones spectantia iuri regis Angliae, & homines eiusdem pertinentes, & plurimos captiuantes, rege hac omnia ignorante. Et ut efficacius regis Angliae circumuenirent innocentiam, rex Franciae literaliter denunciavit regi Angliae, se fore paratum soluere quod residuum fuerat de redemptione patris sui Iohannis quondam regis Franciae, & omnes pacis conditiones editas Calisiae obseruare. Et ut plenius circumueniret regem Angliae misit ei vina de Boemia & alia donatiua, inditia bonae fidei & dilectionis. Et factum est, adhuc nuncijs cum rege existentibus, rumores flebiles deferuntur ad regem de equitatione Francorum hostili in pago Pontini, & de excessibus factis ibidem. Quibus auditis rex iussit nuncijs ut cum donis suis fallacibus redirent ad dominum suum fraude plenum, cuius nugas & dolos non diu tolleraret inultos. Quibus domum remeantibus occurrere Calisenses, & vina direpta Calisiam adduxerunt.

Hoc anno dominus Simon de Langham Archiep. Cantuar. assumptus est ad Car.

Hispanorum
elades.

137. ut testatur
137. ut testatur

Franci sua diffr
gi.

Francorum dolus.

10

20

30

40

50

Cardinalatum, vocante eum Urbano 5.

Anno 1369. rex Edw. 3. in parlamento tento Londonijs, tractauit de concordia violata, pacisq; pacationibus inter ipsum & regem Francie. Quapropter sicut olim, totum regnum Francie vendicauit. Misitq; circa festum natiuitatis beatæ virginis, filium suum Ioh. duce[m] Lancastrie, & Humfridū de Boun Comitem Herefordie cum valida manu militum & architenensium, ad ius suū ex integro repetendum. Qui cum transisset, & super montem qui dicitur le Chalkhull castra metati fuissent contra Francos qui illuc illis occurrerant, tã diu iacuerunt ibidem donec consumptis victualibus pars Anglica fame deficiebat. Erant tunc ibi multi valentes barones & milites qui censuerunt cum Gallis fore pugnandum, priusquã gens Anglica fame perisset. Sed duces causabantur sibi non esse manum sufficientem ad obuandum Gallis.

*Parliamentum
Rex Francie
Vendicat.*

Interea dominus Tho. Beuchampe comes Warwici audiens Francos paratos ad pugnam, ascensis nauibus cum electis militibus versùs Calesiam nauigauit, de cuius aduentu Franci stupefacti, relinquentes tentoria cum victualibus clam fugerunt. Comes verò cum applicuisset, ducum detestatus ignauiam cōsulentiam ne progrediretur, ego inquit progredi & pugnare volo, dum adhuc panis patriæ in virorum meorū ventribus remanet indigestus. Nec mora, progredditur, & insulam de Kau ferro flammaq; vastat nemine resistente: sed heu redeundo versùs Calesiam morbo correptus de medio sublatus est. Cæteri duces aduersante fortuna, in glorij redierunt.

*Magnanimitas
Thoma Beuchampe.*

Per id tempus papa fouebat guerram contra dominos Mediolanenses, militante pro eo domino de Spēcer qui laudabiliter bella gessit papalia post mortem Leonelli ducis Clarentie cum quo peruenerat ad partes illas.

Eodem tempore floruit ille miles egregius & toti mundo nominatus Ioh. Hawkwood natione Anglicus, qui duxit comitiū albam superiùs nominatam, & nunc contra papā, nunc contra præfatos dominos Mediolanenses arma gerebat, semper inuictus. Cuius admiranda gesta prædicat vsque nunc Italia & Lombardia.

30 Hoc anno modius frumenti tribus solidis vèdebatur. Domina Blanchia ducissa Lancastrie viam vniuersæ carnis ingressa est, & in ecclesia S. Pauli Londonijs sepelitur.

Ducissa Lancastrie animam efflat.

Parliamentum London. in quo concessæ sunt regi decimæ triennales, in tribus annis sequentibus persoluendæ, & a laicis quintadecima triennalis.

Parliamentum.

Anno 1370. rex Edw. prauo ductus consilio petijt & accepit mutuū de prælatis, dominisq; temporalibus, ac mercatoribus magnas summas pecuniæ, dicens quòd illas expenderet in defensione regni & ecclesiæ, sed secus accedit quàm putabant.

40 Circa festum natiuitatis Sancti Iohannis Baptiste, rex congregari fecit exercitū forte valde in quo nobiliores fuere, dominus de Grauntform, & dominus filius Walteri. Quibus præfectus est D. Rob. Knolles, vir qui transmarina bella per ante fortunatè tractauerat, cuius discretionē Rex vniuersos censuit gubernari. Qui transeuntes in Franciam, quā diu Roberti paruere consilijs, Gallos indicibiliter terruerunt. Sed tandem ingruente hyeme, orta inter adolescentes dominos, & dictum Rob. dissentione, factione Iohan. Menstreworth militis, qui & ipse partē ducebat exercitus, dicentis dictos dominos non debere subijci ducatu Vespilionis veterani, qui satis erāt idonei quisq; pro parte sua ad perficiendum iniunctum negotium, in diuersas turmas se pueriliter diuiserunt. Quorum incorrigibilem animum cum persentisset Robertus, secessit in Britaniā, ad propria castra sua, quæ quondam conquisierat ense suo. Franci verò duce Bertrando Cleykyn in cæteros dominos sic diuisos, & nondum in locis refugij constitutos hostiliter irruerunt & quos voluerunt captiuos duxerunt, & reliquos occiderunt. Iohan. Menstreworth consultor pessimus, amissis de suis plurimis vix euadens venit in Angliam, imponens domino Roberto Knoll. huius infortunij totam causam. Sed antiqua viri probitas cunctis nota id effecit, vt idem Ioh. mendax reputaretur, & non solum ingratu sed infidus dicto Roberto prædicaretur.

R. j.

Rober.

Robertus tamen non audebat in Angliam remeare, donec gratiam regis magna summa pecuniæ comparasset. Igitur præfatus Ioh. Menstrewurth cernens suas fraudes pro votis non posse procedere transfugit ad regem Franciæ, domini sui effectus proditor manifestus.

Hoc anno magna pars Wasconie descivit a principe propter insolitas exactiones, & maximè ciuitas Lemonicensis rebellare cepit. Quam princeps post diuinam obsidionem arte fodientium captam destruxit solo tenus, rebelles iuste puniendo. Posthæc infirmitate grassante, & pecunia deficiente, Angliam reuiscere sibi necessarium videbatur. Cum coniuge proinde & Richardo filio suo, (nam fidw. senior filius tunc obierat) ad portum de Plimmouth applicuit, reli-
ctis in Wasconia duobus suis fratribus, Ioh. duce Lancastriæ, & Edmundo comite Cantebriegie, ad defensionem patriæ cum alijs viris strenuis & bellicosis. Cumq; peruenisset ad patris præsentiam, in manus eius totum dominiû Wasconie resignauit.

Eodem anno dominus Ioh. Chaundos miles probatissimus, dum superatis hostibus in Wasconia caput incautè discooperuisset, ictu spiculi peremptus est. Cuius auditu rex Francorum infortunio, fleuisse fertur, propter viri modestiâ, nobilitatem, multiplicescq; virtutes.

Anno 1371. in parlamento tento Londonijs tempore quadragesimali, petijt rex a clero & populo subsidium 50000. librarum. Ad quam summam leuandam taxati fuere, sacerdotes stipendiarij iuxta summam quam receperunt a conductoribus annuatim. Minuta etiâ beneficia per ante non taxata, ad complementum huius summe similiter taxabantur.

In hoc parlamento petentibus dominis temporalibus, amioti sunt episcopi de officijs Cancellarij & Thesaurarij, & clericus de priuato sigillo, & seculares siue laicales personæ eorum locis subrogati sunt, & hoc quidem totum factum est in odium clericorum. Eo tempore missi sunt solemnes per papam nuncios pro pace reformanda inter reges, sed nullo expedito negotio recesserunt.

Anno 1372. 9. die mensis Iunij, rex fecit submoneri ad parlamentum tenendum Wintoniæ de clero 4. tantum episcopos, & abbates totidem, quia dicebatur quod mercatores Londonienses & aliorum locorum rebellare volebant. Ioh. dux Lancastriæ, & frater eius Edm. comes Cantebriegie, de Wasconia redierunt in Angliam, ducentes secum duas filias Petronis, quondam regis Hispaniæ, quas ex post in coniuges acceperunt, dux quidem seniore, & comes iuniore. Et ab eo tempore dux se regem castellæ nominauit & scripsit.

Papa per hoc tempus misit duos Cardinales in Angliam pro pace reformanda, cardinalem, viz. Anglieum, & cardinalem Parisiensem, qui parum profecerunt, nisi quod vberes procurationes de suis prouincijs reportauerunt. Anglici Flandrensi concitati insolentia, commisso nauali bello vicerunt eos, captis, 25. nauibus onustis sale, & vniuersis hominibus interemptis.

Eodem anno Franci obsederunt villam de Rupella, ad quos remouendos missus est dominus Iohan. Hastings comes Penbrochiæ, iuuenis 25. agens annum cum electissima multitudine armatorum. Super quos in portu de Rochella ruit repente classis Hispanica, quæ victis Anglis & occisis & cunctis ceteris pene captis classem anglicam concremarunt. Ibiq; captus est dictus comes cum multis valentibus, & ductus in Hispaniam cum stipendiali pecunia a rege recepta, pro guerra ibidem continuanda. Istud infortunium contigit in vigilia natiuitatis S. Iohan. Baptiste, nonnullis astruentibus causas huius infortunij fuisse, vel quia federe coniugali rupto, peccatum adulterij paruipendit, vel quia deliberauerat libertates ecclesiasticas annullasse, vel quia regi malitiose persuaserat, ut ecclesiastici grauius mulctarentur quam alij seculares. Quod consilium indicibiliter dominis illius temporis dicitur placuisse.

Eodem anno rex Edw. collecto nauigio & exercitu validissimo intrauit mare, ut obsessis in Rupella subueniret. Sed continuo flantibus ventis contrarijs ad terram tristis redijt, expensis in hoc apparatu nouies 100000. librarum, prout fertur. In hoc apparatu fuit cum eo filius suus princeps & regni nobilitas pene tota.

Hoc anno cum præualida manu bellica transfretauit Ioh. dux Lancastriæ, & equi-

Princeps resignauit Wasconiam

Volunt

Episcopi amouentur de officijs secularibus.

Parlamentum

Flandrenses ab Anglis profligati.

equitavit per Parisium & Burgundiā, redemptiones pro suā voluntatis arbitrio de villis accipiens & munitionibus nemine resistente. Tandē relicta Francia progressus est per desertā montium regionis Aluerinā, vbi deficientibus victualibus multi de exercitu perierunt. Ex hinc profectus in Acquitaniā peruenit Burdegaliā, vix 40. caballos secum viuos ducens, nempe si vulgo credi debet, 30000. equorum in hac infausta profectioe dicitur amisisse.

10 Eodem anno rex Edw. misit ambassiatōres ad dominum papam rogans vt super reservatione beneficiorum Anglicorū in curia sua factas de cetero superfederet. Et vt clerici ad episcopales dignitates electi suis electionibus plenō iure gauderent, & a suis metropolitanis confirmarentur prout antiquitus fieri consuevit. Super quibus articulis & nonnullis alijs quibus tam rex quā regni cōmunitas sensit se grauari, nūcij a papa certa recipere responsa, de quibus cum redissent in Angliā deberet papæ rescribi per regem de voluntate sua & procerum, antequam aliquid determinaretur de præmissis.

*Regis ad papam
petitio.*

In Parlamento tento Londonijs decretum fuit vt ecclesiæ cathedrales suis gauderent electionibus, & quod de cetero rex contra electos nō scriberet, sed per suas literas ad eorum confirmationes iuuaret. Sed tamē nil profuit hoc statutum. In eodem parlamento concessa fuit per clerū regi decima, & per laicos quintadecima.

Saluatore

20 Hoc an. castellū de Liziniaco Frācis reddebatur pro redēptione D. Tho. Percy. An. 1374. Dominus Iohan. dux Lancastrię redijt in Angliā de Wasconia, post cuius recessum tota pene Acquitania desciiuit a fide facta regi Angliæ præter Burdegaliā & Bayonem.

*Acquitania
desciuit.*

Quinto die Iulij obiit M. Gul. Wittlesey Cant. Archiep. Monachi verò illius ecclesiæ ad electionem procedentes cardinalē Angliæ in Archiep. postularunt, quod tantū offendit regem, vt eos proponeret exlegare. Vnde cōpuli sunt pro recuperandā regis gratia prouidere fuluo metallo remedia.

30 Hoc anno tractatum fuit in Flandria apud Bruges super articulis inter papā & regem pendentibus: & concordatum est quod papa non vteretur de cetero reservationibus beneficiorū, et quod rex per breue, Quare impedit, beneficia non conferret. Sed de electionibus tactis superiūs, pro quibus anno præterito directi fuerunt ad papam nūcij, nihil in hoc tractatu tactum fuit. Credebatur nempe quod quidam ex aulicis, qui se sciebant potius per Romanam curiam promouendos, quā per electiones legales, istū articulū suppressi procurarunt.

Eodem anno conuenerunt apud Bruges electi nobiliores Angliæ, i. dux Lancastriæ, Gul. comes Sarum, Reginaldus dominus de Cobham, & alij plures sacculares ad tractandū de pace inter regna. De ecclesiasticis verò, D. Simon de Sudbiria Cant. Archiep. cum alijs clericis regni famosis illuc directi sunt. Quibus occurserunt de parte Francorū pro dicto negotio dux Andegaviæ cū multis regni proceribus & episcopis. Durauitq; tractatus iste serē cōtinuis duobus 40 annis non sine partium magnis sumptibus & labore. Franci per totū tempus istud domi nō de pace sed prælio cogitabāt refarciētes arma vetera, nouaq; fabricantes omnē apparatū belli in promptu habere certātes. Sicq; factum est vt Angli circumuenirentur incauti vt in sequētibus apparebit. Nam discessum est vtrinq; sine pacis effectu. Captæ sunt tamen treuge inter duo regna vix per annum duraturæ. Nūcij papæ qui pro pace tractanda venerant, vberes procurationes a clero Angliæ receperunt.

*Consilium apud
Bruges.
Sub. ann.*

50 An. 1375. dux Britannię Ioh. Mountfort habens in comitiua sua filiū regis Edm. comitē Cantebriegie, comitesq; Marchię, Warwici & Staffordiæ, D. le Spēcer pluresq; alios bellicosos & nobiles in partes Britannię trāsfretauit, quibus reddita sunt illic villa S. Mathæi supra mare & castella de Orrey, & de Brest, villā de Kemple obsederūt, in qua conclusi fuerunt omnes maiores Britannię, eāq; cepissent, nisi quidā nūcius superuenisset & treugas inter regna captas indicasset, & ex parte regis Angliæ præcepisset, vt obsidione dimissa ad Angliā remearēt. Hoc in tēpore post longā obsidionē reddita fuit Francis insula de Cōstantine cū castello s. Saluatoris quod situatur in ea per quendā scutiferū dictū

R. ij.

Tho.

Tho. Katington. Ob quam causam dominus Iohan. de Annesle miles ex post eundem Tho. de prodicione appellatum in duello deuicit & occidit.

Hoc anno sæuiente peste nimis in Anglia dominus papa Gregorius concessit decedentibus verè penitentibus plenam remissionem, 6. mensibus duraturam. Comes de Pembroke qui captus fuerat ab Hispanis datus est Bertrando Cleykin per Henr. Nothum regem Hispaniæ, pro certa summa pecuniæ quam idem Henricus debuit dicto Bertrando. Qui cum perductus fuisset Parisius & redemptionis suæ summa fuisset limitata, cæpit grauiter infirmari. Metuentes igitur Gallici ne in eorum manibus moreretur, priusquam sua solueretur redemptio aduehere eum Calesiam festinabant. Mortuus tamen est antequam perueniret Calesiam, & Franci suo desiderio sunt fraudati. 10

Parliamentum bonum.

Anno 1376. Parliamentum tentum fuit Londonijs, quod bonum a vulgaribus dicebatur. In quo cum peteretur parari regi subsidium more solito, respōsum fuit per dominum Petrum de la mare prolocutorem parlamenti regem non indigere pauperum suorum substantia, si foret prudenter & fideliter gubernatus. Et hoc se dixit effectualiter probaturum. Promisitq; nihilominus quòd si post declarationem huius promissi compertum foret regem suorum indigere subsidijs, omnes paratos existere, iuxta facultates ipsum libentissimè adiuuare.

In progressu verò petierunt Parliamentales milites vt amouerentur quidam regis officarij, & præcipuus dominus de Latimer, qui vt dicebant non sano consilio regem rexit. Amotis ergo regis consuetis familiaribus ad petitionem communiū, ordinati sunt certi prælati, & comites aliq; sapientes, qui gubernarent regem iam vetulum, & vice sua cunctis aduenientibus responsa darēt, sed hoc statutum, vix tribus mensibus perdurauit. 20

Alicia Paeris.

Item communitas regni petijt amoueri de domo regisq; consortio, quandā Aliciam Peerys sceminam procacissimā, quæ confisa nimia regis familiaritate multorum malorū in regno causa fuit. Quæ modum mulierū supergressa, ausa est nunc iuxta regis Iusticiarios, nunc in consistorijs iuxta doctores confidere, & pro defensione causarum suadere vel dissuadere, ac contra iura sine verecundia postulare, ad regis manifestum scandalum non solum in hoc regno sed in regionibus proculpositis & remotis. 30

Item quidam Rich. Honnes & Adam Bury ciues Londoniarum per cōmunes sunt accusati de varijs fraudibus factis regi. Quorū primus mediante pecunia vindictam debitam prudenter euasit. Secundus stupefactus ad imposita, latenter fugit in Flandriam vt se saluaret ibidem. Sed ille veritatis assertorum dominus Petrus de la mare horum omniū peroratorum, ad instantiam dictæ Aliciæ peeris, & aliorum quos iuste satis offenderat apud Notinghā perpetuo carceri adiudicatur. A quo tamen est post biennium liberatus.

Princeps Walliæ moritur.

Eo tempore non dum finito Parlamento dominus Edw. Princeps Walliæ 8. die Iulij, i. in die sanctæ Trinitatis defūgitur. Quo obeunte omnis obiit spes Anglorum. Quo superstitie nullius hostis incursum, nullius belli congressū timuerunt Angli. Ipse nempe nullam gentem adiit, quā non vicit, nullam ciuitatem obsedit, quam non cepit. Quo extincto, extinctus est Parlamento præsentis effectus. 40

Dominus Rich. de Burdegalia filius domini Edw. principis in hoc parlamento factus est comes Cestriæ, & non multò post dux Cornubiæ, & princeps Walliæ est creatus.

Eodem anno familiares comitis de Warwico intulere damna graua Abbati & conuentui de Euihā cuncta perpetrantes, quæ crudelitas pro tempore suadebat, & nisi terruisset eos regia prohibitio, dictam Abbathiam irrestitabiliter deuastassent. 50

Regis ergo timore pax inter partes fuit reformata, sed plena satisfactio parti læsæ non est facta, quia profecto maius erat damnum quod irrogauerant quàm possibilitas damna resarciendi. Fertur quòd propter istam præsumptionem rex comitem supradictū de consilio suo amouerit, & noluerit gubernari per

dominos ad suum consilium ordinatos per parliamentum supradictum, sed ducem Lancastrie reuocauerit ad regimen regni sui. Qua occasione redierunt ad curiam cuncti qui fuerant ante banniti, cum domino de Latimer a supradicta meretricula Alicia peeris, quæ (proh pudor) permansit cum eo usque ad finem vite.

Anno 1387. in Parlamento tento London. concessa fuit regi petenti taxa hætenus inaudita, ut perciperet a qualibet persona laica vtriusque sexus, annos excedente 14. vnum grossum. Et de religiosis vtriusque sexus, & qualibet ecclesiastica persona promotâ 12. denar. & alijs non promotis vnum grossum exceptis fratribus 4. ordinum mendicantium, qui cum hominibus non flagellabantur.

Taxa inaudita.

1377

In hoc parlamento abrogata sunt statuta parlamenti superioris, quod bonum parliamentum a populo vocabatur et personæ abiudicatæ sunt statui pristino restitutæ.

Per idem tempus surrexit Oxonijs quidam dictus Ioh. Wickliff doctor in Theologia tenens opiniones a tota damnatas ecclesia, viz. quod Eucharistia in altari post sacramentum non est verum corpus Christi, sed eius figura.

Ortus Io. Wickliff.

Item quod ecclesia Romana non est caput omnium ecclesiarum plusquam vna alia ecclesia, nec maior potestas data fuit Petro quàm cuilibet alteri apostolo.

Item quod Papa Romanus non habet maiorem potestatem in clauibus ecclesie quàm quicumque; alius in ordine sacerdotij constitutus.

Item si Deus est, domini temporales possunt legitimè ac meritoriè auferre bona fortunæ ab ecclesia delinquente.

Item si dominus temporalis nouerit ecclesiam delinquentem, tenetur sub pena damnationis eius, ab ea temporalia auferre.

Item quod euangelium sufficit ad regulandum in vita ista quemlibet christianum. Et quod omnes aliæ sanctorum regulæ, sub quarum obseruantijs degunt diuersi religiosi, non plus perfectionis addunt Euangelio quàm albedo parieti.

Item quod Papa nec aliquis alius prælatus ecclesie deberet habere carceres ad puniendum delinquentes. Sed quilibet delinquens posset liberè quocumque vellet transire, & facere quæ sibi placeret.

Hæc & plura alia ipse & eius sequaces docuerunt, habentes dominos temporales fautores & assentatores suo nequam dogmati, quia tantam illis tribuerant potestatem in ecclesiasticos debacchandi.

Dominus Papa cum hæc audisset damnauit has opiniones hæreticas & alias ad numerum 23. dirigens bullas Archiep. Cant. & episcopo Londoniensi ut ipsarum autoritate dictum Ioh. facerent arrestari, & eum super dictis conclusionibus diligenter examinarent. Quo facto præsentem domino duce Lancastrie Archiep. super hijs dicto Ioh. Wickliff indixit silentium, prohibens ne de cætero tangeret istam materiã, aut per suos discipulos tractari permetteret. Qui paruo tempore siluerunt. Sed tandè contemplatione dominorum temporalium easdem opiniones & alias multò peiores reassumpserunt, & latius quàm prius disseminauerunt. Hij vocabantur a vulgo Lollardi incedentes nudis pedibus, vestiti pannis vilibus s. de russeto, ut per vitam penalem facilius incautos traherent ad sectam suam.

Eo die quo præmissa gesta sunt, Londonienses furia concitati, ducem Lancastrie perimere quæsierunt, propter quoddam verbum insolens emissum contra eorum episcopum, & manerium suum de Sauoy combussissent, nisi antedictus episcopus eorum motibus occurrisset.

Londonensium furor.

Dux ergo fugit ad Kenington ubi tunc Richardus filius principis morabatur, cui de illatis opprobrijs flebiliter est conquestus. Hijs & alijs causis Londonienses effecti sunt duci odibiles, in tantum ut Maiorẽ aliasque personas publicas suis dignitatibus vel officijs priuari faceret, & eorum locis alios subrogari. Eodem anno captus est Ioh. Menstreworth miles proditiosus & transfuga, & accepta sententia tractus est, suspensus, decollatus, & in quartas diuisus.

R. iij.

Rex

Rex Edwardus in festo S. Georgij apud Windeleshores contulit Richardo de Burdegal hæredi suo ordinem militare.

Rex Edwardus apud prædium suum de Schene diem clausit extremū mensis Iunij 21. die cum regnasset annis 50. mensibus quatuor, 28. diebus. Cuius corpus apud Westmon. tumulatur, qui dum vixit, omnes reges orbis gloria & magnificentia superauit.

Richardus Secundus.

Richardus de Burdegalia filius Edwardi principis filij regis Edwardi nuper defuncti Londonijs apud Westm. 16. die mensis Iulij magnificè coronatur, 11. ætatis suæ anno. Qui ante coronationem suam laudabili vsus consilio pacem fecit inter dominum ducem Lancastriæ & ciues Londonienses, & dominum Petrum de la Mare militem quem diximus missum in carcerem instigatione Aliciæ Peeres cum honore maximo liberauit.

In festo apostolorum Petri & Pauli Gallici cum 50. nauibus applicantes villam de Rya despoliauerunt & incenderunt. Rex Richardus in coronatione sua creauit 4. nouos comites, D. Thomam de Woodstock filium regis Edw. iuniorum fecit comitem Buckinghamiæ, Tho. Moubray Notinghamiæ, Gychardū de Angolismo Huntingdoniæ, & Henr. Percy Northāhumbriæ. Per idem tempus Scoti combusserunt villam de Rokesburgh. Kalend. mensis Septembris, Gallici galeis aduecti ceperunt insulam de Werta præter castellū quod D. Hugo Tyrel strenuè custodiuit. Franci verò despoliata patria, ceperunt ab incolis mille marcas, vt saluarent ab incendijs domos suas. Non multo post Gallici fecerunt insultum ad villā de Wynchelsee, sed per homines patriæ sunt repulsi. Combusserunt tamen eo tempore villam de Haltingo.

Eodem anno Gallici ascenderunt in Southsexia iuxta villam de Rotingdene. Quibus occurrit armatus Prior de Lewys cum paucis & captus est ab eis, vnā cum duobus militibus s. Ioh. Falliflee & Thoma Cheyne, & quodam armigero dicto Iohan. Brokas. Perempti q; sunt ex Anglicis pene centum, sed ex Gallicis multo plures. Gallici cum suis captiuis ad nauigium redierunt, sed valdè contentam victoriam reportauerunt.

Hoc anno Gallici ceperunt villam de Arde mediante proditione domini de Gnumeny Alemannia, qui fuerat illic capitaneus constitutus.

In diebus illis obiit Gregorius papa 11. cui successit Urbanus 6. Contra quem aduersarius cardinalis Iubenensis, qui per dissentionem factam in collegio electus est in Antipapam a quibusdam Cardinalibus sibi cohærentibus, postquam idem Iubenensis, & cardinales sui complices eidem Urbano fecissent obedientiam debitam & consuetam. Qui vocauit se Clementem, & secessit Auinoniā cum suis complicitibus Cardinalibus antedictis, vbi & nouos creauit sibi met Cardinales.

Anno 1378. Ioh. Philpot ciuis London. classem exhibuit suis sumptibus quæ defenderet tam mare quā terram ab incurfibus piratarū. Quæ post paucos dies reuersa est captis 15. nauibus Hispanorum omisiss multis mercimonijs quæ ceperat iure belli.

Eo anno rex Nauarriæ locauit villam de Cherburgh in Normannia regi Angliæ pro certa pecunia annua eidem regi Nauarriæ persoluenda, vbi & applicare posset cum veller, & habere præsidium contra Francos.

Hugo Cauerlee capitaneus Calefiæ cepit castellum de Merk, eo tempore & destruxit.

Hoc anno Robertus Haule scutifer fuit occisus in ecclesia Westm. tempore maioris missæ per quosdam regis satellites, quorum ductor extitit Alanus de Buxille miles perante non ignobil. sed hoc facto postea semper infamis.

Eodem anno Scoti ductore quodam Thoma Hog ceperunt castellū de Berwico, sed nono die sequente comes Northumbriæ qui illud obsederat recuperavit.

Comitum creatio.

Gallicum insultum.

10

20

30

40

50

rauit, Scotis qui illud ceperant gladijs interemptis.

Rex Franciæ petijt a magnatibus minoris Britanniae munitiones & castella, villasq; muratas eorundem sibi reddi, quibus hoc facere recusantibus, cepit ex eis plurimos & occidit. Quidam mortis pericula depitantes fugerunt. Hac igitur fuit causa quare desiderabant dominum suum naturalem. Ioh. Mountfort ducem Britanniae reuocare.

Anno 1379. Dominus Iohan. de Harleston miles, custos ville de Cherburgh cum domino Warselee gratiose deuicit Gallicos, occisis 120. viris, & captis ad numerum supradictum.

- 10 Eo tempore dominus Hugo Caluerlee, & dominus Thomas Percy facti maris Admiralijs, post captas plures naues hostium, & res martias bene gestas, totius Angliæ læta noua reportarunt de desiderio Britonum reuocare cupientium ducem suum, & odio quod contra regem Franciæ satis iuste conceperant, eos tractare nitentem, non ut dominus, sed potius ut Tirannus.

- Ecclesia Westm. recuperauit quædam priuilegia quibus rex eam priuauerat parū ante in parlamento facto Londonijs isto anno. In quo parlamento decretum est, ut communibus parceretur, & diuites onus subsidij regij supportarent: viz. duces soluerent 10. marcas, & Archiepiscopi eandem summam penderent, Comites, episcopi & Abbates mitrati tantum darent non obstante quod idem Abbates tenerentur soluere 40. denarios pro singulis capitibus monachorum sibi met subiectorum.

Parliam.

Diuites subsidium solunt.

- Deniq; nulla religiosa persona vir nec femina, nullus Iusticiarius, vicecomes, miles, vel armiger, rector nec vicarius, nec simplex Capellanus subterfugit hanc taxam, quin secundum valorem pensionis annuæ taxabatur. Per hoc tempus falsi Flandrenses violatis treugis ceperunt bargiā de Foway quæ est in Cornubia, occidentes Anglicos qui fuerunt in ea, & bargiam demergentes. Quo perpetrato facinore, applicuerunt in Angliā, & mercimonia sua exposuere venditioni, quidam Garcio qui in nauem Flandriæ dum pugnauerunt ascenderat, & in sentina se occoluerat, audiens Anglos colloquentes Flandris repente profiliens exclamauit, fidem patriotarum flagitans. Qui mox per Anglos eductus detexit facinus, referens seriem rei gestæ. Capti sunt proinde Flandrenses, & carceribus mancipati.

Flandrensum facinus detectum.

Eodem anno D. Iohan. Mountfort dux Britanniae rogatus a suis Baronibus redijt ad patriam sub ducatu nobiliū militum, D. Hugo de Caluerlee, & domini Tho. Percy, ubi cum honore maximo susceptus est.

Eo tempore Londonienses occiderunt nequiter quendam Ianuensem mercatorem, eo quod promiserat se speciosa aromata aduecturum, & meliori foro quam Londonienses incolis venditurum.

Mercator Ianuensis ab Anglicis interfecit.

- Æstiuale tempore in partibus borealibus fuit maxima pestilentia, quantum vix antea ullus vidit. Scoti verò crudeles ut afflictos affligerent ingrediētes patriam super dolorem vulnerū eorum addiderunt, adeo debacchantes ut penē patriam accolis vacuarent.

- Ioh. Schakel scutifer quondam socius Roberti Hawlee nuper occisi in choro inter monachos Westm. rege promittente quod daret eidem, pro habendo obside comitis de Dena quem ceperant in bello Hispanico, terras ad valorem 100. marcarum annuarū, & in pecunia quingentas marcas, & de bonis regijs fundaret cantariam pro animabus eorum quos ministri eius in ecclesia supradicta peremerant, de quinq; sacerdotibus perpetuò duraturā, exhibuit obsidem, qui fuerat filius naturalis dicti comitis de Dena, & iam palam more valenti seruierat cunctis incognitus præterquam dicto Iohanni, & sponte latuerat seruans eidem fidem. Quamobrem eius fidelitas ab omnibus est admirata & Iohan. prudens astutia multipliciter commendata.

Comes Flandriæ pellitur terra sua.

- Hoc anno dum comes Flandriæ consuetudines a suis cōmunibus nouas exigit, dum contra libertates gentis suæ molitur, cum omni domo sua, totaq; familia & suo consilio vniuerso pellitur terra sua.

Circa festam S. Nicholai dominus Iohan. de Arundelia frater comitis Arundeliæ

Comes Arundelia submersus.

delix missus in subsidium ducis Britannix, cum multis nobilibus militibus & armigeris est submersus. Ferunt familiam molestatse, tollentes raptorum more eorum victualia, & violantes eorum filias & vxores. Propter quæ cõmunes eos insecuti sunt diris imprecationibus quando naues fuerant ingressuri.

Unliant

Anno 1380. in Parlamento factõ Londonijs concessa fuit regi ab ecclesiasticis vna decima & a laicis vna quintadecima conditione adiecta, quod a Kalendar. Martij vsq; ad festum S. Michaelis anno reuoluto aliud parliamentũ non fieret. Sed ista conditio obseruata non fuit.

In octauis Paschæ D. Walerandus comes S. Pauli apud Wyndelshores duxit vxorem dominam Iohannã de Courtney. Quibus rex contulit dominiũ de Byflet.

Duellum commissum coram rege.

Eo tempore Tho. Abbas S. Albani in placito contra Henr. episc. Norwicensem obtinuit ne priores cellarum S. Albani in sua dioc. existetium per episcopum fierent collectores decimarum vel cuiuslibet taxæ leuandæ in posterũ ad opus regis. Duellum commissum est presente rege inter D. Ioh. Anueslec militem & Tho. Kathon sentiferũ: milite eũ appellante de proditiosa veditiõne castri S. Saluatoris, quod construxit olim recolendæ memoriæ D. Ioh. Shandos in Gallia iuxta insulam de Constantyn, et miles armigerum superauit.

Hac æstate D. Tho. de Woodstock Comes Buckinghamiæ, Hugo Caluerlee, Rob. Knollis, Tho. Percy, Gul. de Windeleshores milites probatissimi in auxilium ducis Britannix missi sunt cum manu forti. Qui cũ recto cursu propter galeas regis Franciæ Britanniam nauigare nequirent, Calesiam sunt traieci. A quo loca equitauerunt per girum Franciæ, patrias deprædantes & succedentes ac populũ trucidantes, donec ad confinia Britannix peruenissent, quæ tandem deo laudes intrauerunt saluis hominibus & iumentis.

Per idem tempus rex Carolus qui Francorum regno incubuerat concessit in fata, delegata regni & pupilli custodia minori fratri suo Burgundionũ duci. Ob quã causam indignatus frater maior Caroli, f. dux Andegauic, mouit guerram contra iuniorem fratrem, nostris qui erant in Britannia satis accommo-

Scoti depradantur nudinas de Penreth.

dam & votiuam. Eo tempore Scoti ingressi sunt hostiliter Cumbriam & Westmerlandiam & forellam de Inglewood & interfectis incolis plura animalia abegerunt, & nudinas villæ de Penreth deprædati sunt, multis interfectis & captis plurimis, reliquisq; fugatis. Comes verò Northanumbriæ dum parat Scotis vices rependere per literas regias prohibitorias impeditur.

Quo tempore galeæ regis Franciæ villam cepere de Wynchelsee, fugato Abbate de Bello, & quodam eius capto commonacho, qui ad defensionem villæ concurrerant infausta hora, villas quoq; quasdam maritimas, Franci impunẽ eo tempore succenderunt.

Orta de nouo similitate inter comitem Flandriæ & populares, occidit idem comes proditiosẽ 8000. hominum de villa de Ypres, qui ad tractandũ de pace conuenerant, & mox Gandauum licet infructuosa cinxit obsidione, vbi dum comes perfedisset diu, inutiliter dissoluit obsidionem, pacem faciens cum eisdem breui tempore duraturam.

Coronatio regis Francia.

Hoc anno mense Nouemb. Carolus filius Karoli regis Franciæ coronatur, paruulus admodum 11. vel 10. annorum. In cuius regni principio grandis vulgi creuit tumultuatio pro taxis extortis sæpius ab eisdem, vnde cõmunes moti, Parisius proceres & regis consiliarios fugere coegerunt ad tutiora loca ciuitatis. Ianuenses verò quos reperire poterant trucidauerunt, quia prout asseriebant, ipsi exhauserant inutiliter totam pecuniam regionis. Et reuera grandis erat summa, quæ eis quotidie pendebatur. Nempe cum 25. forent galeæ, receperunt quotidie 750. libras. Et quidem longo tempore, i. ab initio mensis Maij, vsque ad finem mensis Augusti.

Subm.

Circa festum S. Martini tempore parliamenti tenti Northamptonx suspensus fuit R. Kirkeby interfector nobilis illius Ianuensis mercatoris de quo superius

perius fecimus mentionem.

In hoc parlamento exigitur grauis taxa, quæ fuit ex post causa magnæurbationis in terra. Quilibet nempe sacerdos religiosus compulsus est soluere dim. marc. & tantum quilibet fœmina religiosa, sacerdotes verò seculares tantum, ac quilibet tam coniugatus quàm solutus vtriusque sexus pro capite suo 12. denarios soluere cogeatur.

Taxa graui.

Anno 1381. Circa festum natalis D. magister Tho. de Brantingham Exoniensis episcopus depositus est ab officio thesaurarij. Et dominus Rob. Hales magister hospital. S. Iohannis oneratur officio supradicto.

10 Eo tempore ille damnatissimus Antechristi præambulus Iohannes Wickliff hereticus reassumpsit anathematizatas opiniones Berengarij, nitens astruere quòd post consecrationem in missa a sacerdote factam, remaneret ibidem verus panis & vinum sicut fuere per prius. Docuitq; Christum ibidem assistere, sicut & vbiq; sed tamen specialius: nec plus valere panem illum, quàm alium, nisi solum propter benedictionem a sacerdote datam: quinimo si ibi esset corpus Christi asseueravit in fractione se posse frangere collum Dei sui. Affirmavitq; Christianos errare in veneratione illius sacramenti, quòd panem esse dicebat, & rem inanimatam & potius venerandum esse bufonem vel quodlibet animatum, quàm illud, quia multò præstantiorem esse fatebatur rem animatam, quàm quæ carebat anima.

Affertiones Ioh. Wickliffe.

30 Cardinalis per id temporis venit in Angliam S. Pileus præbiter tituli sanctæ Prædix, cum duce Tassilia missus a rege Bohemiæ qui se vocauit Imperatorem, pro matrimonio inter sororẽ eius & regem Angliæ contrahendo. Hic sub prætextu potestatis quam se dixit a domino papa suscepisse, multam collegit pecuniam, fecit enim mirabilia in terra ista. Et tandem recedens tantam summam secum abstulit, quantam vt putabatur nunquam Anglia in vno tallagio pendere consuevit.

Per idem tempus missus est copiosus exercitus in auxilium regis Portingaliæ contra Hispanos qui eum multipliciter infestabant. Huius exercitus fuere 30 ductores dominus Edmundus Comes Cantebrigie regis auunculus, Gulielmus Beauchampe, Matthæus Gurnay, & Gulielmus Butrewus milites in rebus martijs satis experti. Qui a rege Portingaliæ cum honore maximo sunt suscepti. Et ibidem commorati per biennium fines Portingaliæ ab Hispanorum incurribus viriliter defenderunt. Tandem reges Hispaniæ & Portingaliæ ad concordiam redeuntes, Anglis nauigia cum expensis dedere communiter, eorũ reditum avidissimè cupientes. Nam & Hispanis semper suspecta fuit eorum audacia, & Portingalensibus onerosa præsentia, quia quos tutandos contra hostes venerant, viliori seruitio deprimebant, non tantum eorũ diripientes substantias, sed & vxores & filias opprimentes. Redijt ergo cum suis comes Cantebrigie, reducens secũ suam coniugem quondam Petri regis Castillæ filiã iuniorẽ, & Edw. filiũ ex ea genitum per annos aliquot antequam Angliam exiisset. Quenquidem tempore moræ quã traxit in Portingalia filiæ regis Portingaliæ matrimonio copulauit.

Angli Portingalensibus opem ferunt.

40 Mense Iunio rustici & communes homines manus infime insurrexerũt cõtra regẽ & proceres & peremerunt plurimos furiosè. Inter quos magistrũ Symonẽ de Sudbyria Metropolitanũ totius Angliæ, regniq; Cancellariũ, & D. Rob. Hales qui fuit Prior S. Iohannis & regni Thesaurarius, extractos de Turri Lodoniarum crudeliter decollarunt, sub duce quodam Waltero Tylere superbo prorsus & ignobili ganeone. Sed dicto Waltero Tylere interempto per manus 30 Gulielmi Walwoorthe tunc Maioris Ciuitatis Londoniarum & corruente ad pedes equi regis, fastus vulgariũ fuit subitò imminutus.

Plebis insurrectio.

Ceterum quis nebulonũ debacchationes, in alijs locis explicare posset ad plenum. Certè nullum posse referre puto plenariè malitias & nequitias, homicidia & sacrilegia, crudelitates & scelera quæ gesserunt. Quæ quia tractatũ expetunt specialem, præsentĩ cõpendio non impono, remittens ad nostra maiora

chronica videre cupientes tragœdiam rusticorum.

Rex ducit uxorem.

Anno 1382. & regis Richardi 5. peractis diebus natalitijs rex duxit uxorem sororem regis Bohemiæ Annam nomine. Quæ etiam per manus Cantuariensis Archiepiscopi magistri Gulielmi de Courtney, qui nuper de episcopatu Londoniensi translatus fuerat ad Archiepiscopatum Cantuar. cum magna gloria coronatur.

Parliamentum

In parlamento tento London. editum est statutum contra insurrectores, viz. quod non expectato breui reg. fideles regni vbicunq; videret rusticos, vel quoscunq; cômunes acitare suspecta conciliabula, per senos pariter aut septenos, eos caperent, & in custodia detinerent. Concessæ sunt regi per mercatores in hoc parlamento lanarum consuetudines, quas vulgus vocat, Le maltot, per quadriennium.

10

In hoc etiam parlamento Richardus Scroupe miles fit regni cancellarius, & Hugo de Segraue miles, regni Thesaurarius est effectus.

Circa festum S. Iohan. ante portam latinam in parlamento facto London. Ioh. Wraw præbyter & author insurgentium apud Myldenhale & Bury trahitur, & suspenditur, communibus id petentibus magna voce.

Duodecimo Kalend. Iunij hora nona factus est terræmotus magnus in Anglia, quem sequutus est mox & alius terræmotus 9. Kalendas eiusdem summo mane.

20

Hoc in tempore rex iuuenis iuuenum consilijs acquiescens, priuauit capitolæ dominū Rich. Scroupe officio Cancellarij, præficiens loco suo magistrū Rob. Braybroke episc. Londoniensem.

*Indignus
subdignus*

In parlamento facto Londonijs circa festum S. Michaelis concessa fuit regi per clerum vna decima & a laicis quintadecima, conditionaliter tamē ex parte cleri, vt viz. rex manus apponat defensionem Ecclesiæ & præstet auxilium ad compressionem hæreticorum Wicklesensium, qui iam sua praua doctrina penē infecerant totum regnum.

Hoc anno ordinauit Urbanus Papa, vt vigilia natiuitatis S. Mariæ, pro vigilia de cætero in omnibus habeatur, & in eadem ieiunetur.

30

Indignus

*Episcopus armis
Flandriam in-
vadit.*

Anno 1383. mense Martio in parlamento facto London. dominus Henr. le Spencer episc. Norwicensis, cruce signatur contra schismaticos & Flandrenses, accepta inaudita potestate a papa Urbano 6. dispensandi in casibus curiæ reseruatis. Qui circa medium mensis Maij profectus in Flandriam cum magna turba cruce signatorum, mox per insultum cepit villam de Grauenigge & per deditionem villas de Dunkirke, de Newport, de Burburgh, & de Poperingge. Octauo Kalend. Iulij cum 5000. cruce signatorum, vicit 30000. scismaticorum iuxta villam de Dunkirke, occisis 7000. Flandrensiū, Gallorum & Britonū venientium contra eum, septem de cruce signatis tantummodo interemptis. Dehinc obsedit villam de Ypres assistentibus sibi Gandauenſibus, sed nil profecit frustrato proposito prodicione suorum.

40

Rex Francus per idem tempus congregat 100000. hominum statuēs cruce signatos persequi, obsedit quosdā in villa de Burburgh s. dominū Beumund, Tho. Triuet, Gul. Elinham, & Guliel. Faringdone milites, qui deseruerunt episcopum parum antè volentem ingredi regnum Franciæ & cum rege Franco dimicare. Cumq; rex Francus cum Gallis & Britonibus plures inutiliter dedisset insultus ad villam præfatam, & semper recepisset suos vel mutilatos vel mortuos, tractare cepit cum eis vt villam redderent, & ipsi cum equis, & armis, & cunctis seruientibus, ac bonis omnibus quæ de villa asportare placeret indemnes exirent, & liberè pergerent quocunq; vellent sub conductu regis Francij, ita duntaxat vt versus Angliam properarent. Quibus conditionibus consentientes nostrates per omnia sic fecerunt. Consequenter rex Francus cōponit cū episc. qui villā tenebat de Grauenig, vnā cum D. Hug. Caluerlee vt deserat villā illā. Episc. verò cū vidisset, nec regē Angliæ, nec quenquā aliū repromissū ferre subsidium, iuxta pactū inter eū & regē Francū initū, recedendo sub-

50

*Reuertitur
frustrato pro-
posito.*

funditus villam euerit, & in Angliam est reuersus.

Circa tempus illud hostes armauerunt 5. vasa bellica, quæ balingariæ appellantur, ad impediendū nostratum transitū versūs episc. Norwicensem in Flandriam, & manus militaris quæ mittenda fuit in Aquitaniam sub duce Britrigaldo de la Bret. Quibus obuiauerunt homines de Portesmutha, & Dortsmutha, & conflictu habito peremerunt omnes Gallicos qui in dictis fuere bargijs præter nouem viros. Scoti per hoc tempus ceperunt castellum de Werck super Twedam fluium & deprædatum ignibus succenderunt. Quamobrem missus est regalis exercitus ad illas partes, qui humiliaret superbiam eorundem.

*Castellum de
Werck captum
a Scotis.*

- 10 Eodem anno Urbanus papa cernens Romanorum fidem dubiā, fugit Neapolim ad natale solum. Nauigium Anglicanum per idem tempus reduxit octo naues maximas quas ceperat iure belli, in quibus fuisse dicuntur mille & quingenta dolia boni vini.

Circa festum omnium Sanctorū in parlamento facto London. concessa fuit regi per clerum medietas vnius decimæ, & per laicos medietas quintædecimæ pro guerrā fouenda contra Scotos & Piratas. Et rex cepit in manu sua temporalia Norwicen. episcopi, eò quod non obediuit suis literis reuocantibus eum, cum paratus omnino fuisset quasi cum suis omnibus ad transfretandum.

Parlamentum

- 20 Milites verò qui cum eo fuerunt in Flandria quia inobedientes fuerant pro ut dictum est episcopo, capti sunt & carceribus mancipati. Sed manucapti sunt per amicos fuluo metallo prægrandi, vt fama fuit.

Anno 1384. post festum natalis domini dux Lancastriæ transfretauit in Franciam, & exinde treugas reportauit, ab hoc instanti festo natalis vsq; ad festum Sancti Iohannis Baptiste continuè duraturas. Instante quadragesimali tempore dominus Iohan. Dux Lancastriæ cum domino Thoma comite Buckinghamiæ fratre suo & turba velut innumerabili bellatorū profectus est in Scotiam. Sed Scoti se prudenter subtraxere, donec magna pars nostratum hyemali frigore & inedia deperisset. Reuersi sunt ergo dicti domini frustrato proposito post interitum hominum & equorum.

Parlamentum

- 30 Post quindena Paschæ in parlamento Salisbury quidam frater carmelita accusauit ducem Lancastriæ de imaginatione mortis regis. Qui positus est in custodia domini Iohan. Holland vsq; ad diem quo de dictis suis fidem facere debuisset. Sed nocte diem illum præcedente turpissima morte mulctatus est multis supplicijs & crudelibus interfectus.

*Dux arguitur
lase maiestatis.*

Dominus Gul. la Zouche per prædictum fratrem delatus est tanquam huius accusationis adinuentor. Qui distinctus & discooperto capite compulsus est ad hæc publicè respondere. Negauit igitur obiecta viriliter, sacramento firmas se nunquam vel audisse talia vel cogitasse. Dimissus est igitur, factus non solum illius ordinis sed cunctorum ordinum fratribus inimicus.

- 40 In hoc parlamento clerus concessit regi medietatem vnius decimæ & laici medietatem quintædecimæ.

Summa

Vicesimo die mensis Augusti. i. in festo passionis Sancti Oswyni regis & martyris, dum apud nouum castrum super Tynam quidam nauta lignum dolaret ad opus suæ nauiculæ, repente vidit de dicto ligno vbertim sanguinem emanare, recordatusq; diei festi continuit manus ab opere. Sed eius socius parui pendens miraculum, accedit, & lignum ferit, ebullitq; sanguis illicò quacunq; parte percutitur velut cum pecus ferro transfigitur. Res defertur in cætum clericorum qui omnes cum laicis miraculum approbant. Lignum defertur Tynemutham, vbi prædicti sancti corpus quiescit in testimonium miraculi præmonstrati.

*Sanguis fluit de
ligno miracu-
lose.*

- 50 Per idem tempus Scoti ceperunt castrum de Berwico commissum custodiæ domini Henrici Percy Comitis Northumbrorum. Qui in parlamento tunc tento damnatus est publicè pro amissione dicti castri, quanquam ad idem parlamentum vocatus per breue regiū, remansisse ad tutelam suæ patriæ malisset. Comes verò cito post regis indulgentia est honori pristino restitutus, & omnibus bonis suis. Qui mox huius facti infamiam repellere cupiens,

*Scoti capiunt
castrū de War-
wick.*

obsedit dictum castellum, & illud de Scotorum manibus pactione 2000. marcarum illis soluendarum extorsit.

*Ioh. Wicliff
moritur.*

Anno 1385. in festo passionis S. Thomæ Cantuar. Archiep. organum diabolicum, hostis ecclesiæ, vulgi confusio, hæreticorū ydolum, hypocritarū simulachrum, schismatis instaurator, mendacij promptuarium, adulationis sentina Ioh. Wycliff, percussus Dei iudicio horribili tactus est paralyti in corpore suo toto, protelauit inuisam vitam vsque ad diem S. Siluestri. Quo die malitiosum efflauit spiritum ad sedes luce carentes, et quidem satis iuste die S. Thomæ percussus est, quem multotiens lingua blasphemauerat venenata, & die S. Siluestri temporali morte damnatus est, quem crebris inuectionibus exasperauerat in dictis suis.

Eodem anno dominus Edw. Bourser factus est capitaneus Gandauensium ipsis petentibus a rege Angliæ ducem aliquem Anglicanū. Qui secum traxit illic armatam manum ex Anglia fortem valde.

Sub hoc tempore grauis dissentio inter regem & ducem Lancastriæ, instinctu quorundam iuuenum qui cum rege nutriti fuerant, est exorta.

Dux verò præmonitus de præstructa malitia contra eum, se subtraxit, & castellū suū de Pontefractō subiit, quod armis & victualibus affatim cōmuniuit. Tandem laudabili interuentu domine Iohan. principissæ matris regis, pro tunc discordia est sopita.

Hoc anno terremotus factus est ante medium noctis inuentionis S. Crucis. Et coniunctio planetarum Iouis & Saturni fuit mense Maio, quam mox commotio regnorum maxima est sequuta.

Gallici dace quodam milite Iohanne de Viennā, venerunt in Scotiam vt simul iuncti Scotis regnum Angliæ facilius infestarent.

Eo tempore rex Francus apud le Sclūs contraxit exercitū velut innumeraibilem ad ingrediendum Angliam, dum nostri in Scotia bello contra Scotos & Gallicos tenerentur.

Rex Angliæ per idem tempus cum 300000. hominū, & equorum totidem, Scotiam est ingressus, sed hostibus non facientibus pugnæ copiam, nec apparere volentibus reuersus est cōcremata patria, & illo nobili monasterio Maylrosensi flammis dato.

*Hæres comitis
Staffordia interuenit.*

In progressu versus Scotiam dominus Ioh. Holland frater regis occidit nequiter filium comitis Staffordiæ & hæredem, non procul ab Eboraco, ob quam causam perdidit idem Ioh. terras suas. Ipse tamen mortem metuens Beuerlacense cepit asylum. Mater verò regis & eiusdē Ioha. dum preces in cassum multiplicat pro Iohanne contristata decumbit & post quatuor aut quinque dies sæculo valescit. Quintodecimo Kalend. Augusti fuit alius terræmotus circa vigiliam secundam noctis.

Rex Francus cum iam paratus fuisset ad inuadendum regnum Angliæ, Gandauenses in Flandria ceperunt villā de la Dam, in qua repperunt prædā maximam & victualia, sed præcipuè vini copiam s. mille dolia & octingenta. Quod audiens rex Francus suspensio suo transitu in Angliā, cuncta quæ suæ profectio- ni præparauerat, contraxit ad obsidendum villam de la Dam. Qui villā ceperant cernentes se impares virtuti regis, nocte quadā relicta villæ custodia senibus & mulieribus, confringentes dolia, & vastantes victualia latenter recesserunt, & salui Gandauum peruenerunt. Tandem rex Francus mane villam intrat, quam vt inuenit vacuam, doluit se fore delusum.

Eo tempore rex Portugaliæ adiutorio Anglicorum vicit Hispanos, & misit regi Angliæ sex galeas, vt essent illi solatio contra hostes.

*Classis Gallica
tempestate disper-
sa.*

Circa festum exaltationis S. Crucis, dum classis regis Franci reuerteretur e Flandria, dispersa fuit tempestate grauissima, & partim allisa, partim contra- cta, pars verò magna Calefiā, & in terras regis Angliæ est appulsa. Sicq; contigit, vt caperentur de nautis stipendiarijs per Calefiēses ducenti & viginti sex, præter naufragos quingentos & amplius ex Gallicis & Normānis, qui demer- sis ratibus in manus Calefiensium deuenerunt.

Eodem

Eodem tempore rex Portugalie intoxi catus haustu latifero, dolo reginae vitam finiuit. Et frater eius magister hospitalis miles egregius leuatur in regem licet inuitus, & multa cum Anglorum adiutorio contra Hispanos prospera bella gerit.

*Rex Portuga-
lia exspirat.*

Circa festum S. Martini in parlamento Londonijs, clerus concessit regi decimam, & quintamdecimam populus laicalis.

*Walsingham
subscripsit.*

In hoc parlamento Robertus de Veer infausta hora comes Oxonij, creatus est Marchio Dublinie in Hybernia, & Tho. de Woodstock creatus est dux Glouernie, & frater eius Edmundus comes Cantebriegie, factus est dux Eboraci. Michael Attepol vir plus aptus commercijs, quam gestis marcijs, pro tunc regni Cancellarius, factus est Comes Southfolcie, concessis sibi pro tanto nomine de bursa regia annuis mille marcis.

Creatio ducum.

In hoc parlamento rex restituit sua temporalia episcopo Norwicensi.

Anno 1386. Rex Armenie venit in Angliam tractaturus de pace inter regna Francie & Anglie, sed sine comodo vtriusq;. Nihilominus sibimet cessit prosperè, quia præter mille libras quibus honoratus fuit a rege in naui aurea, literas patentes accepit a rege, de mille libris annuatim sibi persoluentis. Fecerat nepe vt asseruit expulsus regno suo per Tartaros, qua occasione a regibus christianis extorsit plura donaria, vt felicior foret illi fuga sua in aliena patria quâ pacificum dominium in propria. Gandauenses leues & varij non expectato suffragio quod Rex Anglie non sine magnis sumptibus illis præparauerat, regi Francie manus dederunt, manifestè monstrantes se nescire vni amico vel domino fidem diu reservare.

*Rex Armenia
pacis mediator.*

Sub hijs diebus audientes Hispani quoddam Iohan. dux Lancastrie proponeret regnum Castellæ vendicare, & ad hoc negotiū necessaria præparasset, missis legatis regi Franco suum deprecantur auxilium. Qui mox misit armatos illuc, ex Gallicis & Britonibus ad numerū sexcentorum. Qui illuc quidem peruenientes feliciter, sed infeliciter se gerentes, dum nimis confidunt in virtute propria, prædas insolenter agentes & incendia in regno Portingalie, obuios habent Anglos inopinatè cum Portingalensibus. Cum quibus congregientes, dissipati, prostrati, capti sunt vel occisi. Quo facto luctus & desperatio creuit Hispanis, ira & indignatio Gallis & Britonibus, qui posthæc domi infortunia cognouerunt.

Eodem anno D. Iohannes dux Lancastrie circa festum Pasche profectus est cum exercitu in Hispaniam, quæ sibi iure suæ coniugis dominæ Constantie, senioris filie & hæredis domini Petronis nuper regis Castellæ & Legionis debebatur. Cuius profectioni quia Hispani fuere schismatici, fauor papalis accessit, indulgens peccatorū veniam secum proficiscētibus, & eius profectioni quicquā conferentibus de bonis suis.

*Dux Lanca-
stria regnum
Hispania ven-
dicat.*

Igitur dum nauigat versus Hispaniam, castellū de Brest in Britannia obsidione Gallorū liberat non sine suorū maximo detrimento, quia multos valentes amisit ibidem. Deinde flante vento secundo appulsus est in portum Geromie, qui est primus introitus in Hispaniam salua classe sua.

Hac æstate rumores increbuerunt de proposito regis Franci volentis Calesiam obsidere. Quapropter missus est ad loci tuitionem D. Henricus Percy iunior, electis bellatoribus, quem Scoti Ironice hotspur cognominauerunt i. calcar calidū siue feruens, propter eius animositatem. Qui mox vt peruenit Calesiam super Morinos & Pikardos fecit expeditiones, prædas egit, & actus exercuit laudabiliter militares. Sed cum nuntiatum fuisset ei regem Francū nolle Calesiam obsidere, sed vel potius transferre bellum in Angliā, reuertitur festinanter gaudens sibi occurrere quod volebat, bellum s. Gallicorum.

Londonienses eo tempore regis Franci metuentes aduentum, cuncta meticolosè faciunt, ac si mox foret capienda ciuitas. Currunt ad muros Haueli, cōtiguas domos dilacerant, deponunt, destruūt, diuorciaq; requirunt, sicq; turbantur, sic sollicitantur, velut si ipsos hostes aspicerent ante fores, dantes ignauie suæ manifestum omnibus experimentum.

*Londonensium
timiditas.*

Interea familiares regis Angliæ ceperunt 5. naues magnas, & sex tarritas refertas Ianuensium multis bonis. Sed Ianuenses peroptime sciētes ubi sibi succurri deberet Michaelē Attepool adeunt regni cancellarium, qui & ipse mercator erat, & mercatoris filius, & ob hoc multis notus inlitoribus, & eius suffragia petierunt. Qui confestim iussit de thesauro regi eorum damna refarciri, hostesq; seuerissimos cum pace pecuniāq; dimitti. Qui mox ut soluerunt naues a littore, cursum in Flandriam direxerunt. Quò cum peruenissent quosdam ex Anglicis peregrinis qui versus Romanam curiam properabant interemerunt, licet eos in vasa sua pacificè admississent pacto nauo.

Sub eisdem diebus nostrates ceperunt duas magnas naues regis Franci, in quibus & pars muri lignei quam idem rex parari fecerat ad erigendum in Anglia, & magister totius fabricæ qui fuit Anglicus natione interceptus est, cum machinis ad petras iaciendas & gunnis & multo puluere pro eisdem.

Erecta est proinde illa pars muri lignei apud Sandwich, & factum est ut quē contra nos erexisse hostes parauerant, nos ereximus contra hostes.

*Parlamentum
Preparatio ad
resistendum
Francis.*

Circa festum S. Michaelis conuenerunt armati & architenentes de toto regno ad parlamentum tenendum London. ut parati foret ad resistendum regi Francorum, qui dicebatur venturus cum 15. ducibus, 26. comitibus, ac ducibus proceribus, & bellatoribus 100000. necnon & mille nauibus ad regnū Angliæ destruendum. Sed obsistente vento, imo frustrante conatus eius deo, totus ille apparatus confusus, turbatus, & cassatus fuit. Nempe per totum tempus quod fluxit inter Kalend. Augusti & vigiliam omnium sanctorum, aura nunquam flauit illis accommoda.

In ipsa verò vigilia surgente vento prout putabatur opportuno, dissoluere rates, & ceperunt vsque Angliam nauigare. Sed mox illis maris alta tenētibus facti sunt obuij venti contrarij, qui naues omnes compulerunt retrocedere, & eas tanta violentia impulerunt, & alliserunt, ut plures ex illis in introitu portus de Selusa confringerentur. Hac occasione & Anglia metu liberata est, & rex Francus regressus ad sua.

*Rob. de Veer
creatur dux
Hybernæ.*

In hoc parlamento D. Rob. de Veer olim comes Oxoniæ, sed in ultimo parlamento marchio factus Dubliniæ, regis munere creatur dux Hybernæ, submurmurantibus cæteris regni nobilibus, & indignè ferentibus tantæ promotionis appetitum in Veero dudum tam mediocri, quē non plus alijs commendabant virtutum dotes.

Cancellarius regni Michael Attepool per milites parlamentales conuictus est de quibusdam proditiōis articulis tam contra regem quā regnum perpetratis. Ob quas causas licet regi multum displiceret, ab officio Cancellarij deijciatur, & dignus morte iudicio parlamenti decernitur.

Rex tamen non multò post eius amoris intinctu annullauit quicquid in parlamento statutū fuerat contra ipsum. Ipse verò Michael suos accusatores menditatus est inuitatos ad canam Londini clam vnā cum duce Glouerniæ trucidasse. Cui facinori non solum fautor fuerat Nicolaus Brambre ut dicebatur, sed author maximus miles mercenarius, & qui fuerat anno transacto Maior Londoniarum. Sed laudabili constantia Nicholai Exstō Maioris anni presentis, qui liberè fatebatur se non consensurum tanto sceleri, facinus est omisum. Et palam factum est verbum istud omnibus habitantibus in regione vicina.

In fine parlamenti clerus concessit regi mediam partem vnius decimæ, & mediam partem quintędecimæ populus laicalis, cōditionaliter tamen, ut procerum iudicio dicta pecunia pro regni commodo expendereetur. Quam pecuniam recepit comes Arundeliæ profecturus ad niare.

Duci Hybernæ prouisum fuit ad regis instantiā, ut hæredes Caroli de Bloys qui quondam vendicauit ducatum Britannię, pro 30000. marcarum venderentur Gallicis, ut hac suffultus pecuniā dominium quod rex sibi donauerat in Hybernā posset conquirere, adiecta conditione, ut citra pascha proximum in Hyberniam transfretaret.

Finito

1 Finito parlamento & proceribus regressis ad propria, rex reuocauit Michaellem Attepool iam dudum damnatum per proceres, & secum detinuit cū ducē Hybernīæ, & Archiepiscopo Ebor. domino Alexandro Neuile. Qui regis animum pro posse concitauerunt contra proceres, & præcipuē dominos Tho. ducem Glouerniæ, & R. comitem Arundeliæ, & vt acta parlamenti ante omnia annullaret. Hic primò succreuit odium regi contra proceres, & ex tunc nunquam eos vt fertur coluit nisi fidē. Nihilominus deiecto Michaelle Attepool de officio Cancellarij, subrogatus est dominus Tho. Arundel episcopus Eliensis. Depositus est insuper dominus Iohan. Fordam episcopus Dunelmensis de officio Thesaurarij, & frater Ioh. Gilbert de ordine prædicatorum fit Thesaurarius, qui tunc fuit episc. Herefordensis.

Anno 1387. Circa principiū mensis Martij Rich. comes Arundeliæ, & Thomas comes Nottinghamiæ profecti sunt ad mare vt Oceanum Britannicū custodirent ab incurfibus hostium. Et factum est vt in vigilia annunciationis dominicæ, committerent bellum cum magna classe Franciæ, Flandriæ, Normanniæ & Hispaniæ. Cessitq; nostris victoria, captis centū nauibus vel eo amplius, in quibus continebantur vini 19000. doliorum, quæ diuersis regni destinata prouincijs inestimabiliter incolis profuerunt.

Bellum nauale.

20 Comites hijs ita gestis, castellū de Brest in Britan. adierunt, vbi duas munitiones ligneas erectas & refertas bellatoribus præelectis e Franciā & Britannia cum difficultate magna ceperunt. Quarū alteram incenderunt, alteram impositis castellanis de Brest munierunt, quia illis necessaria videbatur. Et sic hostes in eodem loco sub temporis parui spatio, geminata damna sensere, primò per ducē Lancastriæ petentem Hispanias, secūdō per comites memoratos, qui ibidem cōpositis benè rebus in Angliam prosperè sunt reuersi.

30 Robertus de Veer dux Hybernīæ, Michael Attepool comes Southfolciæ, Simon de Burle, & Richardus Stury deprauantes apud regem acta comitū, dixerunt eos nihil dignum laude gessisse, quippe qui non nisi mercatores dispoliauerunt, quorum fructuosius multò fuisset amorem seruasse patriæ, quàm odium inexorabile concitasse. Sed hij nimirū milites potiùs erant Veneris quàm Bellonē, plus potentes in thalamo quàm in campo, plus valentes lingua quàm lancea, vtpote, qui ad dicendum vigiles, ad agendum acta Martia somnolenti. Hij circa regem conuersantes nihil quod deceret tantum principem informare curabant, non dicimus tantū armorum vsum, sed nec ea quidem quæ maxime decent Heroes, viz. venationem, aucupationem aut hijs similia quibus in pace regius honor crescit.

40 Eo tempore quidam frater de ordine Carmelitarū dictus Gualterus Disse, nuper confessor ducis Lancastriæ accepit a papa plura priuilegia illis impertienda præcipue, qui duci profecto in Hispanias quicquā de bonis suis conferrent. Inter quæ potestatem accepit creandi capellanos papæ. Et inter ceteros qui satis carè comparauerunt hanc libertatem, quidā frater de secta Augustinensiu comparauit eam. Qui exindē sumens cornua, Lollardis adhæsit, hortatu quorū plura prædicauit enormia contra fratres suos. Milites capuciati qui defendebant vbiq; pro viribus Wiclefenses, hunc in suis prædicationibus animauerunt, extulerunt, & indicibiliter laudauerunt. Qui ideò capuciati vocabantur quia nulli, nec ad sacramentū altaris quidem caputia deponebant. Horum præcipui fuere Guliel. Neuile, Lodowicus Clifford, Ioh. Clanbow, Rich. Stury, Gul. Latimer, & vesanior omnium Iohannes de monte acuto, qui tantā incurrit amentiam vt imagines, quas apud prædiū suum de Schenelee habebat 50 in capella sua, deponi faceret & abscondi. Fuerunt & alij multi milites de fide malè sentientes, sed infamia maiori famosior Laurentius de Sancto Martino, de comitatu Sarum, qui in vigilia paschē corpus dominicū in ore acceptū euomit, & manu tenens illud ad propriam domum detulit, sacerdote sequente & obsecrante ne tantam iniuriā faceret sacramento, sed illud restitueret, vel more tractaret & sumeret christiano. Sed ille excluso præbitero, adhibitis ostreis, diuisit hostiam, cuius partem cum ostreis, partem cum cepis, partē cum vino

*Priuilegia a
Papa concessa.*

deglutiuit, afferens quemlibet panem domus suae tanti fore valoris, quanti fuit ille quem sic cum ostreis absumpsisset.

*Bigamia Ducis
satis impia.*

Robertus de Veer dux Hyberniae repudiavit uxorem nobilem, genitam de illustris regis Edwardi filia Isabella, & cepit aliam quae cum regina venerat de Bohemia, ut fertur cuiusdam sellarii filiam sat ignobilem, nomine Lancetronam. Ipse autem rex fauebat sibi in omnibus, nolens eum in aliquo contristari. Proceres tamen indignabantur, & praecipue dux Glouerniae mulieris auunculus, qui quandoque statuit vlcisci neptis iniurias, quod ducem Hyberniae non latebat. Quamobrem & sibi cauit prout potuit, & ducem Glouerniae perimere cogitauit.

Iam pascha transierat, iam tempus omne praeterierat, quo dux Hyberniae illuc transfretasset iuxta conditum, & adhuc in Anglia moram traxit. Sed ne propter hanc causam tumultus fieret inter proceres, rex ipse, velut deducturus eum ad nauem, cum eo in Walliam est profectus. Non tamen dimissurus eum, sed detenturus ibidem, ut illic semoti prout fertur quietius deliberare posset, qualiter proceres eorum votis obuiantes, dolo tenerent & occiderent. Instigabant ad haec regem iugiter Mich. Attepool, Rob. Tresilian Iusticiarius, Alexander Neuile Ebor. Archiepiscopus, & plures alij, qui suae pelli timentes, non minus quam dux Hyberniae in necem procerum conspirabant. Igitar emenso in Wallia longi temporis spatio, rex velut profectio ducis in Hyberniam data fuisset obliuioni cunctis in Anglia, redit cum duce & suis traditoribus ad castellum de Nottingham, tractaturus ibi finaliter de morte procerum praedictorum.

*Rex cogit sena-
tum in proceres.*

Illuc igitur venire fecit multos de Londoniensibus, quos nouit contingentes ad vtrilibet, & regni vicecomites & Iusticiarios vniuersos. Londonienses accersuit, quia plures eorum nuper de prodicione in regem conuicti, sed tamen eius gratia consequuti, ut ipsi gratiam regi pro gratia gratis rependerent, & dominos indictarent de criminibus, quae contra eos dicti proditores imaginati fuerant, dum cum rege egerant in remotis vicecomites conuenire fecit, ut sciret quantam potentiam manus bellicae contrahere possent contra proceres, & ut ipsi nullum militem de pago vel Schyra eligi ad parlamentum permitterent, nisi quem rex & eius consilium delegisset. Sed ad haec vicecomites responderunt, quod communes fauebant dominis, nec esse in potestate illorum ad hanc causam exercitum contrahendi. Et de militibus ad parlamentum eligendis dixerunt, communes velle tenere consuetudines vsitatas, quae volunt ut a communibus milites eligantur. Iusticiarij sunt vocati, ut ipsi decernerent, indictamenta fore legalia, & eisdem apponerent sigilla sua. Quod & tunc completum est Roberto Tresilian Iusticiario, & Iohanne Blake iuris apprenticio facinus introducentibus praelocutum.

*Veniunt
ad huc.*

25. die mensis Augusti, conuenientibus apud castellum de Notyngham Rob. Tresilian capitali Iusticiario: & Roberto Belknap capitali Iusticiario de comuni banco, & Ioh. de Holt, Rogero de Stilthorp, Gul. de Burgh militibus, Iusticiarijs & socijs Roberti Belknap supradicti, requisivit ab eis Rex in fide & ligeantia, ut ad istas quaestiones fideliter responderent.

*Filia accusati-
ones contra
proceres.*

Primò, an illa noua, statutum & ordinatio atque commissio, facta & edita in parlamento ultimo, derogant regali prerogatiua dicti regis? Dederat nempe rex duci Glouerniae, & comiti Arundelie, & quibusdam alijs commissio nem licet inuitus, ad inquirendum, audiendum & iudicandum de quorundam defectibus & praecipue Michael. Attepool. Ad quam responderunt quod derogant, eò quod fuerant contra voluntatem regis.

Secundò, illi qui statutum &c. fieri procurarunt, qualiter sunt puniendi? Responderunt quod pena capitali nisi rex eis voluerit indulgere.

Tertiò, qualiter sunt puniendi qui regem excitauerunt ad consentiendum praemissis? Responderunt, quod nisi rex eis gratiam fecerit sunt pena capitali merito puniendi.

Quartò qualem penam merentur, qui compulerunt regem ad consentiendum confectioni dictorum statuti &c. Responderunt quod sunt ut proditores merito

10

20

30

40

50

merito puniendi. Quinto quomodo sunt illi etiam puniendi qui impediuerunt regem quod minus poterat exercere, quæ ad regaliam suam pertinuerunt, remittendo penas, siue debita quevis? Responderunt quod sunt ut proditores merito puniendi. Sexto quesitum fuit, an postquam parlamento congregato, negotia regni, & causa congregationis parlamenti de mandato regis exposita & declarata, & communes articuli limitati per regem, super quibus domini & communes in eodem parlamento procedere debeant, si domini & communes super alijs articulis velint omnino procedere, & nullatenus super articulis limitatis per regem, donec super articulis per eosdem expressis fuerit per ipsum regem primo responsum, non obstante quod eis fuerat per regem iniunctum in contrarium, nunquid rex in ea parte debeat habere regimen parlamenti, & de facto regere effectum, quod super limitatis articulis per regem primo debeat procedere, vel domini, & communes primo debeant habere responsum a rege super articulis per eosdem expressis antequam ulterius procedatur? Responderunt quod si quis huiusmodi regimen regis impediri fecerit, tanquam proditor est puniendus. Septimo, nunquid Rex quodcumque sibi placuerit potest dissolvere parlamentum, & suis dominis & communibus præcipere, quod abinde recedant an non? Responderunt quod potest, & si quis ex tunc contra voluntatem regis procedat, ut in parlamento tanquam proditor est puniendus. Octavo, ex quo Rex potest quodcumque sibi placuerit removere quoscumque Officiarios & Iusticiarios suos, & ipsos pro delictis iustitiare & punire, nunquid domini & communes possunt absque voluntate regis, Officiarios & Iusticiarios ipsos impetere super delictis eorum in Parlamento an non? Responderunt quod non possunt, & si quis contrarium fecerit, est ut proditor merito puniendus. Nonò, qualiter ille est puniendus, qui in Parlamento monebat, quod mitteretur pro statuto, per quod Rex Edwardus Carnaruan erat abiudicatus in Parlamento, per cuius statuti inspectionem nova statutum, ordinatio & commissio supradicta, fuerunt in parlamento concepta? Responderunt, quod tam ille qui sic monebat, quam alius qui prætextu huius monitionis statutum illud portavit ad parlamentum, sunt ut proditores criminosi merito puniendi. Decimo, an iudicium illud in ultimo parlamento celebrato apud Westm. redditum contra comitem Southfolciæ Mich. Attepool, fuit erroneum & reuocabile, an non? Responderunt unanimiter, quod si illud iudicium fuisset modò reddendum, illi Iusticiarii modò reddere nollent, quia videtur eis quod iudicium illud reuocabile est tanquam erroneum in omni sui parte.

In quorum omnium testimonium Iusticiarii prædicti & Johannes Lokton feruens domini regis ad legem sigilla sua presentibus apposuerunt &c. Expositis ad vota indictamentis in dictos proceres, & plures alios nobiles, Rex & dux Hybernæ missis nuntiis conduxerunt multos qui cum illis starent, si oporteret, contra dominos in die belli. Interea rumor huius facti peruenit ad proceres, & eos magna repleuit tristitia, eo quod nullius culpæ conscij, tanto regis odio stringeretur. Vnde in primis regis patruus dux Glouerniæ ut regis animum mitigaret, coram episcopo Londoniensi & multis alijs regni nobilibus iuramentum tactis sacrosanctis addidit, se nunquam aliquid in regis læsionem machinatum fuisse, excepto quod ducem Hybernæ quem rex dilexit, lætis oculis non respexit, qui non solum suam, sed regis consanguineam dehonestasset. Cum audisset ista rex, & iam pacificatum se monstrasset, Michael Attepool timens si rex & dux concordarentur sua affutura dispendia, cepit duci detrahare, & commouere regem ad pristinam indignationem. Cui London. episc. qui tunc se mediator exhibuerat inter regem & ducem dixit. Sileas, ait, o Michael, non enim decet te qui dānatus es, os de cætero aperire. Est enim nisi indulgentia regia quæ tu viuis. Adhuc rex illico tantum offendebatur ut episc. iuberet abscedere cum rancore, qui recedens retulit quæ audierat. Hic excreuit odium & indignatio ex utraque parte, & dux comitibus Arundeliæ, Warwici, & Derby quorum sum res tenderet palam facit consiliū, prædicit periculum quod omnes in comuni tangebant. Qui mox collectis exercitibus statuerunt regem convenire super præmissis.

E contra rex agentibus proditoribus excogitat, qualiter dominos præfatos tolleret, antequam iunctis viribus conuenirent. Et primò misit ad castellū de Reygate comitem Northumbriæ, vt comitem Arundeliæ arrestaret, sed ipse cernens comitem valdè commotum & circa eum manū armatam validam, infecto negotio reuersus est. Comes autem post eius regressum noctanter equitauit cum exercitu, donec peruenit ad syluam de Haringey, vbi reperit ducem Glouerniæ, comitem Warwici cum magna vi militiæ congregatos. Sed tandè intercurrentibus pacis mediatoribus, ad id deductum est negotium vt domini apud Westm. coram rege venirent exposituri sua grauamina, & iustū iudiciū percepturi. Petierunt ergo vt proditores suos & totius regni, quos rex secum detinebat, iugiter amoueret. Proditores appellabant, Rob. de Veer ducē Hybernæ, Alexandrū Neuile Archiep. Ebor. Mich. Attepool comitem Southfolciæ, Rob. Tresilian falsum Iusticiarium, & Nich. Brambre falsum militem Londoniensem. Ad firmandum hanc appellationem proiecerunt chirothecas suas, iurantes se eam duello probaturos si regi placeret. Rex autem respondit hoc modo non debere fieri, sed omnia differri ad parlamentum proximum in quo fieret iustitia vtriq; parti. Et recepit vtriusq; partis personas in protectionem suam vt nulla pars interea noceret alteri, nec exercitū medio tempore congregaret. Recedentibus dominis cū hoc responso, non est visum eis iam tunc disungi, quòd eis ex post magnæ sapientiæ loco fuit. Nam de conuiuentia regis interim dux Hybernæ in partibus Cestriæ & Walliæ magnam turbā conflauerat, quod cognoscentes domini eius motibus festinanter occurrunt, & de Cestrensis quosdam perimunt, quosdam captiuant, nonnullos despoliant armis & equis, & vacuos domum remittunt. Dux Hybernæ cernens imminere sibi periculum fuga sibi consuluit. Et dominorū æmuli hijs auditis fecere similiter. Proceres proinde reuersi properauere Lodonias, vbi rex celebraturus fuit in turri dies natalitios, Quā & vidualib; instaurauerat, si oporteret pro resistentia faciēda. Habebant autē proceres exercitū valdè fortē 40000. bellatorū.

Procerum exercitus.

Anno 1388. In crastino natalis domini proceres conuenere Londonijs cum exercitu, & in campis vbi a turri videri poterant confederunt. Rex autem hæc sciens dissimulabat quasi multitudinē paruipendens, dixitq; suis. Sinatur, inquit, hic iacere cum turba donec expenderint bona sua, & tunc demū vacui reuertentur, & ego postea loquar iudicium cum eisdē. Cum verbum istud fuisset nunciatū proceribus, iurauerunt se non recessuros donec cū eo ore ad os colloquiū obtinerent. Tandē post altercationes varias, in turri cum eo colloquiū habuerunt, vbi corā eo de conspiratione contra eos facta conquesti sunt. Cūq; rex inficiari nequiret obiecta, præ confusione lachrymatus est. Sicq; confusum proceres ea vice reliquerunt, cōdicentes vt veniret in crastino ad Westm. auditurus plura, & de regni negotijs tractaturus. Quod ea vice concessit, sed nocte sequente instinctu susurronum propositū mutare decreuit, quod proceres non latebat. Renunciari fecerunt ergo sibi, vt pacta teneret veniens ad Westm. aut pro certo sciret eos electuros alium sibi regem qui vellet obtemperare cōsilijs dominorum. Quo telo rex percussus manē ad Westm. remigauit. Cūq; tractare cepissent proceres, inter cetera dixerunt regi, quòd pro honore suo, regniq; cōmodo oporteret proditores, susurrones, adulatores & maleficos, detractores, & inutiles de suo palatio eliminari. Censuerunt igitur arcendos a curia Alexandrum Archiep. Eborac. & alios plures tam spirituales quàm temporales dominos, vnā cum nonnullis clericis de capella sua, militibusq; multis cum dominabus plurimis, quæ non tantum fuerunt inutiles, sed infames. Arrestati sunt autem Simon Burlee, Gulielmus Elmesham, Iohannes Beauchampe de Holte regis Seneschallus, Iohannes Salisbury, Thomas Triuet, Iacobus Berneres, Nicholaus Dagwoorth & Nicholaus Brambre milites, clerici verò Richardus Clifforde, Iohannes Lincolne, Richardus Mitforde, & Nicholaus Clake, Decanus Capellæ Regis cum quibus Iohannes Blake iuris apprenticius arrestatus est, & omnes tam milites quàm clerici diuersis carceribus sunt transmissi.

Post

Post festū purificationis conuenit ad parlamentū Londonijs vniuersa regni nobilitas, ad quod procures cum exercitu conuenerunt. Captus est tū infaulto sydere Rob. Tresilian quondam Iusticiarius, qui mox tractus ad furcas suspensus est iudicio dominorum, quibus rex commissionem dederat malefactores puniendi. Consequenter processum est contra Nich. Brambre, qui consimili damnationi subiacuit. Deinde Ioh. de Salisbury, & Iacobus Berneres de prodicione notati, tracti sunt & suspensi. Post quos Iohan. Beauchamp de Holt regis Senescallus de infidelitate conuictus, eiusdem Parlamenti decreto, tractus est & suspensus. Suspensus est & Ioh. Blake iuris apprenticius, qui in consilio apud

*Malefactores
morte plebūma
int.*

10 Nottingham contra dominos multa machinatus est. Nouissimē decollatus est D. Simon Burlee homo intollerabiliter arrogans, oppressor pauperū, osor ecclesiæ, mechus & adulter, quia consenserat castellum Douerie cuius cultos erat Gallicis vendidisse, & quia pessimus consultor fuit semper regi. Dammati sunt præterea exilio dicti parlamenti decreto, Iusticiarij Rob. Belknap, Ioh. Holt, Rogerus Fulthorp, & Guliel. de Burgo. Hijs ita gestis, rex præstitit iuramentū de stando & parendo regimini procerum. Et consimile iuramentum exactum est a tota regni communitate.

Post festum Pentecostes comes Arundeliz Rich. factus Admiralius, ingressus mare octoginta naues hostium vel cepit, vel incendit, vel certē demersit vi-

30 ctis hostibus in eisdem.

Insulam de Baas depradatam dat ignibus, insulas insuper de Vs, & de Ree de Lemustre & de Rochele, de Olum & de Olorum, a quibus leges marinae nomen habent, inuadit, capit, & dispoliat, de quibusdam redemptiones accipiēs, quasdam verō flamma deuastans. Gallos cum Britonibus qui resistantiam parauerunt deuincens, conuertit in fugam. Peractōq; cum felicitate negotio ad Angliā remeauit. Per idem tempus Gallici de pace fastidiosi ingrediuntur hostiliter terras ducis de Gelre, pro eo maximē, quod Anglis erat amicus. Qui

Franci profligati.

30 Eodem anno Scoti quietis nescij, agebant in Angliā cades & rapinas, fixeruntq; tentoria prope nouū castellum super Tynam. Quibus occurrit D. Henricus Percy iunior cum fratre suo Radulpho. Contigitq; Henricum in primo congressu perimere Guliel. Douglas ducem Scotorum; sed mox vertente faciem fallaci fortuna, idem Henricus cū fratre captus est a Comite de Dunbarre, multis ex Anglis interemptis. Scoti tamen etsi illis cessit victoria, damnum tamen acceperunt irrecuperabile de suorum valentissimorum strage facta per Henricū. Qui nimirum post hanc pugna humiliati fugerunt, non audentes aduentum aliorum procerum expectare. Et sic vnus, id est Henrici probitate licet captus esset, regnum Angliæ tam metu bellico quā Scotis extitit vacuatum.

40 Post festum natiuitatis beatæ Mariæ factum est Parlamentum Cantebrigiz in quo fuerunt ædita plura statuta, quæ in maioribus chronicis videri possunt.

*Parlamentum
Canteb.*

In hoc Parlamento clerus concessit regi decimam & laici quintamdecimā. Et D. Iohan. Holland frater regis ex parte matris, creatus est Comes Huntingdoniæ, & D. Thomas Triuet equo lapsus mortem incurrit. Papa transtulit D. Tho. Arundel episc. Eliensem ad Archiepiscopatum Ebor. Alexandro Neuile proditore translato ad episc. Sanctæ Andree in Scotia, Iohanne Fordeham de Dunelmensi in Eliensem, Magistro Gualtero Skirlow de Bathoniensi in Dunelmensem, magistro Radulpho Ergon de Sarisburiensi in Bathoniensem, & Iohan. Waltham clerico de priuato Sigillo prouidit de episcopatu Sarum.

50 Anno 1389. Rex inopinatē collectis optimatibus in domo consilij, inquisiuit quot annos ætatis habebat. Responsūq; fuit quod viginti iā plenē peregisset: Ergo inquit plenē sū ætatis ad gubernandū domū & familiā, necnon & regnū meū. Iniustum est vt mea cōditio sit deterior quā cōditio minimi in regno meo. Car mihi negatur quod cuilibet alteri gradus inferioris cōceditur de cōsuetudine & regni iure? Cūq; barones attoniti responderēt nihil iuris sibi debere subtrahi, ita ait. Nostis q̄ diu regulat⁹ fuerim per tutores, nec mihi licuit

T. ij.

sine

*Rex novos eli-
git Officiarios.*

sine illorum arbitrio quicquam facere. Et ideo nunc illos ammoueo, & vt hæres ætatis legitimæ regni regimen apprehendo. Iussitq; statim Cancellario resignare sigillum, quod mox dominus Eboracensis regi dedit in manus. Qui post pusillum illud commisit episcopo Winton. Gul. Wickham. Deinde constituit novos Officiarios, vtens in omnibus proprijs arbitrio & voluntate. Ducemq; Glouerniæ & comitem Warwici dimouit a consilio, adhibitis alijs qui suis oculis placuerunt. Interea detractores tantum regem dementauerunt, vt crederet ducem Glouerniæ collegisse militiam contra eum. Tunc rex repente accersito duce huiusurbationis ignaro, scrutatus rei veritatem, comperit famam mendacem & erubuit. Aderant tunc præsentibus qui mendaciū istud finxerant, contra quos cum dux loqui parasset, & eorum perfidiam voluisset publicè declarasse, rogauit rex sub obtestatione suæ dilectionis, ne procederet in materia supradicta. Acquieuit ergo dux roganti, eò facilius, quò benè nouit iam regi suam innocentiam declaratum.

Circa festum Sancti Iohannis Baptiste firmatæ sunt treugæ inter regna Angliæ & Franciæ triennales, ad quas seruandas (quod mirū est) reges præstitere personalia iuramenta.

Eo tempore Scoti combusserunt villam de Tynemutha. Post paucos autem dies Francis pro Scotis spondentibus, Scoti inclusi fuere in treugis captis inter Anglos & Francos, nulla restitutione facta pro damnis & iniurijs illatis nostratibus per eosdem.

Anno Iubileum

Dominus papa Vrbanus 6. considerans vires hominum & ætates imminutas, constituit annum gratiæ, id est Iubileum fieri anno sequenti, qui inciperet a natali insequente, & ex post in æternum semper reuolutis 33. annis cunctis christicolis nouaretur. Iudicās annos plenitudinis ætatis Christi mysticos idoneos ad renouandum sæculi Iubileum.

Michael Attepool diem supremum clausit Parisius hac ætate.

Lollardi sequaces Ioh. Wickliff in tantam sunt euecti temeritatem, vt eorum præbyteri more pontificum novos crearent præbyteros, asserentes quemlibet sacerdotē, tantam habere potestatem conferendi sacramenta ecclesiastica quantam papa. Hanc autem perfidiam in Sarum diocesi præstizarunt. Qui verò taliter ordinati sunt, sibi cuncta licere putantes, missas celebrare, & sacramenta conferre minimè timuerunt. Audierunt & cognouerunt hæc regni Pontifices, sed abierunt alius in villam suam, alius ad negotiationem suam, solus Norwicensis temporibus malis ausus est esse bonus.

Papa mori.

Hoc anno mense Octob. papa Vrbanus 6. valescit sæculo. Cui successit Cardinalis Neapolitanus, qui Bonifacius 9. dictus est.

Mense Nouemb. redijt in Angliam D. Iohan. dux Lancastriæ, qui in transmarinis partibus moram traxerat triennale. Qui in Hispania primò passus infortunia, postremò ad summam vsque felicitatem deo miserante peruenit. Nam suus aduersarius rex Castellæ, non viribus humanis territus, nullius nisi dei solius timore coactus (quippe qui inter suos securus habitans, & vidit nostratum miseras, atq; cognouit penurias) obtulit se primò de forma pacis cum duce tractaturum. Sicq; factū est domino disponente pro duce miraculosè negotiū, vt affinitas inter eos successoria firmaretur & dux acciperet pro tunc in arram multa millia librarū a rege Castellæ, & obsides pro soluendis annuatim ad vitam duci & ducissæ 10000. librarum.

*Comes Penbr.
interionitur.*

Anno 1390. dum iuuenis Comes Penbrochiæ Ioh. de Hastings exercit hastiludia in domini regis curia, percussus est inguine a quodam milite sibi occurrente vocato Ioh. de S. Iohanne. Qua læsione obiit præmaturè penultimo die mensis Decembris.

Richard

Post festum sancti Hillarij in parlamento tento Londonijs statutum fuit, vt nullus transfretaret ad impetrandum prouisiones a papa, sub pænâ carceris. Item concessi fuere domino regi 40. sol. de quolibet sacco lanæ, & de libra 6. denarij.

In hoc parlamento dominus Ioh. dux Lancastriæ factus est dux Acquitaniæ, per

per virgam & pileum sibi præbitas manu regis. Et Edwardus filius ducis Eboraci factus est comes de Ruthland.

Eo tempore dominus Adam Cardinalis Anglicus qui dedecorose depositus fuerat per Vrbanum papam restituitur suo gradui, per Bonifacium successorē. Ferunt quod cum Vrbanus tyrannizare meditaretur, hunc maximè propter profunditatem sensus pertimuerit. Et ideò ne conatus sui impedirentur per eum, hunc sat iniuste comprehendit, & torsit, & reclusit in carcere quàm diu vixit. Quod factum in morte sua fertur satis doluisse, publicè pœnitendo & protestando hunc reum nullius criminis extitisse.

Cardinalis restitutus.

- 10 Huius Cardinalis petitione declaratum fuit per papam Bonifacium, quod bullæ de indulgentijs plenarijs concessæ quibuslibet in extremis, tantū valent obtinentibus, in ea confessione quæ mortem immediatè præcedit. Qui licet multotiens propter diuersa pericula confiteantur, si conualuerint, non tamen vsque ad extremum articulum fortiuntur effectum.

Bullarū virtus.

- Hoc anno dominus Henricus comes de Derby profectus in le Pruys in regno de Lettow bella gerit, ciuitatem dictam Willis, ad cuius castellū rex de Lettow dictus Skyrgele confugerat, primus occupauit vexillo suo super muros erecto. In ea ciuitate perempta sunt ad 4000. plebanorum vel saltem in captiuitatem ducta, fratre regis de Poleyn ibi perempto, qui fuit grauis aduersarius christianis. Marecallus Prusiæ, & quidā rex vocatus Wytot delectati probitate tanti iuuenis & animositate multum honoris impenderunt illi.

- Anno 1391. Rex Franciæ missis in Angliam nuntijs, obtulit pacem regi desiderabilem diutissimè concupitam. Et vt pax stabiliior, conditio firmior, tractatus honoratior haberetur, petijt regis nostri colloquium personale, quod prope Kalefiam fieri postulauit.

- Rex autem Angliæ, quia sublimis & honorabilis ibi apparere voluit, misit per singulas regni Abbathias pro equis nobilibus, quales regē decuit insidere. Misit etiam ad eadem loca pro magnis summis pecuniæ sibi mutuo concedendis, ne pacis negotium per religiosos impediri videretur, si quod rex ab eis petijt negaretur. Nec minus pepercit ciuitatibus & burgis regni, quin a singulis peteret in hoc negotium magnas summas.

- Sub eisdem diebus de consensu regis & consilij fuit proclamatio facta Londonijs, vt omnes beneficiati existentes in Romana curia redirent in Angliam citra festum S. Nicholai, sub pœna priuationis omnium beneficiorum suorum, & non dum beneficiati cederent per idem tempus. Anglici autē audito tanto tonitruo in remotis, metuentes ictum deserta curia confugiunt ad natale solum. Ipse verò papa, tanto fragore turbatus, mittit festinanter nuntium qui causas exploret harum rerum omnium, simul & statuti Parliamēntalis de prouisoribus nuper æditi, vt præfertur. Qui cum venisset, hortatus est regem rogans & requirens ex parte papæ, quod statuta illa tolli & de capitularibus faciat aboleri & maximè statuta, Quare impedit, & Premunire facias, & hijs similia, & si statuantes non tollant &c. saluo honore ecclesiæ, & animarum salute non potest illa dissimulare. Rex Angliæ vt filius obedientiæ, petitionibus papæ parere decreuit, hijs præcipuè quæ expediebant vel licebant. Iussitq; papali nuntio vt expectaret Parliamēntum futurum in quo de communi consilio sibi responsa darentur.

Papalis nuntius.

- 40 Eo anno dominus Thomas dux Glouerniæ dum in le Pruys vellet cursum dirigere cum armata manu, agitatus aduersa fortuna, & procellosis Neptuni turbinibus a proposito impeditur. Nempè post Daciam, post Norwagiam, post Scoticam barbariè non sine mortis metu transcursam, tandem eiectus est in Northumbriam prouenitq; Tynemutham.

Parliamēnt.

- Circa festum omnium sanctorum in Parliamēto facto Londonijs tractatum fuit de papali negotio, quo ad statutum nuper æditum contra prouisores. Et quamuis rex & dux Lancastriæ viderentur papæ deferre, milites tamen parliamēntales nullo modo consentire voluerunt vt liceret Romipetis impunè ibi acquirere beneficia sicut prius. Sed ne videretur nullum honorem papæ vel

Parliamēnt.

regi detulisse, hoc tollerauerunt, vt per regis gratiam liceret talibus impetrare beneficia vsque ad parliamentum futurum. Clerus concessit regi dimidia decimam, & laici quintadecimam. Quam summam percepturus erat dux Lancastriae profecturus in Franciam, & cum rege Franco personaliter de pacis negotio tractaturus. Item per clerum & laicos conceduntur regi vna plena decima, & plena quintadecima sub conditione, viz. quod ipso anno super Scotos hostiliter equitaret.

Eodem anno dominus Henricus Percy reuocatur a Calesia & custos Marchiae Scotiae constituitur. Et dominus Tho. Mounbray Comes de Notingham fit custos Calesie.

Anno 1392. in die natali domini, Delphinus de mari veniens lussit Londonijs in Thamisia, perueniens vsq; ad pontem, praeficiens fortasse tempestates quae mox infra hebdomadam sequebantur, vt certe perturbationem ciuium, quam cito postea per iram regiam incurrerunt.

Hoc anno dux Lancastriae transfretauit cum episcopo Dunelmensi, habuitq; Ambianis cum rege Franco colloquiū personale. Quem rex susceptum magnifice, vltra quam credi potuit, honorauit. Tandem finito tractatu, reportauit dux vnius anni treugas, vt per idem tempus deliberaret regni cōmunitas, vtrum expediret paci finali manus dare, potius quā negotia dubia belli tractare. Ob hanc causam conuenerūt ad consilium apud Stamford omnes regni proceres, & de cunctis ciuitatibus & burgis nobiliores, ad audiendum & discernendum de tractatu ducis habito Ambianis. Sed tamen nil profuit ea vice tanta collectio, praeterquam quod susceperunt treugas per vnius anni circulum duraturas. Ad quas seruandas vterq; rex corporale praestitit iuramentum.

Et tempore cum Londonienses regi petenti mutuo 1000. libras procaciter petita negassent, rex offensus fecit citari Maiorē & vicecomites cum Aldermannis ad consiliū Nottinghamiē & ditioribus ciuitatis. Et Maiorem quidem cum potentioribus arrestatū, propter diuersos defectus illis impositos, varijs custodijs destinauit. Reuocauitq; priuilegia, libertates eorum annihilauit & leges quas condiderant abrogauit. Decreuitq; de consensu consilij, vt de cetero Londonienses Maiorē non eligerent vel haberent, sed rex de suis militibus prouideret aliquem qui rector eorum foret, & Gardianus Londoniae vocaretur. Constituitq; dominū Edw. Daluirigg Gardianum. Qui quia dicebatur nimis fauere ciuibz illic submouetur, & D. Baldewinus de Radingtona constituitur loco suo.

Igitur cum Londonienses humiliati fuissent in iniquitatibus suis, vidit dominus rex tribulationem eorum, & propitius fuit peccatis eorū mediante duce Glouerniae, venitq; Londonias ad consolandum eos. A quibus tunc cū tanta gloria, tanta pompa, tanta varietate diuersorum apparatusum est susceptus, quanta decuisset Caesarem triumphantem, tantis donis honoratus est ab eis, quod eorū pretium nequiuisset faciliter aestimari. Sicq; recuperare meruerunt libertates veteres quae saltem ciuitati possent esse fulcimento, non extraneis detrimento. Indultumq; fuit eisdem vt liceret eis Maiorē eligere sicut prius.

Hoc anno rex Franciae maleficatus incurrit amentiam, & phreneticus est effectus, nec vnquam postea potuit vllis artibus plenē restitui sanitati.

Robertus de Veer quondam dux Hyberniae in Louania diem clausit extremū in mentis angaria, rerumq; penuria. Qui equidē iuuenis aptus fuerat ad cuncta probitatis officia, si non defuisset ei in pueritia disciplina.

Anno 1393. in Parliamento facto Wintoniē post natale concessa fuere regi per clerum dimidia decima, & medietas quintadecimae per cōmunes, pro sumptibus ducum Lancastriae & Glouerniae, qui fuerunt profecturi in Franciam ad tractandum de pacis negotio inter regna.

Hoc anno Bancus regius & Cancellaria translata sunt de Londonijs Eboracum. Sed non longo tempore durauit haec nouitas, quia qua facilitate transportabantur Eboracū, eadem lenitate Londonias reportabantur. Isto quoq; anno D. Aldredus de Veer, comes Oxonijs factus est.

Dominus

Consilium apud
Stamford.
Videtur.

Ira regis in
Londonienses.

Londonienses regi
reconciliati.

Mors Rob. de
Veer.

Videtur.

Dominus Tho. Percy frater comitis Northumbriæ factus est Senescallus regis, & dominus Guliel. Scroope subcamerarius regis efficitur, vir quo de facili nemo posset nequior aut crudelior inueniri. Sub hoc tempore dictus Guliel. Scroope emit de domino Guliel. de monte acuto Comite Sarum Insulam Euboniæ cum corona. Nempè dominus huius insulæ rex vocatur, cui etiam fas est corona aurea coronari.

Insula de Man.

Hæc insula vocatur in vulgari, Insula de Man, quæ inter Angliam & Hyberniam situatur.

10 Duces Lancastriæ, & Glouerniæ transfretauerunt in Franciam, pro fine faciendo treugarum præloquutarum, vel pacis finalis inter regna. Sed tamen non dum finis, quia rege Franco iterum infirmato non potuit finis esse.

Dominus Henr. Percy iunior constitutus est custos Burdegaliæ. Aquarum inundatio apud Bury tanta ruit, vt arcem adimpleret ecclesiæ, & apud Nouum Forum parietes domorum dirueret, & viris illic ac mulieribus penè periculum dimersionis inferret in Octobrio.

Aquarum inundatio.

Isto anno dominium villæ de Sherburgh reuolutum est ad pristinum possessorem regem Nauarriæ, quod inuadiatum fuerat regi Angliæ certis annis, pro 22000. marc. de rege Angliæ mutuo susceptarum.

20 Anno 1394. Morettus de Turkia vallauit obsidione ciuitatem Constantinopolitanam, sed probitate ciuium est repulsus.

In octauis S. Hillarij factum fuit parliamentum London. in quo petitum fuit regi subsidium volenti in Hyberniam proficisci. Cui Clerus concessit plenam decimam si transfretaret, si verò non laboraret, medietatem tantum decimæ concessit eidem.

Parlamentum.

Circa festum S. Iohan. Baptiste venerunt a Francia dux Lancastriæ, reportas 4. annorum treugas. In quibus & Scoti comprehendi debebant, si vellent subijci regi Anglorum vt de iure solebant.

30 Agente duce in Gallijs, obiit in Anglia coniux sua domina Constantia domini Petri quondam regis Castillæ filia, mulier super fœminas innocens & deuota. Obijt etiam Comitissa de Derby vxor domini Henrici comitis de Derby, filij ducis Lancastriæ supradicti. Anna quoq; regina diem clausit, quæ apud Westm. est sepulta. Cuius exequiæ quanto celebriores fuerunt in expensis, tanto notabiliore infamijs, quia rex ipse polluit locum sanguine comitis Arundeliæ in principio officij funeralis. Causa iræ regiæ fuit, quia comes non interfuit processionem & deportationem corporis reginæ ab ecclesia S. Pauli vsq; Westmon. deportati, & quia cum tardius aduenisset, primus omnium petijt a rege licentiam recedendi propter certas causas quæ eum vrgebant.

Comes Arundel interfecit.

40 Eodem anno obiit domina Isabella Ducissa de Cuerwike soror ducissæ Lancastriæ mulier mollis & delicata, sed in fine (prout fertur) satis penitens & conuersa.

Hæc humata est iussu regis apud Langlee prædium suum inter fratres.

Hybern. relegati ad natale solium.

50 Circa gulam Augusti iussu sunt omnes Hybernici per totum regnum euacuare citra festum natiuitatis S. Mariæ, præstolaturi in Hyberniam regis aduētum, sub pœna capitali. Dicebatur quòd in Angliam lucri gratia tanta multitudo Hybernicorum venerat, vt illa regio viris & mulieribus vacuaretur. Vnde contigit quòd merè Hybernici, Anglicorum Hybernicorum æmuli, partem insulæ quæ paruerat regi Angliæ vastauerunt nemine resistente. Cui verò cum quondam rex Angliæ illustris Edw. 3. a conquestu illic posuisset Bankum suum atq; indices cum Scaccario, percepit inde ad regalem fiscum annuatim 30000. librarum. Modò propter absentiam personarum & hostium potentiam irrefrenatam, nihil inde venit, sed rex per annos singulos de suo marsupio terræ defensoribus soluit 30000. marcarum ad sui dedecus, & fisci grauissimum detrimentum.

Circa festum natiuitatis beatæ Mariæ rex Angliæ transfretauit in Hyberniam, quem sequebantur dux Glouerniæ, comites Marchiæ, Notinghamiæ, & de Ruthland. Hybernienfes nimirum de tanto apparatu tertiti, palam non audentes

dentes occurrere, clandestinis irruptionibus frequenter regis exercitum fatigarunt. Coacti tamen sunt se regi submittere plures magnates, quos reges vocat plebs rustica regionis, quorum quosdam rex secum detinuit, ne noua aliqua molirentur. Morabatur autem Rex in Hybernia vsque ad Pascha. Per id temporis accefferunt ad eum ab Anglia Archiepiscopus Ebor. & Episcopus London. cum alijs nuntijs missis per clerum rogantes vt quantocius repatriare dignaretur ad succurrendum fidei & ecclesiae, quae iam per lollardos & eorum fautores incredibiliter affligebatur. Nam ad hoc vacabant solūmodō vt imaginaretur qualiter totius Ecclesiae possessiones tollerent, & quod peius fuit, cunctas canonicas destruerent sanctiones. Hijs auditis rex impiger reuersus est in Angliam, arbitrans magis necessarium fidei periclitanti succurrere, quam circa regna temporaria acquirenda decertare. Sed hec in sequentibus diffusius sunt tractanda.

*Parliamentum
Dublinia.*

Anno. 1395. Tenuit rex natale in ciuitate Dubliniae, & post natale fecit parliamentum ibidem, ad quod conuenerunt tam ligei sui, quam illi qui dudum submiserant se eidem. Eo tempore post Octau. Epiphaniae, vocante custode regni Angliae domino Edmundo regis patruo duce Eboraci factum est parliamentum Londonijs. Ad quod accessit dux Glouerniae missus de Hybernia, qui coram cunctis exposuit regis necessitatem, qui iam exhauferat thesauri sui in Hybernicos facultatem. Cuius legatio tantū valuit, vt clerus vnam decimam regi concederet, & quintam decimam plebs communis facta prius protestatione, quod ad hoc concedendum regi non tenebantur stricto iure, sed sui regis affectione.

Subsidium

Eo tempore Lollardi cum suis fautoribus in omnem malitiam efferati, fixerunt publice super ostia sancti Pauli London. & Westmon. abhominabiles cleri accusationes, & haecenus inauditas conclusiones, quibus nitebatur destruere personas omnes ecclesiasticas & ecclesiae sacramenta, animati vt fertur fauore quorundam procerum & militum Aulicorum.

Inter quos campi ductores fuere Richardus Stury, Lodowicus de Clifford, Thomas Latimer, Iohannes de monte aceto, qui instigabant & confortabant haereticos ad confundendum & delendum si posse daretur praecipue religiosos.

Rex igitur vt praefertur conceptis tantis malitijs Lollardorum festinanter venit in Angliam vt suo dissiparet intuitu omne malum. Quod cum peruenisset latis aibus, quosdam de proceribus obiurgauit acriter, comminans eis terribiliter, si de cetero Lollardis fauerent, vel eos aliquialiter confortarent. De Richardo vero Stury accepit iuramentum tacto libro Euangeliorum, quod de cetero opiniones huiusmodi non teneret. Quo facto dixit rex: Et ego iuro tibi, si tu vnquam violaueris iuramentum in morte pessima morieris. Audientes ceteri tantum rugitum contraxere cornua & haecenus dilituerunt.

Eo anno sensit Anglia damna graua per piratas reginae Danemarchiae, qui nautas & mercenarios depradabantur, praecipue tamen eos qui erant de Northfolchia. Qui tandem ausi sunt collecta multitudine congregari cum eisdem. Sed hostibus praevalentibus, multi nostratum sunt perempti, plurimi ad redemptionem grauissimam sunt seruati, direpta pecunia, quam ad nundinandum comportauerant, ad summam viginti millium librarum.

*Oppressio Ec-
clesiasticorum.*

Eodem anno dominus Wilhelmus Cant. Archiepiscopus non considerata depressione ecclesiastica qua iugiter premebatur singulis annis per tallagia regia, plus prospiciens suo priuato commodo, quam comunitatis incommodo, impetrauit ab Apostolico, vt leuare posset per totam suam prouinciam quatuor denarios de libra, omnium bonorum ecclesiasticorum tam exemptorum, quam non exemptorum, nulla praetensa legitima neque vera causa.

Multi metuentes supercilium executorum praesentis negotij S. Archiepiscopi Eborum, & Episcopi London. soluere consenserunt, alij autem ad sedem apostolicam appellauerunt, sed tantis motibus finem imposuit summus pontifex dominus Iesus Christus, consulens honori, famae, corpori & spiritui tanti viri, dum eum celeri fato subtraxit.

Hoc

Hoc anno obiit Ioh. Waltham Episcopus Sarum, regni thesaurarius. Qui tantum regi complacuerat ut rege iubente apud Westm. inter reges habuerit sepulturam. Huic successit in officio Thesaurarii, D. Rogerus Walden, in episcopatu verò D. Ioh. de Mitford episc. Ciceſtreſis, ad cuius episcopatū Dublinensis Archiepisc. est translatus. Quia maior Præſulatus in ſeculari ſubſtantia minor erat.

Obiit etiam Exoniensis episcopus, cui successit regis iſtancia magister Edmundus de Stafford portitor priuati Sigilli, obiit quoque D. Henr. de Wakefeld episcopus Wigorn. Cui successit ad preces regis quidam monachus Cisterciensis regis phisicus dictus Tydeman, cassata magistri Ioh. Grene electione legitima.

Mense Nouembrio Rex Angliæ apportato de Louania corpore dilecti sui Roberti de Veer, fecit illud apud prioratum de Coolne in Eſſexia ſolemniſſe tumulari, exhibens ſuam præſentiam officio funerali. Multitudo Præſulum & prælatorum contemplatione regis affuit hijs exequijs: ſed per pauci de proceribus, quia nondum digeſtum fuerat apud eos odium inueteratum.

Anno 1396. Iohannes dux Lancæſtriæ cui rex donauerat ducatum Acquitaniæ, cum iam incredibilem ſummam theſauri in illis partibus expendiſſet, pro bito per mandatum regium reuocatur. Qui nihilominus reuocanti paruit, *Dux Lancæſt. reuertitur de Acquitania.* & in Angliam rediit, & acceſſit Langleyam ubi rex natale domini celebrauit. Suſceptuſq; eſt a rege debito cum honore; ſed ut quidam aſſerunt, nō amore. Licentiatus proinde a rege, curiaq; reſeſſit, & properauit Lincolniam ubi Katherina de Swinford eo tempore morabatur. Quam poſt Oct. Epiphaniæ deſponſauit, cunctis admirantibus facti miraculum, & maxime ipſo rege.

Hoc tempore papa ſcripſit regi Angliæ orans ut aſſiſteret prælatiſ eccleſiæ in cauſa dei, & ipſius regis, & regni contra Lollardos, quos declarauit non ſolum proditores eccleſiæ, ſed ipſius regis. Rogauitq; obnixius ut quos prælati declaraffent hæreticos condemnaret.

Eo tempore iuxta pacta inter reges Angliæ & Franciæ prius firmata, conuenerunt dicti reges ad locum ultra Caleſiam eorum colloquio designatum, ubi amborum regum tentoria magnifice fixa fuere. Qui ante tractatum pro pacis ſecuritate, corporale præſtiterunt coram omnibus iuramentū. Et quidem iuramentum regis Franciæ tale fuit.

Nos Carolus rex Franciæ iuramus in verbo regali ſuper Euangelia pro nobis & omnibus nobis ſubiectis, amicis & affinitate nobis iunctis, & beneuolentibus, quod non faciemus, nec patiemur fieri per nos, nec per ſuprà nominatos, damnum, impetitionē, moleſtiam, arreſtationem, nec diſturbationē ullo modo per tempus noſtræ conuentionis, nec per 8. dies ante conuentionem, & 7. dies ſequentes noſtro dilecto filio regi Angliæ, nec alicui de ſuis ſubiectis, amicis, affinibus, nec beneuolis, ante dictum tempus. Et ſi caſu aliquo inſolentia vel litigium per aliquem de noſtris ſupradictis, quod abſit, emerſerit, nos promittimus in verbo regali, & per ſecuritatem prædictā, quod faciemus hoc debitē emendari, & ſine dilatione reformari.

Et iuramus ulterius ſuper ſecuritate prædictā, quod ſi aliquis vel aliqui de qualicunq; ſtatu vel conditione extiterint, voluerit, vel voluerint contraire dictæ noſtræ ſecuritati, nos erimus in auxiliū noſtri prædicti filij pro noſtro poſſe ad reſiſtendum malitiæ malefactorum prædictorum, & conſeruandum dictū noſtrum filium & ſuos, per modū quem nos & noſtri ſcimus. Et ad tenendum omnia, & perſequendū ſine fraude, vel malo ingenio, & ad hoc iuramus & promittimus ſicut ſuprà.

Die 26. menſis Octobris rex Angliæ equitauit de Caleſia verſus caſtellum de Gynes, & cum eo dux de Berry qui miſſus fuerat ad recipiendū ſacramentum regis noſtri.

In craſtino obuiauerunt reges, ducentibus regē Angliæ dominis Franciæ, 4. V. j. duçi-

Regum collo-
quium.

Ducibus de Berry, & Burgundiæ, Aurelianensi, & Burboniæ, Comite Sancer, Vicecomite de Meleyn, Episcopo de Vilames, dominoq; de Busly. E contra de parte nostrati missi sunt ad conducendum regem Franciæ ad suam papilionem duo duces, scz. Lancastriæ, & Glouerniæ, 4. Comites, scz. de Derby, & de Ruthland, Nottinghamiæ, & Northanhumbriæ. Habueruntq; colloquiū duo reges, in quo assensu mutuo fuerat ordinatum, vt construeretur in eodem loco vna capella sumptibus amborum in æternam memoriam, quæ capella domine nostræ de pace vocaretur.

Die Sabbati in festo apostolorum Simonis & Iudæ reges colloquuti sunt de certis articulis tractatus sui, iuraueruntq; super Euangelia de pactis seruandis. Et tunc rex Angliæ rogauit regē Franciæ vt pranderet cum eo die Lunæ sequente. Die Lunæ venit rex Frāciæ ad tentoriū regis Angliæ. Et eadē hora, regina fuit adducta ad tentoria regis nostri, quā rex Frāciæ donauit regi nostro. Qui tenens manū puellæ, osculatus est eam, multum regratiando patri suo de dono tam honorabili & gratioso, asserens se eam sub conditionibus accipere factis inter eos. Cōmendata est proindē regina ducissis Lancastriæ & Glouerniæ & comitissis Huntingdoniæ, & Staffordiæ, alijsq; dominabus quæ conduxerunt eam Calesiam in apparatu maximo hominū & equorum. Habuit nempe secum 12. currus plenos dominabus & domicellis.

Hij ita gestis reges accesserunt ad prandiū in tentorio regis Anglorū. Confeditq; rex Franciæ in dextera parte Aula, cui seruitum fuit more patriæ suæ regaliter, id est, de omnibus cibarijs primi cursus simul in magna parapside, & de secūdo cursu eodē modo. Regi verō nostro, modo patriæ seruebatur. i. Anglico. Post prandiū reges osculati pariter ascenderūt equos, duxitq; rex Angliæ in viam suam, & tandem iunctis manibus super equos ab inuicem discesserunt. Rex Franciæ equitauit ad Arde, & rex versus Calesiam se conuertit, vbi filiā regis Franciæ duxit vxorem pusiolam septennem vel octennem. Fuerat autē iste regum apparatus grandis & sumptuosus in donarijs & expensis. Nam præter dona quæ rex Angliæ dedit regi Franciæ, alijsq; proceribus illius regni, quæ superauerunt summam 10000. marcarum, rex expendit vt aiunt 30000. marcarum & amplius ea vice. Redijt autem citò postea saluus in Angliam, & vxor sua, sed aduersa tempestate tentoria sua perdidit, & magnā partem suppelle-tilis domus suæ.

Archiep. Cant.
mora.

Hoc anno valefecit seculi vanitatibus Magister Gul. de Cortiniaco Archiep. Cantuar. Cui successit postulatione capituli. D. Tho. frater comitis Arundeliæ, regni Cancellarius. Qui mox Cancellarij renunciavit officio, & illius sollicitudinem Magistro Edmundo Stafford episcopo Exoniensi assensu regio commendauit. Successitq; prædicto Tho. in Archiep. Ebor. quidam frater, prouisione papali contra vota totius cleri Eboracensis.

Eodem anno decessit totius monastice religionis speculum, currusq; & auriga eius, D. Tho. Abbas Monasterij Sancti Albani, cui successit per electionem D. Iohan. Moot Prior eiusdem loci. Qui iuxta noua priuilegia a curia impetrata, vt viz. eo ipso quo rite foret electus, esset & confirmatus, primus omnium eo priuilegio vsus est. Suscepitq; munus benedictionis ab Archiepiscopo Cantuariensi domino Thoma de Arundell, non quia sic oportuit, sed quia per manus eius benedici prælegit. Qui benedixit eum in manerio suo de Salte-woode inhibens omnibus ministris domus suæ, ne vlla feoda susciperent ab eodem.

Duchess

Anno 1397. In parlamento celebrato London. D. Iohan. dux Lancastriæ legitimari fecit prolem quam susceperat de Katherina de Swinford.

Et in eodem parlamento Tho. Beufort filius ducis & eiusdem Katherinæ creatus est Comes de Somerset. Cognominauit autem dux prole illam de bello forti, id est, de Beufort. Rex contra iuramentum quod præstiterat reuocauit de Hybernica Iusticiarios, quos olim de consensu suo regni proceres propter defectus eorum notabiles constituerant exulare.

Eo tēpore increbuere rumores, licet inanes, quod rex Angliæ fuisset electus in

in Imperatorem, unde rex elatus ut fertur, ab eo tempore cepit altius sapere quam solebat: vulgus exinanire, grandes summas pecunie mutuari, in tantum ut nullus prelatus, nulla ciuitas, nullus ciuis notatus locuplex in toto regno se potuit occultare, quin de sua pecunia mutuum regi daret.

Hoc anno cum iam sibi regnum Angliæ summa videretur pace gauisum propter regales nuptias & opes accumulatas per easdem, & treugas annorum 30. firmatas, & presentiam tot nobilium procerum, quot & quales nulla externa regio poterat exhibere, repente regis astutia cuncta turbantur. Dum inopinatè capit auunculum suum ducem Glouerniæ vi & armis nihil tale verentem apud

*Dux Glouerniæ
incarceratus.*

- 10 Pleschi in Essexia, & Calesiam deduci facit carceri mancipandum. Comitem verò Warwici ipso die quo eum inuitauerat ad prandendum secum, fecit arrestari, & protinus incarcerari, quamuis ei peroptimum vultum monstraret eodem die, & insuper sibi futurum bonum dominum promississet.

- Comitem præterea Arundeliæ deceptum blandis persuasionibus, qui satis potenserat & se saluasse ut dicitur, & suos amicos liberasse, scz. ducem Glouerniæ & Warwici comitem, se reddentem pacificè misit ad Westam insulam pari modo in carcere detinendum usque ad parlamentum, quo definierat eos omnes morte plectendos. Et ne fieret communis vulgi commotio pro captione dictorum procerum, quæ maximè verebatur, proclamari fecit per regnum quòd
- 30 ista dominorum captio non erat facta pro quibuslibet antiquis transgressionibus, sed pro nouis commissis contra regem, quæ propalarentur in parlamento futuro, sed hæc proclamatio ficta fuit, prout rei exitus comprobauit.

- Rex verò nescitur quid metuens, per idem tempus vetuit ne pontifices alijs prælati facerent processiones siue deuotiones pro causa præmissa, vel procerum ereptione detentorum. Paulò post apud Nottingham fecit indictari dictos dominos de prodicione. Subornauitque appellantes, qui eos appellarent in parlamento futuro, Edw. comitem Ruthlandiæ, Tho. Mounbray comitem Mareschallum, Tho. Holland comitem Cantij, Ioh. Holland comitem Huntingdoniæ, Tho. Beufort comitem de Somerset, Ioh. Mountague comitem Sarum, Tho.
- 30 dominum de Spencer, & Guliel. le Scroupe regis Camberlanum. Quibus lic gestis, fecit rex proclamari per totum regnum quòd domini arrestati proditores erant & pro prodicione detenti. Interea rex sibi metuens, conuocauit ad tutelam sui corporis multos malefactores de comitatu Cestriæ, qui nocturnas vigilas dierumque seruarent, & diuiderent circa illum.

*Proclamatio in
proceres.*

- Circa oct. Natiuitatis sanctæ Mariæ factum est Parlamentum London. ad quod venerunt omnes regni proceres armati cum suis retinentijs, ducti nimirum metu regis. Prolocutores presentis parliamenti milites exitere, in quibus nec virtus aliqua, nec fides vlla posset inueniri. Sed innata cupiditas, ambitio inexplibilis, fastus intollerabilis, odium veritatis. Tæderet eorum commemorare vocabula, nisi quia Pilatum & Herodè & sacrilegos sacerdotes nomine notatos in Agiographia sciremus. Fuerunt ergo istorum nomina, Ioh. Bussy, Gul. Bagot, & Tho. Grene. Hij importunis clamoribus petierunt ut chartæ perdonationum in primis annullarentur. De quibus requisiti prelati de facili iudicarunt, chartas tales fore reuocabiles, non attendentes quòd huiusmodi gratiæ reuocatio personæ regiæ maximè repugnabat, cum misericordia sit solij regalis confirmatio, & qui tollit a rege misericordiam, tollit regalis solij firmamentum.

Parlamentum

- Consequenter domini temporales videntes imperfectum cleri post ipsum abierunt, magis metu regis moniti, quam metis ratione. Iusticiarij, legesque periti, censuerunt istud nullatenus faciendum, asserentes inter se cunctos fore
- 50 regis proditores, qui ad hoc eum quomodolibet instigarent. Nihilominus ex actum fuit a Prelatis ut constituerent laicum procuratorem pro eisdem, ut quia illi non poterant interesse iudicio sanguinis, procurator eorum si necesse foret huiusmodi negotio consentiret. Altera autem die cum Archiepiscopus Cantuariensis de regis mandato (quem credebat sibi amicissimum) se absentasset de Parlamento (qui etiam sibi iurauerat quòd nihil attemptaretur in eius præiudicium absente ipso) contra omnem iustitiam, adiudicatus

V. ij.

fuit

fuit exilio, cū adiecto, quod non remaneret in regno ultra sex hebdomadas ab illo die proximè computandas. Quo taliter condemnato misit Rex clam ad Romanam curiam pro translatione eiusdem, effecitq; vt Rogerus de Walden regni pro tunc Thesaurarius pro eo Archiepiscopus ordinaretur. Qui quia præsumpsit ascendere cubile viuentis patris sui, post triennium deiectus est auctoritate Papæ præfati.

Comes Arundelia capite plebitur.

Die verò S. Matthæi, Richardus Comes Arundeliæ tristem mortis accepit sententiam, deducenibus eum cum turba Cestrensiū ad mortis metam comitibus Marefcallo & de Cantio, & I. comite Huntingdon fratre regis. Intuens Comes Arundeliæ comitem Marefcallum, & comitem Cantij suos affines & necessarios, (nā alter gener eius erat, alter nepos ex filia) perurgere negotiū decollationis suæ, verè inquit, decuisset vos præcipuè absentes fuisse, & ab isto negotio subtraxisse. Sed tempus adueniet, quando tot mirabuntur de vestris infortunijs, quot de meis casibus nunc mirantur. Sicq; flexo poplite vultu constantissimo decapitari sustinuit, nec plus expalluit, quàm si fuisset ad epulas inuitatus. Cuius corpus cum capite inter fratres Augustinenses London. est humatum.

10

Post cuius mortem, rex diris imaginibus in somnis est turbatus. Videbatur nempe vmbra comitis mox vt dormire cæpisset ante suos oculos volitare, minariq; sibi, & eum indicibiliter deterrire, quasi diceret hoc quod Naso:

20

*Nunc quoque factorum venio memor vmbra tuorum,
Insequor & vultus ossa formatus.*

Quibus rex pauefactus imaginibus, cum meticulosus medios somnos interrumperet, maledixit diei in quo nouisset comitem memoratū. Auxit quoq; sibi mentis insaniam quod audiuit commune vulgus Comitem reputare pro martyre, peregrinationesq; fieri circa corpus eius. Quapropter iussit vt fratres signa deponerent fixa vel erecta circa cadauer eius, & locum sepultura sub pauiamento altius occultarent.

30

Comes Warwici exilio afficitur.

Post mortem comitis Arundeliæ productus fuit Comes Warwici ad astandū iudicio parliamenti. Qui mortis metu ductus, simul & pollicitationibus blandis seductus, se reum fatebatur criminis læsæ maiestatis. Data est ergo mortis sententia contra eum, quā mox temperauit regis gratia, condonans sibi veniam atque vitā, sed tamen missus est in exilium ad insulam Euboniā, vbi sub custodia carcerali residuum transigeret vitæ suæ. Interea quia non videbatur tutum regi vt dux Glouerniæ responsis astaret publicè propter fauorē populi qui sibi nimis afficiebatur, iussit Comiti Marefcallo vt eum latenter occideret. Qui missis iniquitatis ministris, suffocari fecit eum superiectis culcitrīs & lectis pluma refertis super os eius. Sicq; mortuus est ille vir optimus regis filius, & regis patruus, in quo reposita fuere spes & solatium totius regni communitatis. Ex post Rex fecit astutè istud parliamentum differri vsque post festum natalis domini, quod reinciperetur vel potius cōtinuaretur apud Salopiam in confinijs Walliarum.

40

Dux Glouernia suffocatur.

Anno 1398. in parlamento continuato Salopiæ procurauit Rex subtiliter, fecitq; concedi de consensu omnium regni statuū vt potestas parliamenti remaneret penes certas personas 7. vel 8. quibus liceret determinare dissoluto parlamento, certas petitiones in eodem parlamento porrectas, pro tunc minimè expeditas. Cuius concessionis colore, personæ sic deputatę processerunt ex post ad alia generaliter parliamentum illud tangentiā, & hoc de voluntate regis in derogationem status parliamenti & incōmodum totius regni, & perniciosum exemplum.

50

Rex autem vt super hoc facto videretur habere colorem & auctoritatē fecit rotulos parliamenti mutari & deleri contra effectum concessionis prædictæ.

Hijs ita perpetratis rex assumpsit sibi nomē principatus Cestrig, & comitem de Derby creauit ducem Herefordiæ, comitem Marefcallum ducem Northfolcię

cia, comitem de Ruthland ducem Albemarle, comitē Cantia ducem Surrey, *Rex nouos creat*
comitē Huntingdonia ducē Exceſtria, comitiſſā de Northfolke duciſſam Nor- *duces & comi-*
folcia, comitem de Somerſet Marchionem ibidem, D. de Spenſer, comitē Glo- *tes.*
ceſtria, D. de Neuile comitem Weſtmerlandia, D. Guliel. le Scroupe comitem
de Wiltſhire, D. Tho. Percy Senefchallum regis comitem Wigornia.

Proinde rex mutauit arma ſua, addiditq; ſcuto ſuo arma S. Edwardi regis & confefſoris.

Eo tempore rex contulit nouis creatis ſuis ducibus & comitibus magnam partem terrarū ducis Glouernia, comitis Arundelia, & comitis de Warwico.

- 10 In hoc parlamento continuato apud Salopiam D. de Cobham vir grandæ-
uus ſimplex & rectus, ob nullam cauſam aliam eſt damnatus, niſi quia fuerat v-
nus ex deputatis regi pro ſuis conſilio & tutela, per dominos 11. anno ſuo, &
parlamentū tentum eodem anno annullatur. Rex tamen conceſſa ſeni, quam
non optauit uenia, ſiue vita, miſit eum ad inſulam de Gerneſeya in exilium.

*D. de Cobhā ex-
ilio mulſatur.*

Vt autem robur perpetuæ firmitatis obtinerent ordinationes & iudicia fa-
cta & lata in præmiſſo parlamento, impetrauit Rex literas apoſtolicas in qui-
bus graues cenſurę intentabantur contra quofcunq; dictis ſtatutis quomodo-
libet contrauenientes. Quas promulgari fecit Londonijs ad crucem S. Pauli &
alijs celeberrimis regni locis.

- 20 Circa præſens tempus appellauit dux Hereford ducem Northfolcia de qui-
busdam uerbis per eum dictis, quæ in regis dedecus redundabant. Ob quam
cauſam indiſtum fuit eis duellum apud Couentre. Tandem cū intraſſent liſtas
ibidem tam animoſe quàm magnificè, rex in manu ſua cauſam ſuſcepit, & fecit
proclamari quòd dux Herefordia debitum ſuum honorificè adimpleſſet. Sed
tamen uelut immediatè poſtea, rex ſine cauſa quacunq; legitima dictū ducem
Herefordia relegauit ad decennium, contra iuſtitiam & iura militaria & con-
ſuetudines huius regni, ducem uerò Northfolcia perpetuo damnauit exilio.
Acta feruntur hæc eo die ad annū, quo idem dux Norfolcia ducem Glouernia
fecerat ſuffocari.

*Dux Northfol.
patria pellitur.*

- 30 Hoc anno papa Ioh. Lincolniensem episcopum tranſtulit ad episcopatū Ce-
ſtria tunc uacantem, & dedit episcopatum Lincolnia H. Beufort uni de filijs
D. Iohan ducis Lancaſtria & domina K. de Swinford ob ducis reuerentiam &
amorem. Episcopus uerò Lincolnia ueteranus noluit hanc admittere tranſla-
tionē, ſed ea ſpota contulit ſe Cantuariā & in eccleſia Chriſti inter Monachos
finem uitę fecit. Confefſor regis quidam frater de ordine prædicatorū de Epif-
copatu Landaffenſi tranſlatus eſt ad epifc. Ceſtrenſem.

- 40 Rex eo tempore conuocato clero iuſſit ut determinaret ſiliceret papæ tales
facere tranſlationes pro ſuæ arbitrio uoluntatis. Ad quod reſponſum fuit non
directè, ſed modo ſupplicationis porrectæ regi ex parte Cleri, ut dignaretur pa-
pæ ſcribere, ut a talibus tranſlationibus temperaret pro cōmodo totius eccle-
ſiæ Anglicanæ. Rex uerò cum audiſſet hoc reſponſum, uelut offenſus tantæ li-
centiæ papæ, inrauit quòd ſi clerus conſtanter reſtituiſſet papæ in præſenti ne-
gotio ipſe manus appoſuiſſet in auxilium eorundem.

Eo tempore uenit in Angliam domini papæ nuntius Petrus de Boſco Aquē-
ſis episcopus, ad commouendū regem ut permitteret ligeos ſuos prouiſiones
acquirere de manu Papæ, & reuocaret ſtatutum æditū contra prouiſores, & il-
lud breue, Quare impedit, multaq; ſimilia. Sed quod minus obtinuit de ſuo
negotio, Rex accumulauit ſuo marſupio, donans ei localia de magno pretio.

- 50 Anno 1399. per totum regnū Angliæ lauri ueteres aruerunt, & ex poſt con-
tra multorum opinionem reuierunt.

In die Circumciſionis domini, prope Bedfordiam, aqua profundiffima quæ
decurrit inter uillas de Snedliſtorie & de Harleſwood repentē reſtitit, & ſe di-
uiſit, ſic quòd per tria milliaria alueus ſiccus permansiſt, præbens quibuſlibet
ingreſſum ſiccum. Quod prodigiū uisum eſt pluribus ſignificare populi diuiſi-
onem & a rege defectionem, quæ contigit eo anno.

*Portentū de a-
qua diuiſa.*

Eo tempore Rogerus Comes Marchiæ dum nimis confidit in uirtute pro-

pria, ab Hibernicis peremptus est in Hibernia : cuius mortem Rex statuit vindicare personaliter, Hibernicosq; domare. Fecitq; præparationem maximam, extorquens pecunias, exigens equos & quadrigas, victualia pro profectiōe sua rapiens, nilq; soluens: vnde suis ligeis factus est odibilis & inuisus.

Per idem tempus venit in Angliam Episcopus Calcidonensis cum literis Apostolicis cōmonitorijs, vt Regni fideles de bonis suis conferrent Imperatori Constantinopolitano, qui nimis infestabatur per Tartaros & eorum Ducem vocatum Morettum. Vt autem prouiores efficerentur Regnicolæ ad offerendum huic negotio, concessit Papa benefactoribus verè contritis & confessis, plenam remissionem : attendens quòd si ipse ab incredulis opprimeretur, imminebat toti Christianitati ruina : recolens illud in mente Poeticum:

Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet.

*Dux Lancast.
corporis erga-
stulo solutus.*

Circa festum Purificationis obiit Dominus I. Dux Lancastriæ, cuius corpus in Ecclesia S. Pauli Londonijs est humatum. Post cuius decessum Rex Dominum H. filium eius quem relegauerat ad decennium, exulare decreuit in perpetuum, reuocans suas patentes literas generales quas sibi prius concesserat: quòd durante relegationis tempore, generales Attornati sui possent prosequi pro liberatione sibi facienda de quibuscunq; hæreditatibus siue successiōibus ipsum ex tunc contingentibus, et quòd homagiū suum respectuari posset pro fine rationabili faciendo. Quo facto constabat regem non relegasse ducē pro dissentionibus quæ potuissent oriri inter familias suas & ducis Northfolciæ vt præsumptum fuerat, sed occasione bona Ducis occupandi, vt multi dicebant.

*Grandes pecu-
niarum exaltio*

Interea rex cepit mutuo grandes pecuniarum summas de quāpluribus dominis tam temporalibus quā spiritualibus, alijsq; personis regni: promittens eis bona fide sub patentibus literis, quòd pecunias illas sic mutuatas resolveret termino limitato, quas nunquam postea reddidit creditoribus supradictis.

Eodem anno grandiores summas pecuniarum exegit a 17. regni comitatibus metu mortis, imponens eis quòd contra eum fecerant cum duce Glouerniæ, comitibus Arundell & Warwici &c. Quare paratus erat super eos equitare tanquā super hostes publicos. Quamobrem recepit a dictis comitatibus novam securitatem super iurisiurandi firmamento. Quo facto misit certos episcopos cum alijs viris honorabilibus ad dictos comitatus, qui inducerent tam dominos spirituales quā temporales vt se regi submitterent, & semet recognoscerent proditores per literas eorundem sigillis signatas. Hac occasione coacti sunt regi concedere Clerus & commune vulgus, dominiq; temporales dictorum comitatuū importabiles summas pecuniæ pro beneuolentia sua recuperanda, & ista redemptio *le pleasaunze* vocabatur.

Item cupiens vt fertur populum regni sui suppeditare, direxit patentes literas ad omnes regni comitatus, & per terrores induxit, vt omnes ligei sui quicunq; tam spirituales quā temporales iuramenta insueta præstarent in genere, quæ verisimiliter cauere possent destructionem plebis suæ finalem vt dicebatur. Coegitq; ligeos suos ipsa iuramenta sub literis eorum & sigillis corroborare. Ad chartas albas insuper eosdem ligeos apponere sigilla cōpulit, vt quoties grassari vellet in eos, facultatem haberet eos sigillatim vel insimul opprimendi. Fecit præterea vt vicecomites per totum regnum noua iuramenta præstarent ultra solita, quòd viz. obedirent omnibus mandatis regijs quotiescunq; directæ fuissent eisdem sub magno priuatoque sigillis, ac etiam literis illis directis sub signeto suo. Et in casu quo idem vicecomites scire possent aliquos de balliuis suis cuiuscunq; conditionis essent, aliquod malum dicere siue loqui publicè vel occultè, quòd cedere posset in dedecus aut scandalum personæ regis, ipsos imprisonarent, donec aliud de rege susciperent in mandatis. Vnde contigit quòd quamplures ligeorum suorum malitiosè accusati, capti fuerunt

& imprisonati, non excusandi aliter nisi commissa monomachia personali se iustificarent, non obstante quod accusatores & appellatores eorum essent iuvenes, fortes, & sani, & illi sic accusati pro magna parte senes, impotētes, mutilati, vel infirmi.

10 Circa festum Pentecostes rex relinquens regnum vt præfertur turbatū multipliciter, nauigauit in Hyberniam cum suis Cestrensibus, ducibusq; de Almarla & de Excestria, alijs quoq; multis, habens secum nobiles pueros filios ducum Glouerniæ & Herefordiæ, quorum affines præcipuè verebatur. Episcopos etiam secum traxit multos cum Abbate Westm. qui quoties vellet Parlia-
10 menta facere, prout prius cōstituerat, cum consensu octo personarū præsto forent, ad confirmandum pro parte sua quæ fuerant statuenda.

Thesaurum præterea & reliquias aliaq; iocalia regniq; diuitias ab antiquis dimissas secum abstulit in Hyberniam, sine consensu statū regni sui.

Cumq; venisset in Hyberniam, videbatur primò quidem prosperari & super inimicos suos confortari. Non tamen exinde multum lætabantur regnicolæ, qui semper de eo sentiebant deterius, & per eum grauius opprimi metuebāt.

Interea dux Henricus olim Herefordiæ sed nunc Lancastriæ paterno iure, grauius ferens relegationem suam, sed multò grauius exiliū & exhæredationem suam, naçta sibi prout videbatur temporis opportunitate de regis absentia, quem sciuit inuisum populo regni sui, in Angliam redire disposuit, ad petendum hæreditatem sibi de iure debitam. Occurrerunt sibi sub eodem tempore T. quondam Archiep. & nepos eius filius comitis Arundell simul & hæres, qui mare cum eo sunt ingressi. Qui inter omnes non amplius (vt vsu vulgari loquar) quàm quindecim lanceas habuere: tantum fidebat dux de sua iustitia, populiq; fauore. Noluit tamen recto cursu terram ingredi, nec repente, sed nunc apparuit patriotis in vna parte regni, nunc in alia, vt videret si cōtra eum iuxta littora resistentia pararetur. Audiens dominus Edm. dux Eboraci rector regni, quod dux Lancastriæ iam mare teneret, accitis regis consultoribus, & regni Cancellario, consilium tenuit apud S. Albanū, quærens super isto
30 negotio quid agendum. Qui consuluerunt illuc manum bellicam aduocandā quæ posset resistere venienti: sed quàm inane fuit consilium eorū in hac parte, rei exitus declarauit. Nam aduenientes illuc de cunctis prouincijs protestabantur se duci nolle nocere, quem nouerant iniuriosè tractatum fuisse. Dicti verò nequā Consiliarij hæc audientes, mox relicto regni custode, nec non & Cancellario, ad castrum Bristoll confugerunt.

Rex nauigat in Hyberniam.

Dux Herefordia in Angliam redit.

Senatus conuocatus apud S. Albanum.

40 At dux Lanc. circa festum translationis S. Martini applicuit prope locū vbi quondam fuerat villa de Rauenesere nemine resistente, cui occurrit Comes Northumbriæ D. Henr. Percy, & H. eiusdem filius, & Comes Westmerlandiæ D. Radulphus Neuile, alijsq; domini, qui timebant regis tyrannidē, plures valde: sic quod factus est exercitus 60000. pugnatorū. Qui omnes vno voto statuerunt in primis prosequi regis pessimos consultores, veneruntq; Bristoldum & obsederunt castrum: vbi tandem ceperunt Thesaurarium Gul. le Scroope, Ioh. Busly, & Tho. Grene, qui mox ad clamorē communiū sunt decollati. Gul. Bagot & Ioh. Aussell hanc tempestatem declinando fugerunt.

50 Rich. rex cum audisset in Hyberniam de ducis aduentu, mox curauit filiū ducis Glouerniæ & filium ducis Lancastriæ in castro de Trym recludere, quod est in Hyberniam satis forte. Et confestim ad nauigium conuolauit, cum personis quas secum traxerat in Hyberniam, ducibus & episcopis, alijs quoque multis. Sed cum attigisset fines Angliæ & cognouisset apparatus ducis, pugnandi dimisit animum, pro certo tenens quod populus contra eum congregatus citius vellet mori quàm cedere tam propter eius odium quàm timorem. Dimisit ergo familiam, monens per Seneschallum D. Tho. Percy vt se reseruaret ad tempora meliora. Ipse verò rex quærens diuorcia huc illucq; se cōtulit multis diebus, semper eum dux Lanc. cum exercitu insequente. Tandem apud castellum de Cunnewey constitutus, petijt habere colloquium cum domino T. Arundell quem expulerat de Archiepiscopatu Cant. & comite Northumbriæ, cum nulla

Rex in magnas angustias adductus.

spes esset ulterius fugiendi: quibus indicauit se velle regno cedere, si sibi victus honorificus, vitæq; securitas & octo personis quas nominare vellet fide interposita donaretur. Qua petitione concessa atque firmata, venit ad castrum de Flynt, vbi habito breui colloquio cum duce Lancastriæ mox ascensis equis venerunt ad castellum Cestriæ ea nocte. Et ab eo loco productus est Londomas conseruandus in Turri vsq; ad parlamentum proximè celebrandum.

*Rich. deponit
imperium.
Iuramentum*

Interim directæ sunt breuia ad personas regni qui de iure debebant interesse parlamento, vt conuenirent ad Westm. in crastino S. Michaelis. Quo die rex Richardus in Turri coram regni magnatibus gratanter vt apparuit & vultu hillari perlegit distinctè formam cessationis suæ, & absoluit ligeos suos a iuramento fidelitatis & homagij, & relaxauit ab omnibus alijs iuramentis quibuscunq; & suis dominijs renunciavit, iuravit, & alia dixit & protulit in legendo & manu sua se subscripsit, prout in forma cessationis plenius continetur. Et mox adiunxit quodd desiderauit vt dux Lancastriæ succederet sibi in regno. Sed quia hoc in potestate sua non erat, Archiep. Ebor. & episc. Herefordensem constituit suos procuratores ad hæc omnia declarandum, & intimandum cessationem & renuntiationem statibus dicti regni. Et in signum suæ intentionis & voluntatis huiusmodi annulum de signeto suo aureum extractum de digito suo, digito ducis apposuit: desiderans hoc ipsum vt asseruit, omnibus regni statibus innotesci.

*Dux Lancast.
regnum Ang.
vendicat.*

In crastino lectis regis renuntiatione & cessione coram statibus regni in magna aula Westm. consequenter processum est ad articulos pro quibus videbatur meritò deponendus. Qui etiam lecti omnes violationem iuramenti regalis finaliter concludebāt. Proinde sententia depositionis regis lecta, constabat regnum Angliæ cum pertinentijs suis vacare. Quapropter dux Lancastriæ de loco suo surgēs, & stans erectus vt posset a populo toto videri, muniens se signo crucis in fronte & in pectore, & inuocato Christi nomine, dictum regnum Angliæ sic vacans, vt præmittitur, cum corona ac omnibus pertinentijs vendicauit, in lingua materna sub hac forma verborum. In dei nomine Amen. Ego Henricus de Lancastria vendico regnum istud cum corona, & omnibus membris illi pertinentibus, tanquam per regum sanguinē venientem de rege Henrico, & per iustitiam quam deus de sua gratia mihi misit cum adiutorio consanguineorum meorum & amicorum ad recuperandum illud, quod regnum fuit in puncto perditionis propter defectum gubernationis & legū violationem. Huic vendicationi omnes status regni manus dederunt, & Archiepiscopi cum in regali folio posuerunt, vniuerso populo applaudente, factoque sermone per Archiep. Cant. cuius thema fuit: *Vir dominabitur populo*. Mox de mandato noui regis proclamatum fuit, quodd die Lunæ proxima post festum S. Michaelis parlamentum ibidem celebrari debebat. Et die Lunæ ex tunc proximo sequente viz. in festo S. Edw. coronatio regis fieret apud Westmon. Quibus ita peractis, rex de sede sua surgens, & populū vultu benigno respiciens, recessit ad albam aulam vbi eodem die magnum conuiuium celebrauit.

Post hæc procuratores per parlamentum deputati, accesserunt ad præsentiam nuper regis Richardi infra Turrim existentis, & per os domini Gul. Theringge admissionem renuntiationis, ac modum & causam & formam sententiæ depositionis eius eidem notificauerunt, & vice omnium regni statuum homagium & fidelitatem eidem Richardo nuper regi facta vt præmittitur reddiderunt & resignarunt, ita quodd nullus dictorum statuum siue populi, ab hoc tempore & deinceps sibi portaret fidem nec obedientiam tanquam regi suo. Ad quæ solum respondit istud, quodd non respexit post talia. Sed post hæc omnia inquit: Spero quodd cognatus meus vult esse mihi bonus Dominus & amicus.

In hoc parlamento rex Henricus fecit secundum filium suum dictum Tho. Angliæ Seneschallum, procreauerat siquidem masculini sexus ex filia D. Humfredi comitis Boun comitis Herefordiæ iuniore 4. liberos, duasq; fœminas. Primogenitus vocabatur Henr. 2. Tho. 3. Iohan. 4. Humfridus.

Die translationis S. Edwardi regis & Confessoris coronatus est Rex Henricus apud Westm. per manus domini T. Cantuar. Archiep. viz. ipso die quo fuerat relegatus anno reuoluto, non sine manifesto diuinitatis miraculo vt putatur. Vt scilicet ille dies sibi deferuaret ad gloriā, qui transacto anno fuerat deputatus ad pœnam. Et in auspiciū vberioris gratiæ sibi futuræ delibutus est illo cœlesti vnguento, quod olim beata Maria mater dei cōmisit beato Tho. Martyri & Archipræsuli Cant. dum esset in exilio conseruandum, prædicens eidem quoddam reges Anglorū qui vngerentur hoc vnguento, pugiles ecclesiæ futuri forent. Hoc vnguentum in aquila aurea & olla lapidea conseruatum latuit per

Henrici regis coronatio.

10 multa tempora vsq; ad 21. annū Rich. regis prædecessoris regis præsentis. Qui dum curiosè perscrutaretur res relictas in turri a suis antecessoribus, inopinatè reperit aquilam auream cum ampulla, & scripturam siue prophetiam beati Tho. repositam cum eisdem. Hanc Aquilam rex Rich. portauit super se profecturus in Hyberniam, & inde rediens tradidit Archiepiscopo eam petenti licet inuitus.

Durante parlamento fecit rex filium suum primogenitū Henr. principem Walliæ addens ducatum Cornubiæ & Cestriæ comitatum. Et citò post in eodem parlamento ducem creauit Acquitaniæ.

30 Scoti per tempus parlamenti castrum de Werke ceperunt, despoliauerunt, & destruxerunt, & plura mala fecerunt.

Tho. de Moubray, quondam dux Northfolciæ diem clausit extremū in terra peregrina dum rediret ab Ierosolymis: cuius mors fuisset toti regno deflenda, si nec in ducis Glouerniæ necem consensisset, nec eum inhumaniter iugulasset, scilicet q; fuisset fama sua per secula, si declinato scelere vel cum dicto duce fugisset, vel eum ad sua responsa perduxisset.

Norfolciæ ducis mors.

Item hoc anno concessit in fata Alienora ducissa Glouerniæ, quæ parū ante infausto sydere filium suum & hæredem amiserat Hamfridū vocabulo, subtrahit sibi pestilentia, cum fuisset de Hybernia reuocatus.

Anno gratiæ 1300. Comites Cantij, Sarum & Huntingdoniæ ingrati regis beneficijs qui vitas eorū saluauerat, contra vota cunctorū regni cōmunium ac multorū procerum, congregantes iniquitatē sibi per conuenticula facta, & cōiurationes locis varijs statuerunt super regem irruisse repentē in castello de Windelishores sub simulatione Ludorū natalitiorū, & eum cum filijs suis crudeliter peremisse. Quorū dolos rex gratiosè prænosceus, confestim Londoniæ se contulit. Qui cum cognouissent regem eorū insidias declinasse, conturbati valdè diuortia requirebant, peruenerūtq; Circestriam iam cæca nocte. Viri verò dictæ villæ suspectum habentes tantum apparatus, prætruxerunt omnes aditus & exitus hospitij eorundem. Cumq; nocte media tentassent latenter discedere, ciues eos arcibus & sagittis armati egredi non sinebant. Pugnatum est 40 igitur hic & ibi a noctis medio vsq; ad horā diei tertiam: tandē fatigati manus dederunt cōmunibus obnixè precantes vt saluarentur a morte, donec cum rege colloquiū habuissent. Quod & factum fuisset, si non quidā præbyter de eorum familia ignē misisset in quasdam domos ville, hac intentione vt occupatis cōmunibus circa extinctionē ignis, comites possēt euadēdi occasionē capere. Sed frustra, nam villani neglectis domibus in conflagrationis periculo maiori cōcitantur furia, ad vindicandū in dominos incendij dāna prædicti. Populus ergo villæ produci fecit dominos de Abbathia in qua statuerant seruasse eos iuxta conditum, & in ipso diei crepusculo decollauerunt eos. Comes Sarum I. de monte acuto qui Lollardorum fautor semper fuerat, & imaginum vilipēsor, contemptor canonum, sacramentorumq; derisor, expers omnium sacramentorum vitam finiuit ibidem vt fertur.

Comitū rebellio

Comites decollantur per populum.

Comes Huntingdoniæ dominus I. Holland non erat cū prædictis dominis apud castellū de Windeleshores, sed expectauit Londonijs rei finem. Qui cum nouisset rem versam contra vota fugere nitebatur in scapha, sed vento flante contrario repulsus est. Quamobrem equo vectus peruenit Estsexiam cum

Xj.

quo-

quodam milite dicto I. Scheuele. Tentauit igitur per mare fugisse ab illis partibus, sed quoties cymbam volebat ascendere, toties est reiectus vi ventorum donec omnino desperans de Neptuni suffragiis, destitit ab incaptis. Tandem reuersus in terram, dum cænaret captus est cum supradicto milite per communes patriæ, & ductus ad fortalitium de Pleschi custodiendus ibidem velut in loco securiori. Quò confluentibus illius pagi communibus, die S. Mauri circa solis occasum productus est, & in loco quo dominus eorum dux Glouerniæ quondam fuerat arrestatus per regem Rich. decapitatus est. Per idem tempus dominus Tho. le Spencer qui dicebatur nuper Comes Gloucestriæ captus & ductus Bristoldum decapitatus est. Multiq; alij in locis varijs tam milites quàm clerici tunc temporis acceperunt similem mortis sortem. Episcopus Carleolensis impetitus de coniuratione damnatus est, sed regis misericordia vitæ seruatus.

Comes Northumb. decollatus.

Rich. depositus expirat.

Richardus quondam Rex Angliæ cum audisset hæc infortunia mente consternatus, voluntaria semet extinxit inedia prout fertur: clausitq; diem vltimum apud castrum de Pontefracto die S. Valentini, cuius corpus apud Langleyam in ecclesia fratrum prædicatorum (supremum perficientibus offertoriū Cestrensi episcopo & Abbatibus de sancto Albano & de Waltham) tumulatum est sine magnatū præsentia, sine populari turba, nec erat qui eos inuitaret ad prædica post laborem.

Rex collecto exercitu profectus est in Scotiam, sed Scotis detrectantibus belli copiam, rex vastata patria reuersus est in Angliam.

Wallici racta occasione de regis absentia duce quodam Howeno de Gleyndor rebellare ceperunt: quem Rex persequi confestim statuit tanquam pacis patriæ turbatorem, & cum armata manu Walliam est ingressus. Sed Cambri cum duce suo montes Cnowdonia occupantes, intentatæ vindictæ se protinus subtraxere. Rex verò combusta regione, & quibusdam peremptis quos fors pro tunc gladijs euaginati obtulit, cum præda iumentorum & animalium remeauit.

Imperator Constantinopolitanus venit in Angliam, postulaturus subsidium contra Turcos, cui Rex occurrit cum apparatu nobili ad le Blacketh die sancti Thomæ Apostoli, duxitq; Londonias, & per multos dies exhibuit gloriose, soluens pro expensis hospitij sui, & eum respiciens dignis tanto fastigio donatiuis.

Edmundus in Lollardos, Vobiscum putatur.

Anno 1401. in Parlamento tento Londonijs, editum est statutum vt vbicumque Lollardi deprehenderentur suam prauam dogmatizare doctrinam, caperentur, & episcopo diocesano traderentur. Qui si præsumerent pertinaciter opiniones suas defendere, degradarentur, & iudicio seculari cõmitterentur. Prædictatq; fuit hæc lex eodem tempore in quodam pseudopresbytero, qui apud Smithfield multis aspectantibus est combustus.

Rex de Lecto peremit in bello Laffack, filium Balthasar Dan illustris, quæ admiratum vocant, destruxitq; Iersalem & in circuitu regionē. Et quia gratiose vicit eum & inopinabiliter, cõuersus est ad christianitatis ritum, cum 60000. hominum sectæ suæ. Hjs auditis rumoribus Imperator effectus lætior, recessit ab Anglia, honoratus a rege donarijs pretiosis.

Sub hoc tempore conditionibus iam inter Francos & Anglos firmatis, & omnibus profectioni reginæ necessarijs præparatis, reuecta est Isabella quondam regina Angliæ ad patrem patriamq; suam Franciam, nondum annorum duodecim.

Howenus Gleyndor cum suis Wallensibus sub his diebus, damna graua infert Anglis.

Rex extremo capitis periculo liberatur.

Cum nocte quadam Rex iturus esset cubitum, deo protegente euasit letale periculū. Siquidem in stramento lecti sui cuiusdam proditoris ingenio positum fuerat quoddam ferrum fabrefactum ad modum tricuspidis, habens tres longos aculeos subtiles & terretes, punctuum aculeis acutissimis sursum erectis, tali ingenio, vt cum rex decubuisset & mole corporis stramenta pressisset per eodem

dem aculeos vulneratus fuisset, vel forsitan interfectus. Sed deo volente Rex inopinatè persensit instrumentum mortiferum, & deuitauit periculum.

Hoc anno, dom. I. Moot Abbas S. Albani rebus humanis exemptus est. Cui successit per viam scrutini; D. Guliel. de Henworth Cellerarius dicti loci, quāquam capitulum fuisset eo die turbatum per minas nuntiorum ex parte regis venientium, vt regis intuitu alium elegissent.

Anno 1402. Cometa apparuit mense Martio primò inter chorum & septentrionem, viz. in circo flammis emittens, postremò comas in boream transserens, præsignans fortassis effusionem humani sanguinis circa partes Walliæ & Northumbriæ post futuram.

Cometa apparuit.

20 Eo tempore Howenus Gleyndor cum suis Wallicis vastauit terras D. Reginaldi Grey, cui occurrens idem dominus malis auibus captus est ab eo, & de suis plurimi trucidati.

Circa festum Pentecostes coniurauerunt quidam in mortem regis, dicentes regem Rich. viuere, & quantotius in palam venturum, & suos fideles regaliter remuneraturum. Sed huius conspirationis in parte tam spes quàm metus euānuit, capto quodā præbytero apud Ware, qui scripserat nomina multorū in matricula, qui futuræ turbationis authores fuissent. Iste iuxta conceptum proprium nomina plurimorū scripserat, qui nullatenus conscij fuerant huius facti prout ex post patuit in sua confessione. Nempe cum requisitus fuisset de certis personis coram eo constitutis quarū nomina ipsemet irrotulauerat si nouisset eas, respondit quòd non: & cum interrogatus fuisset, cur ergo tales irrotulasset, dixit quia opinabatur eos voluisse fecisse contra regem si complices inuenissent, quia per regem Rich. ditati quondam fuerant & promoti. Hac occasione liberati sunt plurimi qui fuere suspecti, & sacerdos tractus & suspensus est. Non multò post prior de Launc. sortem similem expertus, non quia deprehensus est aliquid actitasse, sed quia confessus est se maligni consilij fuisse conscium, & hoc vtiq; concealasse. Hic fuerat quondam Canonicus apud Dunstaphiam dictus Gualterus de Baaldock, qui malo omine relicto claustro, peruenit ad regis Richardi curiam, & ibidem luctatus diutissimè cum fortuna, tandem dono regis, de Launc. obtinuit prioratum.

Conspiratio in regem.

30 Eo tempore satis infausto sydere quidam de ordine minorum pensantes de prodicione priusquā procedere potuissent, capti sunt. Quorum vnus interrogatus quid fecisse voluisset, si rex Rich. affuisset, respondit constanter se pro illo voluisse decertasse contra quemlibet vsq; ad mortem. Data proinde contra eum sententia tractus & suspensus est in habitu suæ religionis. Sed confratres eius non ferentes hoc dedecus, obtinuerunt vt corpus defuncti supremis exequijs curaretur.

40 Diabolica species apparuit in Estsexia apud Dābyria in festo corporis Christi hora vespèrarum, in similitudine fratris minoris intrantis ecclesiā & insolentissimè debacchantis: vnde parochiani territi, quid agerent ignorabant. Eadem hora cum tempestatis turbine & tonitru perhorrendi fragore, fulgurumq; & choruscationum globis collucentibus, summitas tota ipsius ecclesiæ confracta est, & medietas cancelli quassata & dissipata.

Post paucos dies capti sunt octo fratres de ordine minorum, & ad iudicium publicum dedecorose tracti, vbi examinati & conuicti quòd contra regem fecissent, Londonijs tracti, suspensi, & decapitati sunt.

50 Eo tempore Howenus Gleyndor assuetis intendens irruptionibus, penè totam militiam Herefordensis prouinciæ prouocauit ad arma, cui ductum præbuit Edmundus de Mortuo mari. Sed cum peruentum fuisset ad actum Martium, prodicione mediante & Edmundus captus & cæteri victi sunt, occisis de nostratibus, amplius quàm mille viris. Quorum genitalia mulieres Wallensium post conflictum absciderunt, & membrum pudendum in ore cuiuslibet interempti posuerunt, testiculosque a mento pendere fecerunt, nasosq; præcisos in culis eorundem presserunt, & sepulturam

*Barbara fami-
narū crudelitas*

mortuis cadaueribus prohibuerunt.

Hoc anno misit rex filiam suam cum grandi apparatu ad Coloniam Agrippinam, vbi nupsit adolescentulo filio Imperatoris.

Circa festum Assumptionis beatæ Mariæ profectus est rex cum manu potēti in Walliam ad persequendum Howenum Gleyndor: sed nil profuit regia sollicitudo, in nota latibula se recipiēte Wallico. Quin potius vt putatur, arte magica regem penē perdidit cum exercitu quem ducebat, per pluuias, niues, & grandines vt creditur arte diabolica concitatas. Quapropter Rex necessitate cogente rediit in Angliam incensa patria & prædata.

Dux Ebor. extremum halitū eglat.

Eo tempore obiit dominus Edmundus de Langley dux Eboraci, filius quōdam nobilis regis Edwardi a conquestu tertij, cuius corpus apud Langley sepultum est inter fratres.

10

Eo tempore Scoti venientes hostiliter in hanc terram per Architenentes comitis Northumbriæ & Henrici filij sui victi sunt, capto comite de Douglas & multis alijs: sed & plurimi rapacitate Twedæ fluminis submersi fuere, dum vada nescirent, ad numerum vt asseritur 500. Murdak de Fyf, cum comitibus de Murris, de Angos, ac de Orkney, & Baronibus, domino de Montegomerico, dominoq; de Erskyn, & domino de Graue, in hoc prælio captus est cum militibus octoginta, & alijs scutiferis & valettis, quorum numerus ignoratur. Interfecti sunt barones ibidem, D. de Guerdon, & D. Joh. de Swinton. in festo exaltationis S. Crucis.

20

Eo tempore Lollardi docuerunt conclusiones execrabiles, in occulto tamen propter metum iudiciorum, quæ sunt istæ.

Afferunt Lollardorum.

Quod septem sacramenta non sunt nisi signa mortua, nec valent in forma qua eisdem vtitur ecclesia.

Item quod virginitas et præbyteratus non sunt status approbati a deo, sed status coniugij optimus est & ordinatus a deo: quapropter virgines & præbyteri, religiosiq; populi si saluari desiderant debent coniugari, vel esse in voluntate & proposito coniugandi. Aliàs sunt homicidæ & destruunt sanctum semen vnde consurgeret secunda ciuitas, & sic impediunt numerum saluandorum pariter & damnandorum.

30

Itē si vir & fœmina conuenirent in vna voluntate nubendi, ipsa voluntas sufficiens est coniugium sine maiori obedientia ecclesiæ facienda. Et sic sunt coniuncti plures quam nos cognoscimus prout dicunt.

Item quod ecclesia nihil est aliud quam synagoga Sathanæ, & ideò nolunt adire illam ad honorandum deum, neq; percipiendum sacramētum aliquod, & præcipuè sacramentum altaris, quia vt asserunt non est nisi buccella panis mortui, & turris siue pinnacula Antechristi.

Item si haberent puerum modò natum, non baptizaretur per manus præbyterorum apud ecclesiam, est enim sancta trinitas non contaminata peccato & peior esset si deueniret in manus eorundem.

40

Item quod non habemus aliquem diem sanctificatum vel sanctum, sed nec diem dominicum, sed quilibet dies est eiusdem libertatis ad operandum, comedendum, & bibendum.

Item quod non est purgatorium post hanc vitam, neque quod oportet agere maiorem pœnitentiam pro vilo peccato quanquam vilissimo: sed tantum vt committentes illud deserant, & apud se pœniteant. Quia vt dicunt: In fide stat quicquid est, sicut Mariæ Magdalenæ dixit Iesus: Fides tua te saluam fecit.

Has conclusiones Lodowicus de Clifford miles, qui iamdudū Lollardis fautor extiterat, diu sub terminorum inuolucris palliatus, sed iam denudatus Archiep. Cant. patefecit. Vt viz. se ostenderet non ex pertinaci malitia, sed simplicitate cordis & ignorantia communicasse cum impijs. Dedit etiā nomina Cantuariensi dictas dogmatizantium prauitates.

50

Eo tempore Edmundus de mortuo mari iuuenis quem retulimus antè captum ab Howeno Glendor, vel tædio diræ captiuitatis, vel metu mortis, vel ex alia qua nescitur causa, conuersus retrorsum cum Howeno contra regem Angliæ

gliz

gliz se sentire professus est, dum nuptias nimis humiles & suæ generositati impares contrahit cum filia dicti Howeni. Huius ut fertur natiuitatis exordia, dira comitata sunt prodigia: quia nocte qua in lucem effusus est, in ypodromo paterno omnes equi patris sui reperti sunt in alto cruore stetisse vique ad tibi-
 10 biarum demersionem. Quod tunc interpretati sunt plurimi sinistra.

In parlamento facto London. clerus concessit regi decimam & dimidiam, & a burgis decima, & a communitate verò regni quintadecima concessa fuit.

Anno 1403. post festum Purificationis regina venit in Angliam, de minori Britannia ad maiorem, de ducatu ad regnum, de gente feroci ad populum pacificum, & utinam fausto pede. Hæc fuerat prius coniugata nobili viro domino Philippo de monte forti duci Britanniae, de quo tulit utriusq; sexus liberos: sed de rege Angliæ Henrico cui iam nupsit omninò nullos. Vicesima verò sexta die mensis Ianuarij, Londonijs apud Westm. fuit magnificè coronata.

Æstate sequuta iuxta villas de Bedford & de Bikkellishade, frequenter visa sunt monstra mane & meridie de siluis emergentia sub colore vario, in similitudinem hominum bellatorum, quæ sibi met occurrentia, videbantur inire dira bella. Quæ si conspici poterant a remotis ab propinquantibus inueniri minime potuerunt. Sicq; dicta phantastica vel fatalis apparitio sæpius delusit plurimos accedere cupientes.

30 Eodem tempore dominus H. Percy iunior cui fortuna semper hætenus blanda fuerat, & in quo spes erat reposita totius penè populi, repente hostis regis apparuit. Cui contra cunctorum opinionem iunxit se Dominus Thomas Percy Comes Wygornie, Patruus Henrici prædicti. Hic repente deferens domum principis Regis primogeniti, cuius Rex curam sibi commiserat in speciali, recessit ad nepotem, augens eidem vires & animum rebellandi. Quorum ut excusabilis esset coniuratio, scripserunt prouincialibus vbilibet constitutis, propositum quod assumpserant non esse contra suam ligeanciam vel fidelitatem quam regi fecerant, nec ad aliud exercitum congregasse, nisi solummodo pro saluatione personarum suarum & reipublicæ meliori gubernatione. Quia cen-
 30 sus & talliagia regi concessa pro salua regni custodia, conuertebantur ut dixerunt in vsus indebitos, & inutiliter consumebantur. Præterea querebantur quod propter æmulorum delationes pessimas Rex eis insensus fuerat, ut non auderent personaliter ad eius venire præsentiam, donec prælati regniq; barones Regi supplicassent pro eisdem, ut coram Rege permitterentur declarare suam innocentiam, & per pares suos legaliter iustificari. Plures igitur visis hijs literis, collaudabant tantam virorū solertiam, & extollebant fidem quam erga rempublicam prætendebant. Sed rex ut fraudem comperit, turbatus nimirū cogitabat quibus medijs communitati posset satisfacere, & eorum ficta commenta pessundare. Scripsit ergo personis quibus ipsi scripserant, dicens se mirari quā maximè, quod cum comes Northumbriæ & H. eius filius percepissent partem maximam summarum sibi concessarum per clerum seu communitatem Angliæ pro tuitione Marchiæ Scotiæ, ut posset euidenter ostendere, unde concepissent materiam tantæ non solum querimoniæ, sed detractio-
 40 nis manifestæ. Scripsit insuper quod intellexerat Comitem Northumbriæ, filium quoque suum, necnon & Comitem Wygornie certificasse multis se non audere propter æmulorum delationes ad regis venire præsentiam, sine mediatione præuia prælatorum & procerum: quare supplicabant ut partes interponerent, ut de regis gratia venire possent ad allegandū pro se & sua innocentia declaranda. Quamobrem scripsit eidem comiti, &c. sub sigillo regio quod possent accedere sine damno, saluiq; recedere sine periculo, siue dolo.
 50 Sed effrenata temeritas, spreto lenimento regali, rigorem rebellionis induit, & Salopiam properauit, sperans ut putatur in auxilio Howeni. Gleyndor, & Edm. de mortuo mari quorundamq; Cestrensiū & Wallicorū. At rex ut persensit induratum iuuenilem malitiā (nam pater eius non excesserat limites patriæ suæ) decreuit occurrendū fore festinanter Henrico, patruo quoq; suo D. Tho. Percy, priusquam conflasset exercitum fortio-
 60 rem. Nempè hij & eorum

*Prodigia nata-
lem diem, comi-
tis concomitan-
tia.*

Suffragium

*Offensa inau-
dita.*

*Querela prodi-
torum.
Tallage*

Paues

complices publicari fecere per patrias regem Rich. viuere, & apud eos esse, cuius nomine siue causa bella sumpserant contra regem. Quem si videre vellent, incunctanter accederent armis instructi & in castro Cestriae viderent infallibiliter dictum regem. Quæ quidē, quamuis dolosa denūtiatio, varios in multorum mentibus motus effecit, & fluctuare coegit plurimos, vt ignorarent cui parti foret tutius adhaerendum. Multi reuerā afficiebantur regi Richardo, & præcipuè qui familiares eius quondam fuerant, & ab eo donati frodis vel alijs donatiuis.

Rex Henricus præmissa prudenter attendens cum esset manu fortis & audax congregauit quos potuit, instigante eum comite de Dunbarre Scoto maximè, qui monuit omninò ne moras neceret, commemorans illud Lucani, 10

*Tolle moras, nocuit semper differre paratis,
Dum trepidant nullo firmata robore partes.*

Fecit rex vt Scotus monuit, & inopinatè peruenit ad partes vbi rebelles bacchantur. Henricus autem subito conspecto vexillo regio, cum iam instaret effringere villam Salopiae, mox destitit ab infestatione villanorum, dicens suis: Desistere nos, inquit, oportet ab incæptis, & arma vertere in eos qui cōtra nos veniunt, videtis certè signum regiū, nec vacat quærere licet vellemus diuortium: state proinde corditer, quia dies hic aut nos omnes promouebit si vincimus, aut de fastu regali liberabit, si victi simus. Nam pulchrius est in bello cadere pro republica, quàm post bellū mori hostis nostri sententia. Conueniunt in hunc votum subito qui sequebantur Henricum ad numerū 40000. lectissimorum hominū, qui se perstituros ad statum vltimum cum Henrico promittunt. Præoccupauerant autem campū illis magis accommodū, rex verò constitit cum suis tenens campum ad eorum oppositū. Cumq; partis vtriusq; pugnatōres signum belli præstolarentur, abbas Salopiae & clericus de priuato sigillo pro parte regis legatione fungebantur, vt offerrent Henrico pacē & perdonationem si desisteret ab incæptis. Quorum persuasione Henricus effectus mansuetior, cum ille direxit ad regem patruū suum D. Tho. Percy quī sibi tantæ turbationis causas exprimeret, & emendas exigeret cum effectu. Ferunt autem quoddam cum rex omni rationi condescendisset, & humiliasset se secus quā personam regiam decuisset, idem D. Tho. Percy cum redisset ad nepotem, contraria referens responsis regijs, exacerbauit mentem iuuenis, & ad bellum impulit etiam non volentem. 20

*Magnanimitas
D. Henr. Percy*

*Duo exercitus
prælium ineunt*

Igitur Architenentes Henrici prælium inchoarūt, nec erat locus ad terram iaculis, sed in corpora ferrum omne ruit, caduntq; de parte regis ad instar foliorum decidentiu brumali tempore post pruinam. Nec minus regij sagittarij suum peregere negotium, sed imbrem asperrimū spiculorum in aduersarios emisere. Cadunt proinde vtrinq; plurimi velut cum poma ruunt in Autumno cum mouentur ab Africo, multaq; simul millia de loco belli fugiunt, putantes regem sagittis occisum. 30

*D. Henr. Percy
interuenit.*

Ipsæ verò campiductor Henricus partis aduersæ, comesq; Douglas Scotus quibus animosiores nullus vnquā reperisset, spretis iaculis emissis de parte regis, spretis armatorū consertis cuneis, contra solam personā regiam vires excitant, arma vertunt, ipsum pro 10000. computātes stratis requirunt, obuios infestis lanceis & gladijs perscrutantes. Comes de Dunbarre cum comperisset istorum propositum, regem subtraxit a statione sua, quod factum salutare fuit regi ea vice: quia & signifer regius a furentibus est prostratus, vexillumq; deiectum & circumstantes occisi: inter quos Comes Staffordia & D. Gualterus Blount miles regius cecidere. Princepsq; regis primogenitus, pertentans præliandi primitias, ictu sagittæ vulneratur in facie. Interea D. Henricus Percy, dum præcedit suos, inopinatò cōcidit interemptus, dubium cuius manu. Quo cognito, fugerunt partis aduersæ defensores quibus fugiendi copia est permessa. Sed Comes de Douglas captus est: hic bina vice hoc anno pugnans aduersus Angli- 40

Anglicos, aduersam semper expertus est fortunam: nam in primo bello traiectus caput, amisit oculum, in secundo verenda transfixus perdidit paulominus loculum, & sub ingum venit captiuitatis secundæ. Captus est etiam comes Wigornie Dominus Thomas Percy inceptor vt dicitur totius mali & causa presentis infortunij, cum D. Rich. Vernoun & Baro. de Kynderton cum multis alijs. De parte regis ceciderunt decem milites, multi scutiferi, plures ualletti, & ad numerum trium millium sunt grauiter vulnerati. Ex parte rebellium corruit maior pars militum & scutiferorum comitatus. Ceterum ad numerum ducentorum præter domicellos & pedites quorum numerum non tenemus.

- 10 Commissum fuit hoc prælium in vigilia sanctæ Mariæ Magdalenæ, quo nunquam vt putatur ullum acius gestum fuit. Die Lunæ sequente, nam Sabbato commissum fuit antedictum bellum, iudiciali sententia decollati sunt apud Salopiā: Comes Wigornie, Baro de Kynderton. & Dominus Rich. de Vernona.

*Proditorum
pice plectuntur.*

Die etiam Lunæ sequuta proxima, dum Comes Northumbriæ in manu robusta & brachio extento versus filium suum properat, vel certe versus Regem, vt putatur pro redintegrando pacis negotio, comitē Westmerlandiæ & Robertū Watertone ne progrediretur habuit impedimento. Hij nempe exercitu grandi collecto, obuiare sibi subito disponebant: qui neutram horum putās sibi beneuolum, frena reflexit, rediens ad castellum propriū de Werkwurtha.

- 20 Eo tempore nuntij missi in Franciam reportarunt inducias belli; vacationem, usque ad diem primū mens. Martij, videbanturque magnam rem fecisse, in tanta rerum turbatione.

Compositis rebus Salopiæ, rex progreditur Eboracū, ubi constitutus mandauit literaliter comiti Northumbriæ, vt sibi occurreret dimissa turba. Venit Comes ad regis monita in castro sancti Laurentij cum parua familia, non tamen susceptus est familiaritate solita, sed potius more supplicis gratiam requirentis: cui Rex vitam condonauit, & victui necessaria, decernens conseruandum secunda custodia.

- 30 Reuersus rex de partibus borealibus disposuit adire Walliam ad cōpescendum insolentiam Wallicorum, qui multa damna irrogauerant patriæ post recessum suum: sed tamē retinuit eum rei familiaris inopia, eò quòd delitutus esset pecunia, pro exercitu conducendo. Astitere sibi tunc milites & scutiferi magis Dionei quàm Martij, Lauernæ quàm Palladis, qui censuerunt Episcopos qui tunc illic fortè conuenerunt, equis & auro spoliandos, domumque pedites remittendos: vt familiarium regis egestas, ipsorum abundantia leuaretur. Affuit tum gratosè dominus Cant. qui respondisse fertur, vnus pro omnibus satis alacriter milites improbos non spoliaturos de suis aliquem, nisi prius ausus temerarios luerent duris ictibus, & spolia verberibus nundinarēt. Rex interea se gerens moderatiùs, aucupabatur quodammodo beneuolentiam prælatorum: vnde contigit quòd D. Cantuariensis conuocato clero, sibi de vna decima cum consensu præsulum prouideret.

Regis inopia

- 40 Britones Armorici, duce Domino de castellis villam de Plumouthe inuadunt, impunè diripiunt & succendunt. Mox classis occidua sub ducatu Willielmi de Wilford scutiferi, in partibus prædictæ britanniæ, cepit naues quadraginta refertas ferro, oleo, sepo, & vino de Rupella ad numerum mille doliolum: redeundo verò cremauit naues quadraginta: & apud penarch. applicans idem W. cum suis combussit villas & prædia ad spacium sex leucarum. Villam quoque sancti Matthei vlticibus flammis dedit, & tria millia in giro dictæ villæ.

modi citius

- 50 Paucis diebus ante natale Domini, Galli stipati bellatorum turba ascenderunt terram in uecta insula, iactantes se celebraturos natalis festa illic etiam inuito rege. Cumque mille de Gallis intrassent insulam, & greges ac armenta fugassent, vt ad mare reuenterentur cum præda non modica, superueniente subito auxiliatorum copia coacti sunt prædas dimittere, & ad nauigia cum dedecore festinare non sine damno suorum. Sicque contigit, vt qui prius instanter ab incolis petierant rerum redemptionem vix euadere potuerunt publicā

Galli profigati

interuencionem.

Anno 1404. In parliamēto tento London. post oct. Epiphaniæ, comes Northumbriæ restitutus est suæ dignitati pristinæ, bonisq; mobilibus & immobilibus integraliter & hæredes sui.

Taxa graui.

In hoc Parlamento concessa fuit regi taxa insolita, & incolis tricabilis & valde grauis. Cuius modū præsentibus inseruissē, nisi concessores ipsi & aucthores dicti tallagij in perpetuum latere posteros maluissent: nempe sub ea tantum conditione concedebatur, ne traheretur posterius in exemplum, nec seruarentur eius euidentiæ in thesauraria regia, nec in scaccario, sed scripturæ vel recordationes eiusdem protinus post datum computum cremarentur, nec emitterentur breuia seu Commissiones contra collectores vel inquisitores huius negotij, de melius inquirendo. 10

*Gallorum iacta
tio disparuit.*

Gallici circa tempus illud venerunt ante Vectam insulam cum magna classe: miseruntq; de suis quosdam qui peterent nomine regis Richardi & Isabelle reginæ tributum, vel pecuniale subsidium ab Insulanis. Qui responderunt regem Rich. fore defunctum & reginam quondam suam coniugem remissam pacificè ad parentes & patriam sine conditione tributi: quapropter finaliter responderunt se subsidium non duros, sed si belli voluntas tenebat Gallos, iusserunt vt scanderent sine cuiusvis impedimento, & daretur illis spatium refocillationis post ingressum insulæ sex horarum. Et expleto tempore supradicto, daretur infallibiliter illis bellum. Quo audito, Galli nullo perfecto negotio recesserunt. 20

*Rusticorum ma-
gnitudo.*

Per idem tempus dominus de castellis Britannicis satis se trahentibus, cum multitudine Gallorum & Britonum apud Dortmouth, cum intollerabili fastu terrâ scandit: putans fortunam sequuturam sicut prius apud Plimmouth, sed secus accidit quàm sperabat. Nam ab hijs quos maximè habebat contemptui s. ruralibus est peremptus: & qui post ipsum terrâ scanderant mox oppressi a rusticis, capti sunt protinus vel occisi. Fœminæ quoque fraudari non debent huius facti præconio, quæ fundarum missilibus hostes diris strauerunt ictibus. Vnde contigit plures a fœminis, plures a rusticis sterni vel captiuari. A rusticis verò occidebantur multi, quia nescierunt eorū linguam, quamuis grandes pro sua redemptione summas obtulissent. Sed rurales rudes, alia pro alijs interpretantes, putabant eos cōminari, quando pro vita sollicitè supplicabant. Capti tamen sunt eo die tres domini, & milites nominati viginti. Pessundeditq; deus eo die arrogantiam superbiorū, & esse fecit victoriam rusticorum. Prosequuti sunt igitur captiuos suos rustici ad regis vsq; præsentiam, postulantes aliquod commodum prædæ suæ. Cum quibus rex ipse libenter conuenit, & crumenis eorum suffarcinatis fuluo metallo abire permisit ad propria, detinens captiuos penes se grauiori censu in posterum redimendos. 30

Decima cleri.

Mense Aprili concessa fuit regi per Clerum vna decima condicionaliter, scilicet, ne quis prouisorum de cætero capiat bona vel cariagia de Ecclesiasticis contra voluntatem eorum, Sed tamen appensa pecunia, neglecta mox fuit conditio interposita. 40

Prædatio Gleyndor.

Anno præsentis quinto Idus Maij, clarescentibus miraculis circa corpus S. Iohannis quondā prioris canonicorum de Bridelington de mandato idomini Papæ, translatus fuit corpus eiusdem sancti Iohannis per manus honorabilium virorum scilicet Eborum Archiepiscopi, & Dunelmensis atque Carleolensis episcoporum.

Per omne tempus ætatis præsentis Howenus Gleyndor cum suis Wallicis, prædatur, incendit & destruit regiones sibi contiguas, & nunc dolis & insidijs, nunc aperto Marte multos captiuat, plurimos perimit Anglicorum, castellaq; nonnulla capta complanat, quædam sibi conseruat integra pro tutela. 50

Ioh. Treuor episcopus Assaphensis cernens rem prosperari in manu Wallici, conuersus est in animum prauum, factus transfuga ad Howenum.

Eo tempore Flandrenses & Britones ceperunt quasdam naues nostratū onustas mercibus, & nautas gladio vel suspendio peremerunt.

Per

*Commentū Ca-
mitissæ Oxon.*

Per id tempus Comitissa vetula quondam Oxoniæ, mater Rob. de Veer du-
cis Hybernæ quem exulatū diximus, & mortuū fuisse Louaniæ, fecit per se su-
osq; familiares diuulgari per omnes fines Estsexiæ regē Rich. viuere, & in pro-
ximo fore venturum, & honorem pristinum vendicaturum. Fecitq; fabricari
ceruos argenteos & auratos plurimos, signa viz. quæ rex Rich. conferre sole-
bat suis militibus, scuriferis, & amicis, vt his vice regis distributis, facilius alli-
cerentur in vota sua milites illius patriæ, ceteriq; valentes. Vrgebat nēpe plu-
rimos ad putandum quod Rich. viueret, fama quæ quotidie ferebatur ē Scotia
regem Rich. inibi constitutum, expectare solūmodo tempus accommodū, quo
10 cum forti brachio Francorum atque Scotorū posset recuperare regnū. Auxit
errorem istum cuiusdam Serlonis quondam cubicularij regis Richardi com-
mentum, qui falsō finxerat priuatū sigillum nomine dicti Richardi, & desti-
nauerat literas consolatorias, simul & commonitorias multis in regno de dicti
Richardi quondam familiaribus, in quibus & continebatur eius incolumitas,
& ipsius in breui cernenda prosperitas. Hac occasione multi dederunt fidem
dictis & scriptis ipsius dominæ Comitissæ, in tantum vt crederent eius menda-
cij, & religiosi quidā Abbates illius patriæ, qui ex post eò quod cum Comitissa
fensisse videbantur, de mandato regio tenti sunt & carceribus mancipati. Co-
mitissa verò confiscatis suis omnibus, arctæ custodiæ commendatur. Clericus
20 verò qui præmissa fallaciter auribus multorū instillauerat, tractione & suspen-
dio muneratur. Nam & ipse diligenter eundo per patrias, præminentes per-
sonas nitebatur ad credendum allicere, regem Rich. non solū viuere, sed in
proximo palam cunctis fore, adiiciens se dictū regem nuper allocutum fuisse
loco tali, taliq; deniq; apparatu.

In festo S. Ioh. Baptistæ vocante rege, comes Northumbriæ venit ad pontem
fractum, nepotes suos & filiorum suorum filios secum ducens, quo factō miti-
gavit corda complurium, qui putabant eum rebellionis iuuenibus præbuisse
consilium. Venit & cum comite Guliel. de Clifford miles trahens secum Ser-
lonem inuisum toti regno, de quo supra fit sermo, quē parum ante ceperat
30 cantelose: quo factō penes regem meruit excusari, quod ultra placitū tenuis-
set Berwyci castrum, propter quod reus læsæ maiestatis extiterat. Viso Serlone
feruebat omnis ætas in domo regia sciscitari, scire, vel audire quibus modis,
quibus medijs, quibusuē socijs illum inclytum regis filium, regis auunculum,
ducem Glouerniæ iugularit. Ille verò iam actum de se non ignorans, hoc solū-
modo fatebatur, quod dignus fuit mille mortibus propter hoc scelus. Qua
confessione simul & pœnitundine, multorum ita demulsit animos, vt gratis pro-
mitterent se pro eius anima præbyteros conducturos qui suffragia spiritualia
aliquot diebus ferrent. Requisitus cur dementare voluerat multos vt putarent
regem Rich. viuere, respōdit se hoc odio regis fecisse, vt alienaret ab ipso cor-
da suorum, retulitq; se beatum fuisse potuisse tam in aula regis Franciæ, quā
40 in aula regis Scotiæ, si non defuisset gratia, sed cum bene sibi fuisset in domo
regis Franciæ, audito quod rex Rich. viueret, in Scotiam se transtulit, vt pro-
baret si veridica fama foret. Quò cum peruenisset & inuenisset quidem perso-
nam similem, sed non ipsum quem quærebat, nihilominus tamen vt illuderet
tam Scotis quā Anglis, affirmavit hunc esse Rich. regem, proculdubio præ-
seruatum ab æmulis diuino miraculo. Sed ex post cum comperisset commen-
tatam fallaciam patefaciendam, & ipse iam incurrisset rei familiaris inopiam,
peruenit Berwicū ad dictū Guliel. Clifford putans se per ipsum pecuniali
subsidio releuandum, quo redire in Franciam potuisset, sed in hac parte sua
50 spē frustratus est. Nam Gulielmus ipsum captum detinuit, vsus consilio satis
callido, vt regis gratiam nundinaret, huiusce mercimonio.

*Serlo rumorū
author captus.*

Igitur Serlo finali iudicio tractus est in qualibet villa præcipua, inter pontem
fractum & Londonias, inchoans pœnas meritas in ipsa villa regia de ponte-
fracto.

Eo tēpore rex indigēs vt fertur pecunia, cōuocauit regni procures ad parliamē

*Parliamentum
Indolitorum.*

*Cant. Archiep.
fortitudo in
clero defendenda*

tum tenendū Couentreiæ circa festum S. Fidei Virginis, nō considerato quòd ipso anno tempore Quadragesimali parliamentum celebrauerat apud Westm. quod inutiliter vt multis videbatur per 12. hebdomadas fuerat protelatū. Dirigit ergo breuia vicecomitibus, ne quosquam pro comitatibus eligerent quouis modo milites, qui in iure regni vel docti fuissent, vel apprenticij, sed tales omninò mitterentur ad hoc negotium, quos constaret ignorare cuiusq; Iuris Methodum. Factumq; est ita. Qui conuenientes in vnum, & sapientes in id ipsum, cum propositum fuisset pro parte regis, quo premebatur rei familiaris incommodo, instantibus propè Scotis & Wallicis, procul Britonibus, Flādris, & Gallicis: selecti milites parlamentales pro releuando rege, non aliud inuenire potuerunt remedium, quàm confiscandi Christi per totum regnum patri-moniū, scilicet vt ecclesia generaliter de bonis temporalibus priuaretur. Hinc orta est inter clericos & laicos grandis altercatio, militibus regijs asserentibus se pro rege, atque cum rege profectos sapius contra rebelles & hostes, non solum sua expendisse profusius, sed corpora quoque multis periculis exposuisse, siue laboribus, clericis interim otiosè domi sedentibus, & in nullo regi suffragantibus. Contra quæ dominus Cantuariensis respondit, clerum tantum semper contulisse regi, quantū laici, dum decimas ipsi frequentius darent regi, quā ipsi quintas decimas, & insuper tenentes sui non minori numero regem sequebantur ad bella vel pericula, quàm tenentes fæodi laicalis. Et super hæc omnia nocte dieq; missas & orationes facerent pro eodem, & omnium sibi famulantium prosperitate. Et cum ad hæc prolocutor militum, vultu voceq; prætendisset publicè se preces ecclesiæ paruipendere: iam inquit dominus Cantuariensis, video manifestè quorsum tendit regni fortuna, exclusis vilipensiq; suffragijs quibus diuinitas placari solet. Certè nunquam fuit diu regnum stabile, quod vacauit a precibus & deuotione. Attamen tu qui vilipendis cleri religionem, ne te putes impunè direpturum ecclesiæ possessione, quia si viuit Cantuariensis, malo tuo rapies quicquam de suis. Erat autem prolocutor miles dictus Iohan. Cheyne, qui vt fertur militiam sortemq; Christi deferens, in sortē Martis apostatando transierat: nam prout dicunt, Diaconus fuerat ordinatus, nulla tamen vt resliret dispensatione licentiatus. Archiepiscopus inter hæc regem nutantem considerans, surrexit, genuq; flexo coram rege rogauit vt attenderet quā gratiosè regnum consequutus sit, attenderet primitium propositum suū, quòd cuilibet seruaret iura propria pro posse suo, attenderet & iuramentū quòd non inuitus præstiterat, viz. quòd ecclesiam & ministros eius honoraret, foueret, & manuteneret, attenderet & periculū iuramēti, siue dedecus violati, & ecclesiam gaudere permetteret suis priuilegijs & libertatibus quibus gauisa est antecessorum suorum temporibus, vereretur offendere regem per quē reges regnant, vereretur & cēsuras quas incurrunt, qui res ecclesiasticas deprædantur, quos omnes constat excommunicationis sententia innodari. Hijs a Cantuariensi prolatis, rex præcepit ei repetere sedē suam, asserens voluntatis suæ fore ecclesiam in adeo bono statu dimittere, sicuti eam inuenerat, vel potius meliori. Archiepiscopus concionatus militibus dixit. Vos inquit & vestri similes consilium dedistis domino nostro regi moderno, & antecessoribus suis vt confiscarent bona cellarum quæ Gallici vel Normanni possederunt in Anglia, dicentes eis per hæc diuitias accumulandas in magna copia, & quidem, prout valent multa fului metalli millia, sed tamen constat hodiè regem non esse ditio-riorem dimidia quidem marca, vobis extorquentibus, vel emendicantibus de manu sua, & vobismet appropriantibus dicta bona: vnde potest conijci vos non pro regis vtilitate, sed pro vestra cupiditate temporalia nostra petere. Quia proculdubio si rex quòd absit, vestro satisfecisset execrando proposito, non esset opulentior vno quadrante sequēti anno. Et certè prius hoc caput exponam gladio, quā ecclesia destituatur minimo iure suo. Milites hac sententia, simul & Metropolitani percussu constantia, cōticuere. Archiep. verò vt Argus sibimet ex omni parte prospiciens, cum cōperisset milites perstituros in petitione temporalium, dominos temporales quosdam allexit in partem suam: qui

qui constanter affirmauerunt S. ecclesiam nunquam sua voluntate suis temporibus spoliadam, & in hac parte reddentes Archiep. & praelatis gratiam pro gratia quam sibi prius praeliterant, quando milites petierunt ad opus regis restitui quaecumque dicti domini de corona tenebant, vel dono regis nunc, vel antecessorum suorum regum Edw. & Rich. Cui scilicet petitioni dominus Cant. obnixius restitit & praelati. Sicque factum est ut de exactiōe temporalium nulla fieret mentio in posterum, sed & milites ipsi qui importune persteterant in hoc errore, domino Cant. ut illis ignosceret fatentibus malitiam & reatum suum, & gratias agentibus quod animositate sua sub hac tempestate respirasset ecclesia, commemorantes illud Ethnici ita dicentis:

*Tu sub principe duro,
temporibusque malis, ausus es esse bonus.*

Præter multa quæ concessa fuerunt regi in hoc parlamento, laici concesserunt duas quintas decimas, ea conditione ut D. de Furniual & c. reciperet omnem censum illum, & expenderet in Werris regis. Reuocatae sunt etiam patentes regis præconcessæ personis varijs de sustentatione sua annua per reges Edw. & Rich. militibus parliamentalibus ita consentibus, licet id in regis dedecus redundaret. Clerus concessit regi unam decimam & dimidiam, non obstante quod medietas unius decimæ ultimò præconcessa, in festo S. Martini fuerat perfoluta.

Eo tempore tanta repente ruptis limitibus irrupit aquarum influentia in terra D. Cant. & aliorum in Cantio, quanta nunquam fuerat illic antea visa, qua submersa sunt animalia numero & pretio excessiuo. Nec solummodo defleuit Anglia damna talia, sed ut fertur Selandia, Flandria, & Hollandia, per undarum excrementa innumerabilia sensit dispendia eo anno. Hoc in tempore, vir gradæ uus D. Gul. Wickham Winton. episc. uiuere mundo desijt, cuius sumptibus & industria quotidie clerus Anglicanus augmentatur & crescit. Nam in Wintonia constituit collegium nouellis Grammaticis, & in Oxonia subtilioris scientiæ clericis fundauit domum. Exhibentur autem in utroque loco centum personarum de sumptibus prouisis per eundem. Mense Octobris, primo die mensis obiit Romæ Papa Bonifacius 9. cui successit episcopus Bononiensis, & vocatus est Innocentius 7. aliàs dictus Cosinatus gentilis, vir per omnia dignus nomine & gradu tanto.

Anno 1405. circa festum S. Valentini capti sunt filij comitis Marchiæ & abducti, sed citò post recepti de castro de Wyndelethores. Faber Ferrarius qui clauis sinxerat, per quas patebat ingressus ad eos, truncatione manuum atque capitis est multatus. Domina de Spencer relicta domini Tho. de Spencer nuper occisi Bristolliæ, dum fugit ut fertur ad Howenū Gleyndor cum filio ostēni capta est, & cunctis thesauris spoliata, perque regios ad regem reducta, custodia arctioris subiit nocumenta.

Post festum Purificationis Rex accersitis Londonias regni Baronibus, tractabat cum eisdem de regni regimine, deque pecuniali subuentione sibi ferenda, sed proceres regijs votis tunc minimè paruere. In quadragesima verò sequente, Rex conuenire fecit apud Sanctum Albanum, clerum, regnique Barones pro præmissis negotio, sed proceribus renitentibus nil actum fuit. Discesseruntque cuncti velut in concordia discordia penes Regem in vigilia palmarum.

Sub hijs diebus Comes Mareschallus Thomas Moubray, armis instructus accessit ad Archiepiscopum Eborum magistrum Richardum le Scroope, dubium an voluntate motus propria, an a pontifice sollicitatus ut veniret. Eoque tempore dominus de Bardolfe Thomas, adiit Comitem Northumbriæ dominum Henricum Percy, eo animo ut molestarent regem, ut ex post apparuit manifestè. Sed Archiepiscopus atque Comes Mareschallus, non diu celauere propositum, quin mox palam facerent intentum suum. De Comitibus

Aquarum inundatio in Cantio.

Wickhami mors.

Subsidium regi negatum.

nempe Northumbrie, dominiq; de Bardolf vt fertur confisi solatio, ciues Eboraci cum multis alijs euocauerunt in magno numero, vt starent cum ipsis pro regni cōmodo, communiumq; salute. Et vt promptiores redderentur ad præsens negotium fixerunt articulos, in ostijs monasteriorum & ecclesiarum vrbis scriptos in Anglicis, pro quibus oportuit eos voluntariè in armis esse.

Lectis igitur articulis, milites, aruigeri, plebs vrbana & rustica, intellecto pio proposito, in magno valdè numero, pontificem constipauere, quem cunctis cōmendabant & ætatis grauitas, & vitæ præcedentis sanctitas, & incōparabilis literaturæ scientia, & cunctis amabilis ipsa persona.

*Archiep. Ebor.
insurrectio.*

Comes Westmerlandiæ qui cum filio regis Iohanne tunc propè fuit, audito rumore præcedentium, congregatis copijs festinat occurrere pontificali turbæ, priusquā multiplicata faciliè vinci non posset. Sed frustrâ. Nam manus Archiepiscopaliū, multò fortior erat gente sua. Misit ergo qui peterent causam tantæ conglobationis, & cur contra pacem regiâ adessent armati. Archiepiscopus respondit se nil moliri contra pacem regiam, quinimò cuncta pro pace tranquillitateq; facere, armari verò siue vallari hominibus tantū ob metum regiū, ad quem alloquendū tutum non haberet accessum, sine multitudine assentatorū. Propositum verò suum, regis & regni fore commodū, si fortè noscere vellent illud. Demonstravitq; schedulam, qua articuli continebantur. Quam cum legisset comes Westmerlandiæ, verbo vultuq; laudauit palā præsulis pium sanctumq; propositū, spondetq; se velle prosequi cum suis propositū Archipræsulis, vnde petit vt accedat cum paucis in medium, secum habiturus colloquiū, & ipse cum paucis obuiaret sibi adæquatus numero personarū. Antistes gauisus, credit verbis consulis, persuadetq; comiti Mareschallo etiā nolenti secum procedere ad locum colloquio deputatum. Ad quem cum pari numero conuenissent, cum perlecta fuisset charta de articulis, mox comes & qui cum eo erant præbuerunt assensum dictis articulis & fauorē. Tunc comes astutior cæteris, ecce inquit finis optatus assumpti laboris, iam diu est quò populus perseuerauit in armis, renunciēt ex vestris aliquis genti vestræ vt domū redeant, arma deponant, & solitis occupationibus operam dent consuetā. Nos interim in signū concordie bibamus pariter, cernente populo partis vtriusq;. Nec mora datis dextris, miles emittitur de parte præsulis, qui renunciēt pacē populo, iubeat vnumquemq; depositis armis sua reuifere, quoniā iam partes in vnā sententiam conuenere. Illi verò videntes signa pacifica, procuresq; cōbibentes, fessi ex insueta militia læti lorā vertere. Sicq; factum est vt illis recedentibus, cresceret ex condicō paulatim aduersorū numerus, nec prius intellexit Archiepiscopus se seductum, quā per manus fuit comitis arrestatus. Comes etiam Mareschallus est arrestatus cum multis alijs per eundem. Quibus omnibus indemnitas est promissa, sed nullatenus obseruata, quia tam præsul quam comes decollatus fuit postea veniente rege ad Eboracū in crastino Pentecostes. Quo factō patuit illud febricitantis Bridelington vaticiniū fore verum, prædicentis satis obscurè præsens factum, sub hijs verbis.

Archiep. decollatus.

*Pacem tractabunt, sed fraudem subterrabunt,
Pro nulla marca saluabitur ille Hierarcha.*

Archiepiscopo decapitato qui satis constanter necē tulit, martyrio pulchro finitus vt vulgares opinabantur, qui etiam asseuerabant miracula quædā facta fuisse tam in campo quo decollatus est, quā in loco quo sepultus est, illic vulgus promiscuum cepit obnixè colere cineres antistitis iam defuncti, quem dilexerant per antè viuentem, donec per quosdā regales prohibiti, præsulis monumentum reuifere metuebant.

Corpus verò domini Tho. Moubray comitis Mareschalli permissione regis sepultum est in ecclesia cathedrali, multis dolentibus vicem eius: sed caput eius fixum in stipite stetit supra muros vrbis longo tempore, expositum feruori atque pluuiæ. Quod tandem cum rex annuisset vt conssepeliretur corpori, ferunt

runt iuuentum fuisse, in nullo fluxum, in nullo marcidum, in nullo penitus de-
coloratum, sed eundem prætulisse decorem, quem viuens obtinuerat.

Rex post hæc ciuibus Eboracensibus multæ ad libitum qui cum Archi-
episcopo senserant, promouit exercitum ad persequendum comitem Northū-
briæ & D. Tho. Bardolf omne præparamentum belli secum contrahens, & ex-
ercitum 37000. pugnatorum. Comes Northumbriæ comperto regis propo-
sito, Berwicum se transtulit.

10 Eo tempore nuntij regis Daciæ, Norwagiæ & Suanię venientes in Angliam,
petiere regis filiam in coniugium domino suo. Horum præcipuus fuit episco-
pus Soluiensis, qui cum scriptore præsentis Chronicę de vita S. Albani, cuius
peroptimè nouit & cōmunicauit historiam eò quòd in Danemarchia martyr
noster celebris habeatur.

Interea rex firmans faciem contra comitem Northanhumbriæ, venit Ber-
wicum. Comes verò a facie formidinis eius fugit in Scotiã, & dominus de Bar-
dolf cum eo: quos D. David Flemming Scotus in fide sua suscepit. Rex autem
cum cognouisset fugam comitis, mandauit hijs qui erant in castello, vt illud
sibi redderent, quod cum illi præcisè negarent, incendit gunnam magnã, cuius
vnico iactu deiecit partem vnus turris, & inclusos tantum terruit, vt mallent
obiicere se sponte gladijs, quã expectare secundum iactum. Redditum est ergo
20 castrum regi, & de defendentibus partim fuere decollati, partim carceribus
mancipati. Quo recepto & pro votis disposito castrum de Aluewik & cætera
castra comitis reddita sunt facili ter in manus regis. Quibus successibus rex e-
latus rediit incunctanter Walliam, vbi e contrario nil sibi cessit prosperũ, sed
velut infortunatè omnia gerebantur. Quapropter nullo perfecto negotio re-
uersus est, currus, carectas, & plaustra perdens numero quinquaginta, prout
fertur cum thesauro maximo, & coronis suis per aquarũ inundationes super-
uenientes improuiso. Venit ergo Wigorniam, & accersitis Archiepiscopo & a-
lijs episcopis, patefecit eis infortunium quod acciderat, petens sibi succurri
per eosdem, cui respondit Archiepiscopus se cum clero super isto negotio tra-
ctaturum.

*Berwicum red-
ditum.*

30 Medio tempore Gallici venientes in succursum Wallici, i. Howeni Gleyn-
dor cum 140. nauibus applicuerunt in portu de Milforde, amissis primò pro
penuria recentis aquæ penè omnibus equis suis.

Dominus de Berkleë & Henricus Pay combusserunt ex eisdem nauibus 15.
in eodem portu. Dicti verò Gallici obsederunt urbem Carmardin & ceperunt,
concessis prius defensoribus omnibus bonis mobilibus cum licentia se trans-
ferendi quocunq; vellent.

40 Sub eodem tempore captæ sunt naues 14. per supradictos D. de Berkleë, &
dominum T. de Swinbourne, ac Henr. Pay dum velificarent versus Walliam ad
auxiliandum Howeno. In quibus Seneschallus Franciæ, & alij septē capitanei
capti fuere.

Villa de Royston conflagrauit in die translationis beati Martini.

Comes Arundeliæ duxit Londonijs in uxorem filiam Regis Portingaliæ
Notham, satis magnificè, præsentibus rege Angliæ & regina, in crastino Ka-
therina.

In festo conceptionis S. Mariæ eadē domina regis filia, præconis voce pro-
clamata est regina Daciæ, Norwagiæ, & Suaniæ siue Sueffiæ in præsentia nun-
tiorum qui eam venerant petitori.

50 Anno 1406. Dominus Rogerus de Waldene debitũ naturæ soluit, qui va-
ria fortuna vectus, expertus est sub breui tempore, quàm sit inconstans, incer-
ta, volubilis ipsa, errans, instabilis, vaga, quæ dum stare putatur, occidit, & fal-
so mentitur gaudia vultu. Nempè per hãc ex pauperculo, factus est regni the-
saurarius, & mox Cant. Archiep. quo iure mundus nouit, viuente D. Tho. de
Arundelia. Et illicò deiectus & priuatus per longa tempora, tandē leuatur ite-
rum in Londoniarũ thronum per annum, quo tamen non est permissus gau-
dere per annum, huic successit D. Nich. Hobwith.

1411b
*Rogeri Walden
fortuna.*

Hoc in tempore dominus Papa, peremptores Rich. Scroope quondam Eborum Archiep. publicè excommunicauit.

Taxa cleri & populi.

Eo tempore inchoatum est parliamentum, quod protelabatur inutiliter fere per annum. Quia postquam parlamentales milites distulissent diu concedere regi subsidium, in fine tamen fracti, concessere taxam petitam, grandi communitatis damno. Nam propter hanc dilationem, expensæ militum equiparabant penè subsidium postulatam. Per clerum autem noua taxa regi conceditur leuanda de præsbyteris stipendarijs, & fratribus mendicantibus, ac alijs religiosiis qui annalia celebrabant, vt horum quilibet diuiciam marcam regi daret in releuationem Cleri videlicet, qui semper onus portauerat pro eisdem.

10

Per idem tempus Comes Northumbriæ & D. de Bardolfe moniti David Flemming fugerunt in Walliam, patefecerat nempe illis conspirationes Scottorum, qui conspirauerant illos tradere regi suo, pro quorundam captiuorum commutatione. Ob quam causam David a Scottis occiditur, & Scoti prouocantur ad intestina bella, in tantum vt inualefcente discordia, treugas annales petere cogerentur. Quibus firmatis in terra, Scoti misere per equora filium regis sui & heredem, vt coalesceret & informaretur in Francia de facietia, linguaq; Gallica. Quem quidam naua de Cley cepere fortuito, & quendam episcopum, comitemq; de Orkeney, quibus commissus fuerat a patre suo, & ad Angliam deduxerunt regi; dederunt. Rex verò resolutus in iocos, dixit: Certè si grati fuissent Scoti, hunc misissent mihi iuuenem instruendum, nam & Ydioma Franciæ ego noui. Missiq; sunt ad Turrim Londoniarum dictus iuuenis, & Comes Orkeney, episcopo per fugam lapso.

20

Eo tempore dum Galli in succursum properant Howeni Gleyndor, cum ratibus 28. captæ sunt ex eis octo naues armatis refertæ, reliquis in Walliā euadentibus meticolosè. Non multò post captæ sunt naues 15. portantes vinum & ceram, per mercatores nostros ad maris custodiam deputatos.

*Papa contradi-
citur a rege.*

Papa contulit Archiepiscopatum Eborum magistro Roberto Alum Cancellario Oxoniensi tunc in Curia existenti. Sed Rex Angliæ indignatur & contradicit.

30

Hac ætate rex & regina perduxerunt puellam virginem regis filiam ex priore coniuge procreatam ad villam de Lenna, vt inde transfretaret in Daciam ad sponsum suū regem. Hanc comitabantur nobiles, inter quos episcopus Bathoniensis erat, & D. Rich. frater ducis Eboraci: qui redeunt expleto negotio, parum vel nihil boni de patria retulerunt.

Circa finem Autumni D. Henricus le Spenser episcopus Norwicensis ingreditur viam patrum, vir qui & militis suo tempore consumauit officium, & pontificale non neglexit debitum. Cuius loco Monachi Norwicenses elegerunt Alexandrū commonachum & priorem suum.

Adhuc durante parlamento, restitutus est dux Eboraci dignitati pristinæ, qui putabatur a multis obiisse in carcere.

40

Comes Cantij duxit in vxorem filiam domini de Mediolano.

*Cardinaliū Co-
eū de papatu.*

Hoc anno die S. Clementis apostolica sede vacante per obitum nuper Innocentij Papæ 7. Cardinales considerantes Christianæ religionis infamiam contractam ex pestifero schismate quod tantis pro dolor temporibus perdurauit, conuenerunt, voverunt Deo ac eius matri Mariæ, & sanctis Apostolis Petro & Paulo, toti; cœlesti Curix iurauerunt, & adinuicem vnus alteri & e cōuerso se obligando sollemniter promiserunt, quòd si quis eorum assumptus foret ad apicē summi Apostolatus, renunciaret effectualiter iuri suo, & papatui, si & quando Antipapa, qui est & pro tempore fuerit, consimiliter renunciaret ac cederet, & anticardinales sic conuenire ac concorditer vellent cum eisdem dominis & sacro collegio, sic quòd ex ipsis duobus collegijs inæquaretur iustè canonica electio vnus Romani Pontificis, ac etiam promitterent se facturos & curaturos quòd si quis ex dominis absentibus vel extra Collegiū per eos assumerentur in Papam, eandem faceret obligationem. Quodq; nullus eorum a prædictis promissione, voto, & obligatione, absolutionem peteret vel im-

50

impetraret. Et ad maiorem præmissorum firmitatem, quilibet ex dominis de collegio supradicto, manu sua subscripsit. Elegerunt itaque dominum Angl. tituli S. Marci præbyterum Cardinalem Constantinopolitanum, & vocauerunt Gregor. 12. Qui eodem die post electionem, votum, sacramentum, & promissionem, prout superius continetur, in præsentia dictorum Cardinalium & testium sic manu propria subscripsit. *Ego Gregorius hodie die ultimo mensis Nouembris, An. 1406. assumptus in Romanum pontificem, iuro, voueo, promitto, ac confirmo omnia supradicta, &c.* Coronatus est autem die S. Andreæ Apostoli, vir annorum circiter octoginta.

- 10 Circa festum S. Martini cum rates Anglicæ versûs Burdegalim cursum tenderent, & infrequentatum mare nostris hæcenus attemptarent, quatuor naues de villa de Lenna nauigantes incautiùs, inciderunt subito in caribdim, quæ dicitur esse in mare Hispanico, & cernentibus socijs absorptæ sunt. Nam illic dicitur esse mare vertiginosum, quod occultis gurgitibus naues sorbet. Ter enim in die stringit fluctus, & ter vomit. Aquas itaque accipit vt vomat, vomit vt accipiat, vnde Naso.

Naues submersa.

Euomit epotat dira caribdis aquas.

- 20 Doctæ sunt ergo reliquæ priorum periculo, vela reflectere de tam pernicioso pelago, venerêq; saluæ Burdegalim, sed numero diminuto.

Appropinquante natali dominico, exactum est instantius vt regi prouideretur de pecuniali subsidio, sicq; tandem concessa fuit ei quintadecima de cõmuni populo.

Quinta decima.

Anno 1407. soluta est obsidio villarum de Burgh, & de Bloy in Wasconia facta per ducem Aurelianensem, qui cum 50000. venerat ad subuertendum illas. Sed deo dispensante qui superbos humiliat, nulla dies per octo hebdomadas illuxit ei sine tempestate pluuiarum, niuis, & grandinis mixtæ cum ventis & fulmine, quæ tam homines ad mortem compulit quàm iumenta. Quibus infortunij fertur 6000. hominû perdidisse. Et qui in aduentu suo super fortunam suam nimis ambitiosus fecerat deportari supra caput suum a quatuor militibus pannum aureum, iam reuertens inglorius, gaudebat ab ymbribus cessare cœlum.

- 30 Per idem tempus Henricus Pay & quidam de 5. portubus cum nauibus 15. in mari Britannico, 120. naues anchorantes onultas ferro, sale, vinoq; de Rupella ceperunt.

Episcopus Sarum Rich. de Mithforde seculo valescit.

Eo tempore fixæ sunt schedulæ multis in locis Londonijs quibus continebatur, quod rex Richardus viueret, & in proximo venturus esset, in magnificentia & gloria accipere sibi regnû. Sed non multò post captus & punitus, ausus tam temerarij stultus commentor, ex mendacio multorum conceptam lætitiã temperauit.

Rumores Rich. viuesse.

- 40 Hac ætate ex aeris corruptione tanta pestis humanis est infusa corporibus, quanta non est visa per annos plurimos in hac terra. Ita vt dicam, lætiferis calidi spirarunt æstibus austri. Pestis etiã in magnæ dominatur mœnibus vrbs, nam & Londonijs consumpsit infra breue tempus, ad triginta millia sexus vtriusq; In villis verò ruralibus, peruenit ad miseros damno grauiore colonos, vt multæ domus quondam fræquentibus lætæ familijs, penitus vacuarentur.

Pestis Londini.

- 50 Eodem tempore prout videbatur in vnam conuenire sententiam, Papa Romanus & Antipapa per literas directas ad inuicem, attamen non dum finis.

Sub hoc tempore Gallici ceperunt munitionem de Aye, & destruxerunt, ac bona inibi reperta rapuerunt, vnde dolentes stipendarij Calestæ, ceperunt & ipsi castrum de Pomle, & ibidem bona reperta copiosa valdè, Calestiam comportarunt.

Prope medium mensis Iunij cum papa Gregorius se parasset ad proficiscendum Sauonam iuxta conditum inter ipsum & antipapam, gratia vnionis faci-

Y. iij.

endæ

cienda in ecclesia dei, repente Dæmonis instinctu superuenit rex Neapolis & ante portam S. Laurentij confedit cum exercitu, vnde dominus papa confugit cum cardinalibus in castellum S. Angeli, & accersito nobili viro Paulo Vrsino, iussit vt cū manu militari valida opem ferret. Qui commissā pugna, peremit 70000. de hostibus ecclesiæ, nobilibus multis captis.

Rex verò mœrore plenus aufugit & inglorius Neapolim repedauit. Hac occasione retardatū est negotium vnionis & pacis in ecclesia sancta dei.

*Knolles mori-
tur.*

Circa festum assumptionis beatæ virginis, D. Rob. Knolles, diem clausit extremum. Cuius arma regnū Franciæ sensit, & expauit infesta Ducatus Britannia, verebatur Armorica, atq; pertimuit gens ceterioris Hispaniæ. Qui præter laudem quā sibi peperit in gestis Martijs, construxit pontem, vltra flumen de Medewey iuxta Roffam, prouexitq; domum fratrum Carmelitarū Londonijs, fundauitq; collegium seculariū clericorum apud pontem fractū, & alia multa laudabilia consummauit.

Eodem anno Guido de Mone Meneuensis Episcopus præsentis lucis sensit eclipsim, qui dum vixit magnorum malorum causa fuit.

Sub eodem tempore M. Henricus Bowet ad instantiam regis translatus est, ab episcopatu Bathoniæ ad Archipræsulatū Ebor. Et M. Rob. Aluco cui Papa prouiderat de Archiep. Ebor. thronum conscendit Sarisb. vacantem per mortem M. Clickholē de Chichley. Magister verò Rich. de Clifford, de pontificatu Wigorn. transijt ad sedē Londoniæ, Tho. verò Peuerell ab episcopatu Landaphensi, transfertur ad cathedram Wigorn.

Hac æstate D. Henricus princeps Walliæ cepit per obsidionem castrum de Abrustwich sed non multo post, Howenus Gleyndor, fraudulentē illud intrauit, & nouos custodes imposuit.

Mense Nouembris, factō parlamento Londonijs facta fuit leuatio pecuniæ de toto regno.

Hiems dura.

Anno 1408. fuit hyems asperriima ex niuium abundantia durans, per menses Decembris, Ianuarij, Februarij, atque Martij, vnde contigit penē cunctas volucres, de genere inaniscorū vel merularum fame frigoreq; perire.

Paul:

Insurrectio.

Eo tempore rege tenente consilium grande Londonijs cum regni magnatibus, Comes Northūbriæ, dominusq; Tho. de Bardolf, fatis iniquis vrgentibus in Angliam rediēre. Qui post longam equitationē cum peruenissent ad villam de Thrisk, proclamari fecerunt, vt quisquis libertatem cuperet, arreptis armis eos alacriter sequeretur. Igitur secuti sunt eos plurimi, putantes sibi cuncta pro votis accidere.

Vicecomes verò de Euerwike cum militibus patriæ illis occurrentes iuxta Hefewood cōmisso graui prælio comitem interemit. Cuius caput illicō præcisum est. D. de Bardolf ex vulneribus acceptis sauci⁹ captus est viuus, sed citò postea defecit in mortem. Facta sunt hæc quantū ad bellum 11. Kalēd. Martij, completaq; putabatur prophetia, quæ præmissa prænuñciauerat sub hoc inuolucro: *Stirps Persitina periet confusa ruina.* Nempe dominus iste stirps fuit cunctorum de nomine Percy superstitum, & aliorum plurimorum varijs cladibus finitorum. De cuius infortunio vulgus non parum doluit, recolens viri magnificentia, famam & gloriam, applicans sibi Lucani carmen lugubre sic dicentis. Sed nos nec sanguis, nec tantū vulnera nostri, affecere senis, quantum gestata per vrbē, ora ducis. Quæ transfixo deformia pilo vidimus. Nam caput eius veneranda decoratū canitie, pilo suppositum, per vrbem Londoniarū publicē deportatum, super pontem confusibiliter est locatum.

Pontifex Bangoriensis captus cum prædictis dominis donari vitæ mœruit, eo quod inermis captus fuit.

Post mortem prædictorū procerum, vires assumpsit inuidia, succreuitq; delatorū turbain boreali patria, quæ patriotas accusare studuit de inpenso fauore dictis dominis. Quorū clamore rex excitus perrexit Ebor. ad faciendū iudiciū transgressorū. Vbi cum multos damnaſſet, plurima confiscasset, patriā pacificasset, suspensio abbate de Hayles, qui cum præfatis dominis armatus steterat,

terat, redijt ad partes australes.

In crastino Sanctæ Mariæ Magdalenz in concilio cleri celebrato Londonijs, assistentibus doctoribus vniuersitatum Cantebriegiæ & Oxoniæ, tractatum est de censu, & obedientia papæ subtrahendis vel non subtrahendis, qui contra votum & iuramentum præstitum se subtraxit a loco, vbi iuxta pacta de cessione pro parte sua, procedendum fuerat, ad vniõnem in ecclesia faciendam.

10 Eo tempore dux Aurelianorum dum scortis, stupris, incestibus vacat & adulterijs in regno Franciæ, peremptus est a quodam milite cuius coniugem ad-
ulterare conſuevit. Dux Burgundiæ quia præsumpsit factum defendere mili-
tis proſcriptus, & multis affectus incommodis, Franciã dereliquit, sed ex pòſt
captus & incarceratus, solutus est sub pacto Caleſiæ capiendæ.

*Dux Aurel. in
ſuprà caſum.*

In vigilia natiuitatis beatæ Mariæ, tanta fuit inundatio pluuiæ, quantam ſe-
nes & veterani antea non viderunt.

Dominus Tho. Comes Cantæ dum obſidet caſtrum de Briant in Britan-
nia, ſpiculo balistæ vulneratur in capite. Cepit tamen caſtrum & deſtruxit fun-
ditus. Nec multò pòſt putrefacto cerebro mortem incurrit.

30 Circa feſtum omnium ſanctorum venit in Angliam Cardinalis Burdegalen-
ſis vir potens in opere & ſermone, miſſus a collegio Cardinalium ad informã-
dum regem regniq; clerum, de inconstantia Papæ Gregorij, prout prius edo-
cuerat regem Franciæ & incolas regni eius, quatenus hij duo reges, qui cenſes
bantur in orbe præſtantiffimi, manus apponerent adiutrices ad inducendam
dictum Gregorium, ad ſeruandum iuramentum præſtitum, vt ipſorum duo-
rum regum authoritate magnifica, vnio fieri poſſet in eccleſia. Cui negotio
Rex Franciæ libens annuerat, & ſolemnes Gregorio nuntios deſtinauerat,
licet tergiverſanti & indurato. Quamobrem rex Franciæ ſecutus conſilia do-
ctorum vniuersitatum Pariſiorum & Louaniensium, Aurelianorum, Tho-
ſoſanorum, & montis Peſulani, ad euitandum pœnas fautoris ſchiſmatis,
neutri de papatu contendenti decreuit obedire, donec pax haberetur in ec-
cleſia dei.

30 Rex Angliæ cum intellexiſſet propoſitionem Cardinalis, exhiberi ſibi iuſſit
omnem humanitatem offerens ſumptus ſibi largiſſuos quàm diu cuperet in
Anglia perhendinare.

Anno 1409. poſt Epiphaniam conuocauit dominus Cantuar. regni clerum
Londonijs ad eligendum perſonas idoneas, quæ proficiſcerentur Piſas ad cõ-
cilium generale, inter quas eliguntur. Magiſter Robertus Alum Sarisburienſis
Epiſcopus cum alijs viris doctis & prudentibus.

*Generale conſi-
lium Piſi.*

40 Præmiſerat autem rex Angliæ ambaffiatores ad papam Gregorium, & Car-
dinales, dominum Ioh. Coluile militem, & Magiſtrum Richar. Rixton Cleri-
cum cum literis exhibendis eiſdem. Et quidem in litera papæ directæ, inter cæ-
tera ſcribit ita. Beatiffime pater, ſi ſedis apoſtolicæ dignaretur attendere pro-
uidencia, quanta quaſi per vniuerſum orbem pericula prætextu ſchiſmatis e-
merſere, & potiſſimè de ſtrage populi Chriſtiani, quæ vltra ducenta millia per-
ſonarum vt aſſeritur ex guerrarum fremitibus in diuerſarum mundi partibus
exortarum, & iam pridem ad numerũ 30000. ratione diſſentionis habitæ ſu-
per epiſcopatu Leodiienſi inter duos, vnum ſ. authoritate domini veri pontifi-
cis, & alium authoritate antipapæ titulo contententes, in bello campeſtri
(quod dolenter referimus) fuerant interfecti.

*Litteræ regis ad
papam.*

50 Profeſſo iam dicta ſedes anxietur in ſpiritu, & iuſto dolore torqueretur
in mente, dictanteq; bona conſcientia, potiùs Apoſtolicæ ſedis honorẽ relin-
queret quàm huiusmodi deteſtanda cõſiſi de cætero, ſub diſſimulationis clami-
de tolleraret, exẽplum ſumẽs de vera matre, quæ corã rege Salomone conten-
dens ceſſionẽ potiùs elegerat quàm filij ſectionem. Et quãuis ex illa noua creati-
one nouem Cardinaliũ, contra iuramentũ veſtrum, vt aliorum verbis vtamur
vltimò per vos factum, de qua vehemens admirationis cauſa conſurgit, poſ-
ſit

fit aliquatenus praesertim prout verisimile est censendum, intentionem vestram ad finem schismatis non intendere, absit tamen a seculo semper, quod sedes vestra circumspicienda de tanta mentis inconstantia notaretur ab aliquo, unde notissimus error priore deterior haberetur. Hæc decerpimus de epistola, quam rex direxit papæ, ut cunctis liqueat, quā sobriè, quā modeste, tentauit papam inducere ad votum iuramentūq; soluendum, ne per eum stare videretur, quo minus in ecclesia vnitas reformaretur. In epistola verò directā Cardinalibus inter cetera scripsit sic. Cupientes ostendere quantū zelum habuimus, & habemus, ut pax detur ecclesiæ de consensu statuum regni nostri, domino summo pontifici literas nostras transmisimus, iuxta seriem copiarū praesentibus interclusis effectualiter exequendas. Vestrū itaq; venerabilē cærum affectuose precamur, quatenus si contingat eundem Gregor. interessendo generali concilio apud Pisas & cedendo papatui, iuxta votum & iuramentū per ipsū vicibus iteratis emissum acquiescere votis vestris & nostris prout cupimus & tenemus ipsum facturū, pro statu suo taliter ordinare velitis, ut præcipue deus exinde placetur, & tam ipse Gregorius quā nos qui non immeritò suum honorē & commodum ex affectu diligimus, vobis & singulis vestrum meritò teneamur ad gratiarum vberes actiones.

Anno 1410 iuxta conditum conuenere Pisas domini Cardinales vtriusque Collegij viz. Gregorij & Benedicti, ut super reformatione vnionis tractarent tam effectualiter quā finaliter, occurrentibus ad eundem locum penè totius orbis latini praelatis & viris venerabilibus electis ad suffragandum Cardinalibus in hac causa, sic quod factus est ibidē numerus maximus mitratorū. Qui innuocata spiritus sancti gratia consenserunt in vnā personam, ac elegerunt vnum, qui caput esset totius ecclesiæ, duobus aliis abdicatis, vocarūtq; nomen eius Alexandrum 5. Jicet Gregorius & Benedictus, qui se de concilio prædicto sponte subtraxerant procaciter obgrunnirent.

Hic Alexander in primordio suæ creationis concessit omnibus verè confis & contritis, qui manus adiutrices apponerent ecclesiæ siue prioratui Sancti Bartholomæi Canonico de Smithfield Londonijs, scz. die cenæ domini, die pasceues, siue S. Sabbato Paschæ, ac etiam in festo Annunciationis beatæ virginis, a primis vespers vsq; ad secundas vespers, & quolibet istorū dierum plenam remissionem omnium peccatorum.

Creati sunt hoc anno D. Tho. Beufort in regni Cancellarium, & D. Henricus Scroope in thesaurarium.

Facto parlamento Londonijs sub diebus quadragesimæ, quidam laicus, arte faber, dum pertinaciter defendit hanc hæresim, quod videlicet non est corpus Christi, quod sacramentaliter tractatur in ecclesia, sed res quædā inanimata peior bufone vel aranea quæ sunt animalia animata, nec vellet opinionem istam deferre, traditus est iudicio seculari. Cumq; damnatus esset, & in Smithfield includendus dolio, dominus princeps, Henrici regis primogenitus qui tunc affuit, ad eum accessit, consuluit, monuit ut resipisceret. Sed neglexit perditus nebulo tanti principis monita, & elegit potius comburi quā sacramento viuifico deferre reuerentiam. Quapropter dolio includitur, affligitur a deuorante flamma, mugitq; miserabiliter inter incendia. Clamore cuius horribili dominus princeps motus, iussit ignis materiam ab eo subtrahi, ardorem longius amoueri. Consolatur penè mortuum, promittens nunc etiam se victurum & consequuturum veniam, ac singulis diebus vitæ suæ si resipisceret de fisco regio tres denarios percepturum. Sed miser refocillato spiritu, respuit tantæ dignationis oblationem, non dubiū quin maligno spiritu induratus. Quamobrem iussit dominus Princeps eum iterū recludi dolio, gratiā nullam consequuturum de reliquo. Unde contigit quod illic ad fauillas arsit ardelio miserabiliter mortuus in peccato suo.

In hoc parlamento milites parlamentales, vel ut dicamus veriùs, satellites pilatiles in maligno positi, nulli comoditati regni studentes, ad vnū solūmodo scelus vacant, ut ecclesiam dei per Angliā spoliarent, huiusmodi schedulā regi

Alexander 5.
electus.

Hæresim combu-
tus.

regi dantes. Excellentissimo domino nostro regi, & omnibus proceribus in
 presenti parlamento constitutis, omnes communes fideles demonstrant hu-
 militer, dicentes veraciter, quod dominus noster rex potest habere de bonis
 temporalibus per episcopos, abbates ac priores occupatis ac superbe vastatis
 in regno, quindecim comites, mille quingentos milites, sex mille ducetos ar-
 migeros, & centum xenodochia plura quam nunc sunt, bene & fideliter suste-
 tata de terris & tenementis nunc inutiliter vastatis. Sed cum niterentur osten-
 dere de quibus locis tam grandes summe leuari possent, unde premissi dota-
 rentur, siue ditarentur, defecerunt, scrutantes scrutinio, & dum diligunt vani-
 tatem, quasiuere mendacium. Serenissimus autem princeps, abhominatus tam-
 tam Lollardorum malitiam prohibuit ne de cetero presumere talia comen-
 tari. Cumque catus execrabilis Lollardorum militum videret se non posse pro-
 gredi in premeditata malitia petierunt cum instantia, ut clerici conuicti de ce-
 tero non traderentur ergastulis episcoporum, sed carceribus regijs & tempo-
 ralium dominorum, sed nec hoc quidem consecuti sunt. Petierunt etiam ut sta-
 tutum factum de Lollardis in quo cauetur, ut ubicunque forent deprehensi dog-
 matizare doctrinas erroneas, caperentur sine breui regio, & proximo regis
 carceri manciparentur, vel mutaretur, vel modificaretur. Et acceperunt respon-
 sum, se non habituros huius petitionis propositum, quin potius statutum su-
 per huiusmodi negotio aggrauandum. Rex vero in presenti parlamento pe-
 tijt ut quotannis dum viueret sine parlamento tenendo, decerneretur sibi de
 clero una decima, & de laicis una quintadecima, sed non obtinuit.

Protelatum est ergo parlamentum ab octauis S. Hillarij, ferè in medium men-
 sis Maij. Tandem de laicis concessa fuit illi una quinta decima non sine grandi
 murmure communitatis.

Hoc tempore dominus Thomas Beufort comes Surrey concessit in fata.

Circa nonum diem mensis Aprilis incensa est villa de S. Andomaro, cum ab-
 batia ubi reconditus fuit apparatus execrabilis per ducem Burgundiae, qui
 pactus fuerat villam Calesiam vel destruere, vel Gallorum arbitrio subiugare. Ibi
 30 machinarum haecenus nullibi conspectarum multitudo maxima, ibi vasorum
 venena continentium quae proijcienda praordinauerat in dictam villam mag-
 na nimis abundantia seruabatur. Collegerat siquidem serpentes, scorpiones,
 bufones, & alia venenorum genera, & incluserat in parnis cadis, ut dum com-
 putriuissent illic noxiorum carnes animantium, & in tabem resolutae fuissent,
 facta obsidione circa Calesiam, cados emisso e machinis in villam proijceret.
 Qui dum confracti fuissent iactus violentia fatore pestifero strangularent in-
 clusos, armatos contactu inficerent, & ubique vicos venena sparsa fadarent. In-
 terea iuuenis quidam ductus auri cupiditate, vel affectu villae regiae petijt a re-
 ctoribus quid mercedis mereretur, qui villam tanto metu vacuaret, & omnem
 40 apparatus quem formidabant incenderet. At illi summam fului metalli taxant,
 qua contentus, digreditur adolescens & immisso igne, non solum combustit di-
 ctam materiam, sed penè cum monasterio totam villam.

Alexander Papa 5. electus in concilio Pisis celebrato diem clausit extremum, cui
 successit Balthazar Bononiensis Archiep. consensu vtriusque partis Cardina-
 lium, qui vocatus est Ioh. vicesimus tertius.

Anno 1411. hostis humani generis inuidens clementis orbis Christiani, non
 solum graue scandalum sed & magnam dispendium intulit christianis. Siquidem
 rex de Crakon tactus affectu christianae professionis baptizatus est in nomine
 sanctae & indiuiduae trinitatis. Qua de causa, cuncti noti & amici sui qui reman-
 50 serant in perfidia Sarazénica, se elongauerunt ab eo, & conspirauerunt, ut vel
 ipsum peruerterent, aut certe bello delerent. Quorum ut coperit molitiones tan-
 quam Christicola a vicinis christianis contra hostes suae fidei subsidium expetiuit.
 Erant autem sibi contermini proceres & rectores de le Pruns, qui priusquam chris-
 tianus effectus esset, consuevere terras suas inuadere & exinde praedas opimas
 Martio iure referre. Sed iam ratione religionis cessare necesse fuit. Nihilominus
 Prusenses Heroes comperto quod affines sui persequerentur eum, ut

Aa. ij.

affli-

Lollardorum
 petitis.

Ducis Burgun-
 diae machina in
 Calesiam.

Alexandri 5.
 mortis.

Rex de Crakon
 christianus.

afflictum magis affligerent non verentes deum vindicem, bellum sibi crudeles indicunt, quamuis ipse ab eis suffragia contra Sarazenos primitus implorasset. Itaq; constitutus inter eundem & malleum, quò se verteret ignorabat. Sed tandem animatus vt creditur, & indutus virtute ex alto, quo maius imminabat periculum, se conuertit. Et licet hostes præstarent & numero & apparatu, inuocato rex Neophitus Christi nomine, comisit cum Prusiensibus & fecit stragem magnam, quo successu non solù sibi subegit hostes, sed & omnem regionem eorundem.

In hoc tamen pie consulens subiugatis vt permetteret eos suis auitis gaudere priuilegijs, & mercimonia prout soliti fuerant exercere.

pestis.

Hoc anno Burdegaliæ ex dissenteria penè 14000. hominù periere, tantumq; pestis inualuit in Aquitania & Wasconia quòd vindemiares & vuarù calcatores in patria defecerunt.

Ioh. Predergest miles & Guliel. Long pelagus præseruantes a piratis, mare pacatù reddidere. Sed non tollerauit hoc maleuolorum superciliù, quin viros accusaret de furtis, de rapinis, de deprædationibus rerum inconcessarù. Quapropter miles Westm. petiuit asylum. Non domù vel tigurium vbi caput reclinare posset obtinere potuit, metu regis id vetantis sed in vestibulo S. Petri, explicatis tentorijs sibi necesse fuerat repausare, adhibitis lateri suo custodibus propter timores nocturnos, qui sibi ab æmulis parabantur.

Remansit interim Guliel. collega suus in pelago, donec Admiralius qui pro tunc fuit naues armasset, & ad eum personaliter accessit, & impunitatem sibi fide interposita spondidisset. Qua conditione, relictis nauibus secutus est eum, sed tamen non obstantibus promissis pollicitationibus reclusus est in Turri Londoniarum.

*Caus. repulsum
visitare Oxoniã*

Dominus Cantuariensis dum nititur visitare vniuersitatem Oxoniarum, repulsam passus est.

Guerra mota est inter ducem Burgundiæ & ducem Aurelianensem filiù ducis Aurelianensis nuper occisi factione ducis Burgundiæ supradicti, suffragantibus duci Aurelianensi, regibus Nauarriæ, & Arragoniæ, ducibus Biturix, & Britannix, cum Wasconibus & Aquitanis, nec non comitibus de Huys, & de Armanack & multis alijs.

Dux Burgundiæ cui fauit Rex Franciæ & eius primogenitus dictus rector Franciæ cum multis alijs, videns partem contrariam robore fortem, populositatem numerosam, diffidens suis viribus, misit ambassiatores in Angliam petens per eos regis suffragia contra ducem Aurelianensem, offerens plurima, pluramq; promittens, inter quæ nuptias filiæ suæ promisit principi, simul cum maxima summa fului metalli.

Cui rex fertur tale dedisse responsum. Consulimus ne cum hoste vestro presumatis in hac causa congregari, qui iustè vos infestare videtur, pro nece per vos procurata parentis sui, sed quantù in vobis est animum iuuenis exasperati mitigare studeat, satisfactionem rationabilem iuxta consiliù partis vtriusq; promittens. Quod si nec sic a persecutione cessare decreuerit, secedite in partes tutiores vestri dominij & illic vires aggregate quæ sufficiant ad repellendù suam violentiam. Si verò post hæc bellum contra vos mouerit, ad congregiendù cum eo iustius mouebimini. Et in tali causa fauorem vobis, quem petitis exhibebimus.

Transmissi sunt ergo comes de Arundell, atque comes de Kyme D. de Cobham Ioh. Oldcastle & quidã alij cum armata manu, & architenentibus in numero copioso. Qui cum summa gratulatione recepti sunt per ducem Burgundiæ, sufficienterq; conducti. Sed cum moram Parisius diuturnam protraxissent & iam macellarij carius solito carnes venderent, statuerunt nostrates egredi, & si fortuna faueret ab hoste quærere victum sibi.

Iacuit tunc non procul Aurelianensis in loco quodam forti cum priuata familia prope villã de Seynclo, in qua magna pars exercitus sui constituta fuit, quasi media via inter vtrosq;. Profecti sunt ergo Anglici pabulum proq; sua neces-

necessitate prouidendum. Dumq; villā de Seynclo proponunt inuadere, comperiunt pontem fractū ab hoste. Cui tabulas licet strictas, longas tamen, hostes superstrauerant, vt egredientes ab ingressu villæ nostros arcerent, & si necesse foret iuxta qualitatem negotij reuerti possent. Pugnatum est igitur, & Franci fugati, qui dum meticolose fugiunt, per arctitudinem tabularū cadentes in flumen demerguntur. Occisi feruntur ibidē mille trecenti, cæteris qui in villa fuerunt ad ducem fugientibus, casumq; referentibus cum ploratu. Qui confestim fugiens e diuersa parte salutis suæ consuluit. Nostri proindē villā de Seynclo deprædantur, captiuos multos secum trahunt, Parisius reuertuntur.

Seinclo capitur.

- 10 Regales & nobiles cum vidissent manum magnā quam exercuerat dominus super hostes per manū nostratum, deum pro successu nouo laudauere, nostrisq; gratias retulere. Sed quia captiuos secum traxerant, qui rei læsæ maiestatis extiterant, eisdem captiuos Galli mox iudicialiter punire temptabant. Contradicunt nostrates, eò quod pacta redemptione saluassent eos iuxta leges armorū, & timebant perdere summas pactas. Quapropter bile repleti dum nituntur saluare quos tueri ceperant, de Parisiensibus plures morte plectūt. Sed tandem recepta pecunia pacta pro redemptione captiuorū de fisco regis & ciuib; permisere Francos gaudere suorū proditoribus. Quorum quidam decapitantur, quidā tormentis varijs iuxta morem patrię mori coguntur. Parliamentum celebratur Londonijs in crastino animarum.

- 20 An. 1412. dux Aurelianensis qui se putabat in superabilē, accepta plaga per Anglos inflata, mox disperquisiuit mediā, per quā regem Angliæ, imo & proceres & cōmune vulgus in affectum sui posset allicere. Initoq; consilio super isto negotio, scripsit procuratoriū sub hijs verbis. Iohan. regis Francorum filius dux Bituriæ & Aluerniæ, Comes Pictauæ Boloniæ & Aluerniæ, &c. Carolus dux Aurelianensis & Valesij, Comes Blesensis & belli montis, & dominus Conciati. Ioh. dux Burboun, comes clari montis & forestarū, & dominus belli ioci. Et Iohannes Alenkonæ, id est, de Armanacke, & de Pertica, & dominus Filgeriarum.

- 30 Notum facimus vniuersis, quod nostrum quilibet de probitate & fidelitate, circumspēctione & prudentia Falconeti &c. ad plenum confisi, ipsos & eorum quēlibet præsentium tenore nostros procuratores fecimus certos, indubitatos, & irreuocabiles, ac nuncios & legatos speciales ad tractandū, & concordandū, & concludendū cum serenissimo principe D. Henrico dei gratia rege Angliæ, & illustrissimis eius natis &c. super restitutione & traditione reali ducatus Acquitaniæ cum suis iuribus & pertinentijs vniuersis, quæ ad serenissimū dominū regē Angliæ hereditario iure vt asseritur pertinent, per nos eidē fienda, &c. Postquam legati suum procuratoriū exhibuissent, obtulerunt quę in subscriptis articulis denotantur.

*Procuratorium
ducis Aurelian.*

- 40 Primò, obtulerunt sua corpora exponenda pro seruitio domini regis Anglię in omnibus suis causis & actionibus, salua semper eorū fidelitate. Scientes quod aliter requirere nollet.

Articuli eorum.

Secundò, obtulerunt filios suos, filias, neptes, nepotes, & vniuersaliter omnes consanguineos suos pro coniugijs faciendis, ad complendum iuxta dispositionem regis Angliæ.

Tertiò, obtulerunt castra, villas, thesauros, & alia bona in obsequium præfati domini regis.

Quartò, obtulerunt amicos ferè omnes nobiles Franciæ clericos famosos, ciues honestos, qui eis assistunt, vt de facto patebit.

- 50 Quintò, obtulerunt ducatum Acquitaniæ integræ, eodem modo, quo eius prædecessores obtinuerunt, nihil excipiendo de pertinentibus ad præfatum ducatum.

Ita quod parati sunt recognoscere terras quas tenent a præfato domino rege, & tradere in manu sua quas possunt & residuas pro viribus conquestant. Ipsi verò petunt reciproce, quod dominus rex Angliæ & successores eius, eisdē dominis assistant, vsque ad iustitię complementum contra ducem Burgundię,

scz. de crimine commisso in personam ducis Aurelianensis.

Secundò, petunt quòd dominus Rex Angliæ eis assistat contra ducem Burgundiæ & suos fautores, vsque ad reparationem omnium bonorum quæ habuerunt illius & suorum occasione causæ.

Tertiò petunt quòd assistat contra ducem Burgundiæ pro restitutione damnorum, & reparatione offensarum amicorum, vassallorum & subditorum suorum.

Quartò petunt quòd eis assistat pro pace regnorum quantum poterit, &c.

Hoc anno libra piperis 4. solidis vendebatur.

Circa festum Assumptionis beatæ Mariæ cum rex decreto sui consilij statuisset opem parare partibus ducis Aurelianensis, misit filium natum secundum D. Tho. ducem Clarentiæ: necnon. Edw. ducem Eboraci, dominumq; Tho. comitem Dorcetani, plurimosq; valentes cum valida manu, vt duci præfato ferrent auxilium contra ducem Burgundiæ, nondum reuersis in Angliam cunctis qui iam dudum cum comite Arundeliæ transfretauerant, ad roborandum partes Burgundionis. Vnde succreuit multis admiratio, qualiter tam repentina facta sit mutatio, vt sub temporis tantilli spatio contingeret Anglos, velut duo contraria consonare. Profecti sunt tamen prenotati proceres, & in Neustria applicuerunt. Vbi cum dux Aurelianensis iuxta conditum, tempore statuto non occurrisset incenderunt villas suas, prædati sunt vicos, & municipia multa cepere. Tandem licet serò conuenerunt ad colloquium duces Clarentis & Aurelianensis. Habitussq; est contractus inter eos, vt nostrates desisterent ab hostili equitatione, & a prædationibus temperarent. Quo concesso, recesserunt duces nostri in Aquitaniam illic hyematuri. Aurelianensis ad propria se conuertit.

Medio tempore dominus de Heyle Mareschallus Franciæ, cum multis magnatibus, hominibusq; de armis ad numerum 4000. pugnatorum, obsedit quoddam municipium in Aquitania, quod erat in custodia D. Joh. de Nouut militis. Qui cum trescentis auxiliarijs fugauit & fudit totum exercitum Gallicorum, captis de nominatis viris 12. & alijs generosis ad numerum 120.

Anno dom. 1413. Rex Henricus tenuit natale apud Eltham, valitudine graui pressus, sic quòd quandoq; mortuus videbatur. Resumpsit tamen vires, deo volente & dies natalitios iocunditate qua potuit celebrauit.

Post natale conuocauit regni proceres ad parliamentum tenendum Londonijs in crastino purificationis beatæ Mariæ. Sed tamen finem parliamenti non expectauit fato præuentus, die 20. mensis Martij, cum gloriose regnasset annis tredecim & dimidio, præter quinque dies. Sepultussq; est, in ecclesia Christi Cantuariæ.

Eodè anno coronatus est Londonijs Henr. primogenitus regis Henr. nuper defuncti, 5. Idus Aprilis dominica in passione domini. Quo die fuit tempestas niuis maxima, cunctis admirantibus, de temporis asperitate, quibusdā nouelli regis fati impingentibus aeris turbulentiam, velut ipse futurus esset in agendis frigidus, in regimine regnoq; seuerus. Alijs mitius de persona regis sapientibus & hanc aeris intemperiem interpretantibus, omen optimum, quòd ipse, viz. niues & frigora vitiorum faceret in regno cadere, & serenos virtutum fructus emergere, vt posset effectualiter a suis dici subditis. Iam enim hyems transijt, ymber abiit & recessit. Qui reuera mox vt initiatus est regnum insulis, repente mutatus est in virum alterum, honestati, modestiæ, ac grauitati studens, nullum virtutum genus omittens quod non cuperet exercere.

Cuius mores & gestus omni conditioni tam religiosorum quam Laicorum in exempla fuere.

Post festum Paschæ, tenuit rex parliamentum solemne Londonijs, in quo subsidium petijt & accepit.

Circa præsens tempus redijt D. Tho. dux Clarentiæ frater regis de partibus Aquitanie quem directum diximus in auxilium ducis Aurelianensis contra ducem Burgundiæ.

Sub hijs diebus, magna pars ciuitatis Norwicensis repentinis ignibus consummatur.

In festo S. Trinitatis celebratz sunt solennes exequiz regis Henrici & con-
questi 4. Cantuarię, pꝛesente rege Henrico filio suo & hærede.

Eo tempore decretum fuit per cleri consilium Londini apud sanctum Pau-
lum celebratum, ad instantiã maximẽ regis nunc, vt festiuitas S. Georgij Mar-
tyris vt duplex festum de cætero celebretur. Quod etiam de festo S. Dunstani,
D. Cantuar. censuit faciendum.

Alexander episc. Norwicensis, qui de veterano priore loci pꝛedicti, pontifex
factus fuerat, curis seculi valefecit. Cui successit per electionem Magister Rich.
de Cortiniaco, dignus qui genere, moribus & scientia, conquadret hunc
10 gradum.

Eo tempore Lollardi qui doctrinam Euangelicam & Apostolicã, atque pro-
pheticam deprauabant, fixerunt schedulas in valuis ecclesiarũ Londonijs, quę
continebant 10000. paratos, ad insurgendũ contra cunctos qui non saperent
sectã suam. Innitebantur nempe viribus & ingenio cuiusdam militis qui dice-
batur Ioh. Oldcastle, qui ob reuerentiam nuptiarũ quas contraxerat cum affi-
ne nobilis viri D. de Cobham, cognomen dicti dominij est fortitus. Sed tamen
propter hæreticam prauitatem valde suspectus.

*Schedula Lon-
dini affixa.*

Eo tempore facta Londonijs cleri conuocatione per D. Cantuar. maximẽ
causa pꝛedicti Iohannis, repertũ fuit quod idem Ioh. fuit & est principalis re-
ceptator & fautor, protectõr & defensor Lollardorũ, & quod pꝛesertim in dice-
cesibus Londoniensi, Rossensi & Herefordensi, ipsos Lollardos ab ordinarijs siue
20 diocesanis locorũ minimẽ licenciatos contra constitutionẽ prouincialem in-
de factam, ad pꝛedicandũ transmisit, eorumq; pꝛedicationibus nefarijs inter-
fuit, & contradicẽdores si quos repererat, minis & terroribus ac brachij secula-
ris potestate compescuit, asserens inter cætera, quod Cantuarię Archiep. & e-
ius suffraganei non habuerunt nec habent potestatem aliquam huiusmodi con-
stitutionem faciendi, aliterq; sentijt, & sentit ac dogmatizat & docet de sacra-
mentis altaris & pœnitentię, peregrinationibus & adorationibus imaginũ ac
clauibus quã Romana ecclesia docet & affirmat.

*Querela in
Ioh. Oldcastle.*

Quare ex parte totius cleri D. Cantuar. fuerat requisitus, vt de & super pꝛe-
missis contra eundem Ioh. procedere dignaretur. Qui tamen ob reuerentiam
domini regis cuius ad tunc idem Ioh. familiaris extiterat, & ob honorem or-
dinis militaris vnã cũ omnibus suffraganeis tunc pꝛesentibus, & magna parte
cleri, accessit ad pꝛesentiam domini regis tunc in pꝛedio suo de Kenyngton
existentis, declaraturus ei defectus eiusdẽ. Ad instantiam tamen domini regis
cupientis eum sine dedecore reuocare, suspensum fuit negotiũ magno tempore.
Sed cum dominus rex circa reductionem eius longũ tempus triuisset inani-
ter, significauit domino Cantuar. se circa eum inutiliter laborasse. Dominus
igitur Cantuar. dictũ Ioh. de & super pꝛemissis personaliter responsurum co-
30 ram eo ad certũ terminum decreuit euocandum, ac nuntium suũ cum literis
citorijs ad dictũ Ioh. transmisit tunc in castro suo de Couling degentem,
mandans dicto nuntio, vt dictũ castrum dicti Ioh. nullo modo ingrederetur
nisi licenciatus. Sed per mediationem cuiusdã Ioh. Buttiler hostiarij camerę
domini nostri regis, ipsum dominũ Ioh. requireret quatenus aut daret dicto
nuntio licentiam ingrediendi vt citaret eundẽ, seu saltem extra castrum suũ
pꝛedictũ, faceret sui copiam, vt sic citatione posset apprehendi. Qui tamẽ Ioh.
Oldecastle, dicto Ioh. Buttiler ex parte domini regis sibi pꝛemissa exponenti,
publicẽ respõdit quod nullo modo citari voluit, nec citationem ipsius aliqua-
liter tollerare.

*Ioh. Oldcastle
citatur.*

Hij auditis dominus Cantuar. decreuit eum citandũ per edictum in valuis
Rossensis ecclesię sibi vicinẽ publicẽ affigendũ, vt compareret coram eo 11.
die mensis Septembris, super pꝛemissis & alijs hæreticã prauitatem concernẽ-
tibus personaliter responsurus. Quo die adueniente D. Cantuar. in Capella
maiori infra castrũ de Ledis, quod tunc inhabitabat, sedens pro tribunali, au-
dita & recepta relatione, quod idem Ioh. se in castellaui & fortificauit in castro
suo pꝛedicto, ac opiniones suas defendit, clauẽ ecclesię & potestatem archie-
40 pisco-

piscopalem multipliciter continendo, fecit eum citari publicè ac præconizari. Qui cum diu expectatus nullo modo compareret, prout erat meritò, còtumacem excòmunicaui in scriptis. Et quia dictus Ioh. in defensionè erroris sui còtra clauēs ecclesiæ se incastellauit & fortificauit, D. Cantuar. decreuit iteratò citare dictum Ioh. si posset apprehendi, vel aliàs per edictum sicut prius, vt compareret corā eo die Sabbati proximo post festū S. Matthæi apostoli & Euangelistæ proximo futuro, causam rationabilem si quam habeat, quare contra eundem ad grauiora procedi non debeat, tanquam publicum hæreticum, schismaticū & hostem, & aduersariū vniuersalis ecclesiæ, quare etiam pronunciari non dēbeat, ac auxiliū brachij secularis contra eum solemniter inuocari 10
personaliter responsurus, facturus & recepturus, circa omniā & singula præmissa quod iustitia suadebit. Adueniente termino præfixo, D. Cantuar. sedente pro tribunali in capello S. Pauli Londonijs, assidentibus sibi D. Richardo London. & Henr. Winton. episcopis, D. Rob. Murley miles Custos Turris Londoniarum secū præfatum D. Ioh. adduxit (nam parum ante per regios ministros comprehensus fuerat & in Turri clausus.) Cui D. Cantuar. recitauit processū memoratum, quomodo viz. in conuocatione cleri detectus & delatus extiterat, quomodoq; citatus & propter suam contumaciā excommunicatus. Vndè D. Cantuar. gratiosè obtulit & paratum fore promisit ad absoluendū eundem. Sed ille absolutionem D. Cantuar. pētere noluit. Sed diuertens ad alia, dixit 20
quòd libenter recitaret coram D. Cantuar. fidem quā tenet. Extraxitq; de sinu suo quandam schedulam indentatam, quā tradidit D. Cantuar. postquā legisset. Qua schedula perlecta D. Cantuar. dixit. Ecce domine Ioh. in hac schedula vèstra plura bona continentur, ac satis catholica. Sed habetis terminum istum ad respondendū super alijs, errores & hæreses sapientibus, quibus per contenta in hac schedula non est plenè responsum. Et propterea vos oportet ad eadem respondere qualiter sentitis, & fidem vestrā plenius declarare. Viz. an teneatis, credatis & affirmetis, quòd in sacramento altaris post consecrationem ritè factam remaneat panis materialis vel nō? Item an teneatis, credatis & affirmetis, quòd in sacramento penitentiae necessarium fuerit, quòd habens 30
copiā sacerdotis confiteatur de peccatis suis præbytero per ecclesiā ordinato. Qui respondit expressè, se nolle aliter prædicta declarare, quā in dicta schedula continetur. Cui compatiens D. Cantuar. dixit. Caueatis D. Ioh. quia si ad hæc vobis obiecta, clarè non respōdeatis in termino legitimo vobis iam dato, poterimus vos denūciare & declarare hæreticum. Sed dictus Ioh. aliter respōdere contempsit. Tunc D. Cantuar. declarauit ei, quid sancta Romana ecclesia sequens dicta bonorū Augustini, Hieronimi & Ambrosij & aliorū sanctorū determinauit, quas determinationes oportet quoscūq; catholicos obseruare. Ad quæ dictus Ioh. respondit, quòd voluit credere & obseruare, quicquid ecclesia sancta determinauit, ac quicquid voluit se credere & obseruare. Sed quòd dominus papa & cardinales, Archiepiscopi episcopi, ceteriq; prælati ecclesiæ haberent potestatem talia determinādi, noluit ad tūc aliquāliter affirmare. Vndè D. Cantuar. sibi cōpatiens, sub spe melioris deliberationis, datis sibi in Anglicis certis articulis, rogauit, vt in die Lunę proximo sequente plenè & clarè suum daret responsum super eisdem. Quo die Lunę, viz. 25. die mensis Septēbris, coram D. Cantuar. & antedictis episcopis, adiuncto illis Bangorensi episcopo domino Benedicto, comparuit D. Rob. Murley Custos Turris London. ac præfatum D. Ioh. secum duxit, ac coram D. Cantuar. & toto clero pro tunc congregato, statuit. Cui Archiep. affabiliter & suauiter recitauit acta prioris diei, & quomodo excòmunicatus fuerat & est, ac rogauit & requisit eundem 40
vt peteret ac admitteret in forma debita ecclesiæ absolutionē. Quod se dictus Ioh. facturum negauit, sed a solo deo absolutionem petiturum. Consequenter D. Cantuar. suauiter & modesto modo rogauit, & requisit eundem quatenus de & super contentis in dicta schedula determinationem ecclesiæ eidem transmissam de sibi oppositis clarum daret responsum. Et primū super sacramentū Eucharistię, ad quem articulum inter cetera respōdit, quòd sicut Christus hīc
in

Examinatio
Ioh. Oldcastle.

in terra degens habuit in se diuinitatem & humanitatem; diuinitatem tamen
velatam & inuisibilem sub humanitate quæ in eo aperta & visibilis fuerat: sic
in sacramento Altaris est verum corpus, & verus panis, videlicet, quem vide-
mus, & corpus Christi sub eadem velatum, quod non videmus. Ad fidem circa
sacramentum huiusmodi in scheda prædicta per dominum Cantuar. trans-
missa sibi, perq; sanctam Romanam ecclesiam, & doctores sanctos determinata
tam expresse negauit, dicens quod determinatio ecclesie facta est contra sa-
eram scripturam, & postquam ecclesia dorata est, & venientia infusa in eccle-
sia, & non antea. Quod etiam ad sacramentum penitentiae, & confessionis di-
xit & asseruit, quod si quis esset in aliquo graui peccato constitutus, a quo ip-
se surgere nesciret, expediret, & bonum esset libi adire aliquem sanctum & dis-
cretum sacerdotem pro consilio ab eo habendo: sed quod confiteatur peccatum
suum proprio curato, seu aliter præbytero, etsi haberet copiam eiusdem,
non est necessarium ad salutem, quia sola contritio peccatum huiusmodi de-
lere possit, & ipse peccator purgari.

Circa adorationem Sanctæ Crucis, dixit & asseruit, quod solum corpus
Christi, quod pendebat in cruce, debuit adorari, quia illud corpus solum fuit
& est adorandum. Et interrogatus quem honorem faceret imagini ipsius cru-
cis, respondit verbis expressis quod illum honorem solum faceret sibi, quod
bene mundaret eam, & poneret in bona custodia. Quod autem ad potestatem
clauium, dominum nostrum Papam & Archiepiscopos & alios prælatos dixit,
quod dominus noster Papa est verus Antichristus, hoc est caput eiusdem, Ar-
chiepiscopi & Episcopi, nec non alij prælati sunt membra & fratres caudæ e-
iusdem. Quibus, Papæ, Archiepiscopis & Prælati, non est obediendum nisi
quatenus fuerint imitatores Christi, & Petri in vita, moribus & conuersatio-
ne. Et quod ipse est successor, qui est vita melior, moribus purior, & nullus ali-
us. Vt etiam dixit idem Iohannes alta voce, manibus expansis, alloquendo
circumstantes. Illi qui iudicant, & volunt damnare me, seducunt vos omnes
& seipsos, & vos ducent ad infernum, & ideo caueatis ab eis. Quibus omni-
bus per eum sic dictis, dominus Cantuar. iterum ac sapientius flebili vultu dictum
dominum Iohannem alloquebatur verbis quibus prout, exhortando ut ad v-
nitatem rediret ecclesie, crederet & teneret, quod ecclesia Romana credit &
tenet. Qui respondit expresse, se aliter non credere, quam superius expressit.
Videns igitur dominus Cantuariensis se in nullo posse proficere, cum magna
cordis amaritudine processit ad prolationem sententiæ diffinitivæ in hunc
modum.

In dei nomine Amen. Nos Tho. permissione diuina &c. in quadam causa siue
negotio hereticæ prauitatis, de & super diuersis articulis, super quibus domi-
nus Iohannes Oldcastle miles, dominus de Cobham, coram nobis in vltima
40 Conuocatione cleri nostre Cantuariensis prouinciæ in ecclesia S. Pauli celebra-
ta, post inquisitionem diligentem ibidem inde captam, reperimus eum Iohan-
fore & esse hereticum, hereticis credentem, ac in fide & obseruantijs sacrosan-
ctæ Romanæ & vniuersalis ecclesiæ errantem, & præsertim circa sacramenta
Eucharistiæ & penitentiae. Ad quod tanquam iniquitatis & tenebrarum filius
in tantum obdurauit cor suum, ut non intelligat vocem pastoris sui, nec vel
monitionibus allici, nec reduci blanditijs. Videlicet, pensatis ipsius delictis &
culpæ per ipsius damnabilem pertinaciam aggravatis. Nolentes quod is qui
nequam est, fiat nequior, & alios inficiat sua labe, de consilio & assensu magnæ
discretionis & sapientium virorum, venerabilium nobis assistentium, præfati
50 D. Ioh. Oldcastle militem, D. de Cobham, &c. & super huiusmodi detestabili
reatu conuictum, & ad ecclesiæ unitatem, penitentialiter redire nolentem, here-
ticum, ac in hijs quæ tenet, docet, determinat & prædicat sacrosanctam Romanam
& vniuersalem ecclesiam, & præsertim in articulis subscriptis errantem, iudicamus,
declaramus & condemnamus sententialiter & definitiue in hijs scriptis, relin-
quentes eundem ex nunc, tanquam hereticum iudicio seculari. Ipsumq; nihilo-
minus hereticum omnesq; alios & singulos, qui eundem de cætero in sui fauore

Sententia in
D. Oldcastle.

erroris receptauerunt, defensauerunt, seu sibi consiliū, fauorem vel auxilium in hac parte præbuerint tanquā fautores, receptatores & defensores hæreticorū excommunicamus & excommunicatos denunciamus in hijs scriptis.

Hijs ita peractis, dominus Cantuar. regem certificauit super præmissis viuz vocis oraculo, postulans vt dominus rex dignaretur dicto Iohanni damnato iuridicè, gratiōse concedere 40. dies ad inducias.

Nam tam Rex quàm Pontifex, non eius interitum, sed vitam cupiebant affectualiter, & pro salute sua laborare non segniter. Vndè factum est vt ad Turrim reduceretur. Vbi sub induciarum spatio sibi concessarum posset resipiscere, & gratiam tam ecclesiasticam quàm regiam promereri. Sed ista specialis indulgentia facta fuit sibi malignandi copia, dum citra præfixum terminum elapsus e custodia, congregauit iniquitatem sibi, nil aliud cogitans quàm de vindicta. Reuera destinatis literis ad sequaces suos tam milites quàm armigeros qui non pauci fuere, hortabatur vt & ipsi scriberent ad amicos suos, vt & ipsi se ad vindictam mutuò concitarent. Igitur per omne tempus illud quòd fluxit ab euasione eius, vsque ad circumcisionem domini vel Epiphaniam, discurrebant vndiq; Lollardorum nuntij, qui rurales & quoscunque poterant promissis amplis stipendijs allectarent, quatenus in certum diem eis denunciandum parati forent ad standum viriliter & actus martios peragendum. Multis ignaris quærentibus causam pro qua vel in qua certare deberent, responsum fuit non esse curandum dummodo stipendia larga reciperent, & pro rebus bene gestis affluenter remunerandos proculdubio se sperarent. Sed de hijs omnibus in ordine præsentis historiz, post hæc plenius referemus.

Hoc anno plures Angli peste percussi vel epidemia, viuere desiere.

Item hoc anno leuatum fuit corpus quondam Richardi regis Angliz, quod humatum fuerat intra ecclesiam fratrum prædicatorum de Langley, & deportatum Londonias, ac apud Westmonasterium, regaliter tumulatum, non sine maximis expensis regis nunc, qui fatebatur se sibi tantum venerationis debere, quantum patri suo carnali.

Anno 1414. Rex tenuit natale solemniter apud Eltham. Vbi Lollardi facta coniuratione, regem inopinatè cum fratribus suis & amicis cepisse vel occidisse statuerant. Sed deus omnipotens noluit innocentem nocentum perire manibus, neque periclitari: sed immisit timorem suum in corda quorundam conspiratorum, qui regem monuere vitare periculum, & iam struclas insidias declinare. Vndè factum est, vt sine strepitu Rex modestè se transferret ad palatium suum prope Westmonasterium, vbi & locus tutior, & frequentia populi maior fuit. Lollardi verò cum iam completa esset eorum malitia, parabant quæ mente conceperant, gestientes experiri fortunam quam suis votis fore propitiam putauere. Veneruntq; sub ipso noctis conticinio in campum qui dicebatur sancti Egidij prope Londonias, vbi ferebatur eorum campiductor, Iohannes Oldecastle, dominus de Cobham suos satellites operiri. Videres per semitas, perq; vicos, per compita concurrentium turbas penè de cunctis regni comitatibus sollicitatas magnis promissis confluere ad diem & horam iam instantem. Qui requisiti quamobrè, sic festinabant & velut anhelī currebant, responderunt se properare ad D. de Cobham qui eos conductos suis stipendijs acciuisset. Rex verò non ignarus omnium præmissorum sub eiusdem noctis articulo, iussit suos in armis esse paratos, tunc primum suis intimans quid facere decreuisset. Fuerunt tunc plures cum rege qui laudauerunt in diem clarum protelandum negotium, quo decernere possent, qui cum rege vel contra dominum starent. Alij verò consuluere regem debere præstolari donec ad eum multitudo conuenisset exercitus, ne cum paucis hostes aggrediens, peiorè (quod absit) reportaret calculum. Sed neutris acquieuit Rex eò maximè, quòd audisset Lollardorum fore propositum si præuallissent, primitus destruendi monasteria de Westmonasterio, de sancto Albano, de sancto Paulo, & cunctorum fratrum Londonijs constituta.

Quam.

Oldcastle fuga
elabitur.

Lollardorum
insurrectio.

- Quamobrem Rex tantis malis se obijciens, ingessit periculo, contra vota suorum in campum progrediens paulisper tranfacta nocte media, ubi & constitit præstolaturus quid ventura pariat dies proxima. Vbi contigit, ut multi de remotis partibus ad castra hostilia, prius intrarent per errorem castra regia, ubi requisiti quem quærent, responderunt dominum suum de Cobham. Quapropter contra spem capti sunt & carcæribus mancipati. Peruenit rumor ille ad duces partis aduersæ, scilicet, quod rex cum valida manu occupasset arua contermina, & de suis plurimos captiuasset. Consternatiq; sunt peramplius, quod neminem viderunt de Londonijs aduentare. Vnde putabant millia ruitura in auxilium eorundem. Præceperat autem Rex ut ciuitatis portæ clauderentur, & per armatos seruantur arctius, ut nullis pateret egressus nisi hijs quos scirent ad signa regia properare. Et reuera nisi rex vsus fuisset hæc calliditate nocte illa, prout fertur exiissent de seruis & apprenticijs simul cū quibusdam de ciuib; eorundem magistris ad quinquaginta millia contra regem. Qui verò de Lollardis adunati fuere, ut audiuerent regem iam in eodem campo suas acies statuisse, non habentes ultra spiritum, fugæ præsidia petiere. *Engarebellium*
- Quos regales insequentes, quosdam cepere, quosdam peremere. Quo verò diuerterit dux eorum, minimè scire potuit. Licet dominus Rex spopondisset publica voce præconis cuicunque prodenti eum de suo marsupio mille marcas & ciuitatibus siue pagis qui illum detegerent, maximas libertates. Vnde potest conijci penè totam patriam eius dementiam amplexatam fuisse, cum nullus inueniretur qui respectu tanti lucris, eum voluerit publicare. Capti sunt tamen de suis Asseclis plurimi qui dicebantur conspirasse generaliter in destructionem regis, & procerum, prælatorum, religiosorum, possessionatorum, fratrum mendicantium atque ciuium, qui super his conuicti, non solum tractioni & furcarum suspensioni sunt addicti, sed post infœlicia fata cremati. Inter quos quidam de Dunstaplia, negotio braciator, diues admodum, dictus Gulielmus Murlee, qui arctius secutus opiniones Iohannis Oldcastle, orthodoxorum plurimos supra cunctos sectæ suæ perfidæ molestauerat. Hic cum in campo fuisset, & regis præsentiam cognouisset, meticolose ciuitatem repetijt, latebrasq; quæsiuit. Præordinauerat utique prout fertur eo die suscepisse de manu Iohannis Oldcastle ordinem militarem. Cuius rei argumenta fuere dextrarij duo sese quærentes auro phalerati, & deaurata calcaria, quæ sinu suo recõdiderat, exindè detracta quando captus fuerat. Quod & euenit paruo peracto spatio, post fugam suam. Tractus igitur, suspensus & combustus, finem quem meruit est sortitus. Repertus est autem rotulis præcentoris sancti Albani, continens cuncta monachorum nomina dicti loci in manica sua, quem vel ipse, vel sui furtim sustulerant, quos ut fertur eliminasse proposuerat, & eorum locum velut dominus & Comes Herefordensis pagi dono ducis sui Iohannis Oldcastle obtinuisse. Fuerunt & plures alij, tam sacerdotes quàm laici qui capti, conuicti sunt & damnati, exituq; functi consimili, quorum plurimi, nec quidem pœnitere curabant. De hijs prophetatū fuit apud Anglos per longa tempora antequam ista contingerent, sub hijs verbis.

Inter petrosū fontem, montemquē nodosum.

Corruet Anglorum gens perfida fraude suorum.

- Constat veraciter inter hæc duo loca gentem perfidam contra regem venisse, fraudeq; suorum illic corruisse, quia quidem de suis regi nunciauerant eorum conspirationes.

- Hoc anno cecidit eminentissima turris ecclesiæ Anglicanæ & pugil inuictus D. Tho. de Arundelia, morti soluens debita decimo Calendas Martij. Cui successit Henricus Chicheley. *Tho. Arundel mort.*

Confessor Regis Magister Stephanus de Patrington, frater de ordine Carmelitarum vir eruditus in triuio & quadriuiro, factus est Episcopus Menevensis.

Bb.ij.

Rex

Rex compatiens Henrico Percy adolescentulo qui per aum suum Henr. Percy comitem Northumbriæ, ductus fuit in Scotiam, post mortem patris sui perempti in bello apud Salopiam cum adhuc esset paruulus, iussit suis necessarijs vt pro eius euocatione sollicitarentur, cum non solum honorare statuens eius reuocatione, sed vt sublimaret Comitis Northumbrorum nomine & dignitate.

Parliamt

Eo anno ad parliamentum tentum Leycestriz, venere nuncij regis Franciæ ducisq; Burgundiæ, licet non pari voto. Nam Dux Burgundiæ contra ducem Aurelianensem fortificari petijt, promittens vt fertur plura quã parare potuit.

Missi sunt igitur per regem Angliæ solemnes nuncij ad vtrumq;. Inter quos duo pontifices scz. Dunelmensis & Norwicensis legationis Principes extitere. Frequenter enim & hij in Franciam, & Francorum legati directi sunt in Angliam, sumptusq; maximi consumpti sunt vtrobiq;, spe pacis omnino sopita.

10

*Henr. 3 fundat
monasteria 3.*

Hoc anno cepit rex Henricus fundare tria monasteria religiosorum iuxta prædium suum, quod Schene vulgariter appellatur, vnũ de ordine monachorum Chartusienfium. Aliud monachorum qui Celestini vocarentur, qui profitentes regulam S. Benedicti, quam seruare se dicunt ad literam, & vltius se astringunt ad reclusionem perpetuam.

*Brigittinorum
ordo.*

Tertium Brigittinorum qui S. Augustini profitentur regulam, quæ cum alijs adiectis cerimonijs vocatur ab eis regula saluatoris. Hi s non licet habere proprium, non quidẽ obolum, nec pecuniam tangere quouismodo.

30

In hoc Monasterio iuxta regulã, debent esse sorores 60. sacerdotes 13. Diaconi 4. octo fratres laici. Quibus omnibus computatis tantus erat numerus personarum quantus erat 13. apostolorum, & 72. discipulorũ Christi. Hij non lineis, sed laneis semper vtentur. Qui duo conuentus habebunt vnã ecclesiã in communi.

*Ordines reli-
giosorum de
Schene.*

Moniales habebunt sub tecto fratres inferius ad terram. Et sunt vtriq; conuentus separatim inclusi. Quibus post professionem non licebit egredi nisi de domini Papæ licentia speciali. Isti duo conuentus debent habere ex regula sufficientẽ dotationẽ, ad sustentationẽ personarũ & seruientũ, ac supportationẽ onerũ tanti Monasterij ita quod absq; indigentia & mendicitate, tam in anno sterili quã fertili possint sufficiẽter quieteq; subsistere. Postea verò si totus mũdus possessiones & prædia eis offerret, quicquã omnino recipere non liceret. Ante festũ omnium sanctorũ annuatim cõputari debent, & præciri victualia & necessaria anni subsequẽtis. Et quæcunq; tunc remanet de victualibus seu pecunia anni tunc instantis, in crastino omniũ sanctorũ debeat pauperibus erogari. Si verò aliquando victualia sequẽtis anni videntur non sufficere, tunc de pecunia aut victualibus imminẽtis anni addatur sequẽti anno quantũ necesse est, & non plus, si abbatisa & generalis eiusdem loci periculum animæ suæ voluerint euitare. Et ex post quicquid remanserit, egenis dari debet. Abbatisa cum consensu sororum & fratrum, eligere debent vnũ de 13. sacerdotibus in confessorem generalem monasterij, cui omnes fratres obedire debent, & contra præceptum eius nihil omnino facere. Nullus secularium virorum seu religiosorũ ingreditur claustra monasterij monialiũ. Hos ritus & plures obseruant huius nouellæ religionis professores, quos ad præsens omittimus ad alia festinantes.

30

40

Am bassiatores nostri Dunelmensis & Norwici episc. iam secundo de Francia redeuntes, Gallicos dolis hætenus inseruisse declarant. Quamobrem Rex irritatus, cachinnos eorum temperare decreuit, & in derisores animaduertere belli iure, & quantæ sit dementia suscitasse canem dormientẽ factis ostendere.

50

Parliamt

*Consiliũ Cant.
Archiep.*

Circa festum Michaelis iussit rex venire London. ad consiliũ cunctos regi prælatos & procures consultaturus de negotijs arduis tangentibus regnum suum. Quo quidem tempore Cantuar. celebrauit ibidem grande consiliũ. In quo tractatum est de priuilegijs exemptorum per Romanos pontifices indultorum, quibus gauisi sunt hætenus annullandis, hoc initium signorũ fecit nouus metropolitanus vt manifestaret bilem suam.

In

In hoc consilio sunt electi, qui pro parte cleri Angliæ proficiscerentur ad generale concilium celebrandum apud Constantiam Germaniæ civitatem. Quo penè per laudabilem sollicitudinem regis Romanorū & Hungariæ viri christianissimi, qui electus in imperatorem Alemanniæ, recusavit coronam suscipere, donec sibi constaret indubitanter quis esset præficiendus in Papam, totius christianitatis prudentissimi pontifices & prælati cum alijs clericis velut innumeris confluxere. Vtq; de alijs taceamus, de regno Angliæ missi sunt, ad concilium viri valde venerabiles, Sarisburiensis, Bathoniensis, Herefordensis episcopi, & cum hijs Abbas Westm. Prior Wigornia, & plures alij pollentes ingenio, religione famosi. Horum cætu honoravit multipliciter præsentia comitis Warwicensis.

Concilium Constantia.

Hijs igitur & collegijs cardinalium, quondam Gregorij & Petri de Luna, cū alijs prælatis & doctoribus præcipuis christianitatis adunatis apud Constantiam, Gregorius sponte renunciavit papatui, ita duntaxat ut idem faceret Petrus de Luna qui in Arragonia, & Ioh. qui in Roma nomen sibi Papatus assumpserat. Sed Ioh. noster aliquamdiu tergiversavit, donec monitus & inductus per Imperatorem se renunciaturum, sicut & cæteri aliquando consensit. Quo facto, factum est indicibile gaudium, inter omnes qui aderant putantes iam finem dissidij imponendum. Sed proh dolor, ubi sperabatur perfectionis & pacis initium, iam novæ dissentionis surrepsit exordium. Nam papa Iohannes infirmitate simulata, noctu repente recessit cum duce Austriæ ad quandam civitatem dicti ducis. Se tamen excusavit literaliter penes Imperatorem, quod propter aerem nocivum reliquisset Constantiam. Sed nihilominus quodcumque Imperator duceret eum accercendum, paratus foret ad concilium sine mora regredi, ad consummandū et implendum quæcumq; promiserat. Cum verò post dies aliquot visum fuisset Imperatori & concilio ut suam exhiberet inter eos præsentiam, per nuntios rogauerunt ut venire non differret ad conciliū prout promiserat se facturū. Quod planè negavit se facere, & occultè disfiguratus fugit cum duce Austriæ in terram suam. Misit igitur Imperator ad ducem mandans ut eum reduceret, vel saltem reduci permitteret ad conciliū memoratum. Quod cum dux super sedisset facere, Imperator terras eius ingressus est, coegitq; ducem se submittere, papamq; reducere in eodē habitu quo eum abduxerat fugitivū. Reductus est igitur coramq; concilio demonstratus, non indumentis religiositatis redimitus, sed Brigantinorum more semiuestitus, gestans ad latus sagittas breves, qualibus utuntur equites illarū partiū qui malendrihi dicuntur. Derisus igitur a toto cætu tam religioso quā seculari, missus est in carcerē, sub arcta custodia conseruandus, moxq; cuncta bona sua mobilia direptioni patuere. Fertur enim quod despoliatus sit de 75000. librarū auri & argenti. Quibus auditis in Anglia pecunia collecta ad opus eius, ei apud sanctū Paulum in cista reposita disruptis seris extracta est, melioribus vñibus destinata.

Papa 3. papatus renunciant.

Iohan. papa Gestum mutat.

Depositus Ioh. 22.

In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis patrisq; & filij & spiritus sancti. Amen. Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis in spiritu sancto congregata legitimè innocato christi nomine, solum deum præ oculis habens visis articulis in hac causa contra D. Ioh. Papam 23. formatis, habita matura deliberatione super eisdē, per sententiā diffinitivā quā proferimus in his scriptis pronunciat, decernit & declarat recessū per præfatū Ioh. 23. ab hac civitate Constantiensis in dicto sacro concilio generali clandestinè & de nocte hora suspecta, in habitu dissimulato & indecenti, factū fuisse & esse illicitū, ecclesiæ domini & dicto concilio scandalosum, vacationis & vnionis ipsius ecclesiæ turbativū & impeditivū, schismatis inueterati nutritivū, a voto, promissione & iuramento per D. Ioh. papam, deo & ecclesiæ & huic sacro concilio præstitis deviationē, ipsūq; D. Ioh. papam simoniacū notorium, bonorūq; & iurium, ne dum Romanæ, sed aliarum ecclesiarum, & plurium aliorum piorum dilapidatorem notoriū, malumq; spiritualiū & temporalium ecclesiæ administratorem & dispensatorem fuisse & esse, suis detestabilibus inhonestisq; moribus & vita, ecclesiā dei & populum christianum notoriè scandalizantem ante eius assumptionem

nem ad Papatum, & post vsq; ad ista tempora, ipsumq; per præmissa ecclesiam dei & populum christianū notoriè scandalizasse & scandalizare, postq; monitiones debitas & charitativas iteratis & crebris vicibus eidē factas, in præmissis malis pertinaciter perseverasse, seq; ex hoc notoriè incorrigibilem reddidisse, ipsumq; propter præmissa & alia crimina in processu dictæ causæ contra eum deducta & contenta, tanquam indignum, inutilem & damnosum, a papatu & omni administratione spiritali & temporalī amouendū, priuandum, & deponendum fore, & dicta sancta Synodus amonet, priuat, vniuersos & singulos christicolos cuiuscunq; status, dignitatis vel conditionis existant, ab eius obedientia, fidelitate & iuramento absolutos declarando, inhibendo insuper vniuersis Christi fidelibus, ne eundē de cætero papā nominent, nec illi tanquā Papæ adhæreant, seu quoquomodo obediant. Et nihilominus ex certa scientia & de plenitudine potestatis supplet dicta sancta Synodus omnes & singulos defectus, si qui forsan in præmissis vel aliquo præmissorum interuenerint, &c.

Item decernit, statuit, & ordinat dicta sancta Synodus pro bono vnionis ecclesiæ dei, quod nullo vnquam tempore reeligantur in Papam, dominus Balthazar Cosla nuper Ioh. papa 23. nec Petrus de Luna Clemens 13. in suis obedientijs sic nominati, & si contrariū fieret, id sit ipso facto irritum & inane, nullusq; cuiuscunq; dignitatis & præminentia, etsi Imperiali, regali, cardinalatus vel pontificali dignitate præfulgeat, eis vel eorum alicui, contra hoc decretum vilo vnquā tempore obediat seu adhæreat, sub pœna fautoria dicti schismatis & maledictionis æternæ, ad quas contra præsumptiones si qui impostērū fuerint, & cum inuocatione brachij secularis procedatur rigide.

Legati Francorum spreți.

Sub hoc tempore cum iam rex Angliæ comperisset Francos fallacijs & fraude, fictisq; promissionibus cum inaniter sollicitasse, naues conduxit, Architenentes & armatos elegit, machinas & missilia, ac omnem apparatū bellicū præparauit, quibus posset hostes efficacius infestare. Iussitq; vt omnes secū profecturi parati forent in festo natiuitatis S. Ioh. Baptistæ apud Hampton. Quo tempore accesserunt ad eum noui recenteq; legati Francorū, inter quos præcipuus fuit Archiep. Senonensis vir verbosus & arrogans, sed parum disciplinatus, prout ostendit ex post, nimis petulanter se gerens in præsentia regis & procerum in peroratione suæ legationis. Finaliter tamen rex legatorum spreuit oblationes & promissa, quæ nec rationi fuere consona, nec sibi honorifica, & Londonias remisit eos.

Proditio Henr. le Scroope.

Dum rex suorum procerum qui cum eo transfretare debebant apud Southhamptonam præstolaretur aduentum, tres viri potentes, in quibus præcæteris confidebat, in eius necē coniurauerunt. Quorum nomina si vellē suppressere, fama flagitij diuulgaret etiā me tacente. Dicam igitur quod me dicturū doleo, paricidarumq; nomina non celabo. Primus & præcipuus D. Henricus le Scroope, in cuius fide siue cōstantia totus animus regius requieuit. Qui sub hypocrisi cuncta gerenda foris suppallians, & astutā vapidō gestans sub pectore vulpem, in cunctis agendis agniam simplicitatem publicè præferebat.

*Edidicit (nempè) simulare fidem, vultusquē minaces
protegere, & blando fraudem prætexere visu:
Plennis seuittia, lucrique cupidine feruens,
doctus & vnanimes odio turbare sodales.*

Hic tantæ fuit æstimationis penes regem, vt si quando consilia priuata vel publica tractabantur, huius definitione terminabantur. Prætendebat namque tantam grauitatem in vultu, tantam in gestu modestiam, tantam in affatu religionem, vt quicquid ipse dictasset, velut oraculum e cælo lapsum, Rex oportere fieri iudicaret. Si legatio solemnī emittenda foret in Franciam, ingenio vel persona Henr. le Scroope exequi necesse putabat. Ille proinde tractabat cum hostibus, ipse domino suo regi hostis occultus, mulcebatq; regem vanis sponfionibus, delusit consilium promissis inanibus referens vtriusque alia pro

pro alijs, fronte fauens suis, mente verò Gallis. Cumq; rex innocens propter magnam confidentiam huius se arbitrio in pluribus commisisset, & ei multa donaria specialia tribuisset, ille tantis beneficijs retributor iniquus, dominum suum cum iam in procinctu foret profectionis suæ parata classe, & aggregatis militum copijs, repente vita priuare moliebatur. Sponderat ista Francis ut fertur, pacta sibi pro prodicione pecunia, qui iā ad sua regressi lætificauere suos, asserentes regē Angliæ mutato proposito, vel ad sua regressū, vel certē quod verius putauere peremptum. Habuit consortes prodicionis Rich. comitē Cantebriegiæ, fratrem scz. ducis Eboraci, & Tho. Grey militem borealem. Quē quidem Rich. comitem rex creauerat, & multis bonis ditauerat, & præ cæteris honorauerat ratione generis & parentelæ. Sed nulla impensa beneuolentia, nullū collatum beneficium proditores præuere poterant, quin in necem tanti benefactoris mutuò se armarent. Attamen priusquā conceptum facinus possent ad effectū producere, deo volente detecti sunt, & iudicio pariū suorum condēnati decapitationis sententiā subire, rege alias penas de iure debitas perdōnante, præterquam Henrico Scroope, qui dicitur fuisse tractus. Qui etiam deflexisse vices eorum fertur. Quamobrem nonnulli propter regis modestiam, compassionem & pietatem, laudes Augusti in eum transferunt quondā æditas a Nasone, eò quòd:

Henrici Scroope
executio.

20

*Sit piger ad penas princeps, ad premia velox,
quique dolet quoties cogitur esse ferox.*

Eodem tempore velut ex condicō, & tanquam prodicionis præfatæ conscientia Lollardi stimulati e latebris emerfere, & in regē blasphemias euomere, loquentes grandia, minasq; spargentes in scriptis, quæ fixerunt in valuis ecclesiæ Londonijs in multis locis, talibus se cohortantes. Iam inquiunt princeps præbiterorum abiit, iam hostis noster abcessit, iam nobis arrisit tempus accommodum quo nostras impunè licebit iniurias vindicare. Sicq; se mutuò confortantes, scripserunt adinuicem multa millia in sua vota venisse. Interea campiductor & caput eorum Io. Oldcastle cum latuisset prope Maluerniam, & accepisset a falso nuntio regem Angliæ transfretasse, ex eius absentia concepta audacia, verba comminatoria misit ad dominū de Bergeny, dicens in capite eius vlisci velle sibi & suis illatas iniurias ab eodem. Qui prudenter sibi præcauens cum circa noctis medium hæc audisset, illicò secretis egit nuntijs ut mane diluculo occurrerent armati sibi apud Castrum suum de Haneley, ex Wigornia, Perfora & Teukesbyria, prope 5000. Architenentium & armatorum. Quo cōperto dictus Ioh. Oldcastle more solito latebras requisivit. Cepit tamen idem heros quendam præbyterum dicti Ioh. Oldcastle & quosdam alios ex suis cōplices, quos sic arctatos quæstionibus examinavit, ut patefacerent locū quo dictus Iohan. arma sua cum pecunijs occultasset. Quæ cuncta congesta sunt in quadam domo inter duos parietes sic erectos, ut nullus sine indice dictæ structuræ fallaciam percepisset. Illic inuenta sunt signa sua cum vexillo, in quibus depingi sumptuosè fecerat, calicem & hostiam in forma panis. Ibi etiam conspicienda fuere crux Christi cum flagris, lancea cum clauis, quæ depinxerat in vexillo ad seducendum simplices, si quando contigisset erigere signa, suffultū populari dementia. Sed cognito apparatu disposito contra se demisit cornua quæ arroganter erexerat, suppressit minas fastuosas, & eò celerius atque meticolosius, latebras ut prius repetijt eò quòd audiuit Henr. Scroope & suos cōplices apud Hampton prodicionis suæ penas meritas exsoluisse.

Armatura
Oldcastle in-
uenta.

30

Nec multò post captus est quidam inueteratus Lollardus Guliel. Cleydon, qui in tantam dementiam ruerat confidentia suæ sectæ, ut etiam filium proprium sacerdotem constitueret, & missam celebrare faceret in domo sua die quo coniux eius a puerperio surgens purganda ad ecclesiam processisset. Hic ergo captus, examinatus legitimeq; conuictus de hæresi, Londonijs est combustus.

Rex Angliæ punitis iustissimè ut præmittitur proditoribus, ascensis nauibus

Hareflu obside-
tur.

bus mare sulcans, applicuit in Normannia in loco vocato Kydecaus, nemine resistente. Traxit autem secum classem mille & quingentarum carinarum, ad negotia Martia sufficienter instructam, ut dum ipse cum suis villam de Hareflu obsideret per aridam, classis in pelago coram villa constructa, villanis omnino prœdium victualium prœcluderet, & solatia quævis arceret. Nacta verò tellure, feria quarta in vigilia Assumptionis S. Mariæ, sequenti Sabbato obsidionem posuit circa villam. Quam continuavit per 5. septimanas honorifice, usque ad dominicam proximam ante festum S. Michaelis. Quâ die dominica villa fuit reddita, tali modo. Feria nempe tertia proxima ante dictam dominicam, domini Gallici qui fuerunt custodes ipsius villæ, scz. D. de Gancourt, D. de Efeuteulle, D. de Hakeulle, & D. de Clere, non ferentes crebras quassationes murorum & edificiorum infra villam, aliâq; pericula perpessa per gunnas regias, nã ab ipsis euoluta saxa, ingenti verberis ictu, obuia fregero quæq; ruentes, nec tantum corpora pressa necabant, sed totos cum sanguine dissipant artus, & singula cesserunt ictibus arma, conturbati & conterriti coacti sunt nocte media quendam feruere ad arma ad ducem destinare Clarentiæ domini regis fratrem, qui illorum vice precaretur obnoxie dictum ducem, quatenus dignaretur ob honorem dei regi supplicare, ut eis concederet facultatem tractandi cum quibuscumq; personis, quas dominus rex duceret ad istud negotium emittendas.

Nec mora dux exequitur villanorum vota, cuius interuentu, & ob honorem dei præcipue rex inclinatus eorum precibus, misit comitem de Dorcet, dominum filium Hugonis, & D. Tho. Erpingham, ad cognoscenda desideria obsessorum. Qui petiere suppliciter ut rex charitatis intuitu cessaret ab eorum debellatione ab ea hora noctis mediæ, usq; ad dominicam proximam post festum S. Michaelis, nisi contingerent regem Francum vel Dolphinum eius primogenitum per bellum obsidionem dissolvere.

Alias, parati forent regi villam reddere, salvis vita & bonis omnibus eorundem. Rex verò remandari iussit eisdem. Quod nisi villam in crastino redderent nulla conditione interposita, non tractarent amplius de materia memorata. Instabant adhuc gallicani domini, & regis referendarios deprecabatur, ut apud regem insisterent, quatenus inducias illis concedere dignaretur, ab illa hora usque ad horam proximam post nonam dominicæ subsequenti. Quâ hora promiserunt se cum 22. militibus & scutiferis ad regem accessuros cum viris honoratioribus infra dictam villam constitutis, quos omnes obsides darent regi usq; ad dominicam supradictam. Et ulterius prædicti procures sponedere se iuratos super corpus dominicum coram omni populo, quod si rex Francus, vel filius eius & hæres Dolphinus non accederet ad deliberandum eos infra horam dictæ dominicæ prænotatam, ipsi se redderent sine conditione aliquâ regi Angliæ ad faciendum de corporibus & bonis eorum iuxta suæ beneplacitum voluntatis. Ita dumtaxat, ut permitteret eos dirigere nuncios regi Franco & Dolphinum, qui eis prætaxata pacta referrent. Cumq; rex acceptasset hanc oblationem, dedit eorum legatis literas de salvo conductu, quorum principalis fuit D. de Hakeulle, quem sequebantur viri valentes ad numerum 22. personarum.

In crastino scz feria quarta manè, dicti domini cum 22. militibus & armigeris, ac ciuibus notabilibus exiuerunt de villa. Quibus occurrit processio sollemnissima antecedens Eucharistiâ, cum multis honorabilibus dominis, militibus & armigeris & populi frequentia magna valde. Vbi expleto receptoq; publice iurando, cuncti gallici sunt introducti ad regale tentorium, ubi & confederunt die illo, dominum tantum regem non viderunt. Post prandium disuncti sunt, & diuersis dominis commendati, qui eos tractarent honorifice usq; ad reditum suorum legatorum quos destinauerant ad regem Francum. Qui fideliter promissa complentes, rediit statuta dominica, hora præfixa, sine quouis suffragio per regem Francum seu Dolphinum obsessis oblato. Quapropter qui intra villam erant, cuncti se sine conditione regis gratiæ submisere. Remanseruntq; captiui regi Angliæ, toti domini cum militibus & armigeris atq; generosis qui missi sunt a rege Franco ad custodiam dictæ villæ. Rex autem constituit illic capitaneum domi-

D. Tho. comitem Dorsetahum, dans ei manum validam defensorum. Durante obsidione regali, plures ex eis fractum, & algore noctium, fætoresq; cadauerū diuersarum pecudum quas mactauerunt per caltrorum circuitum, & non operuerant cespitibus, sine terra, nec iniecerant in aquis fluminalibus vt earum putridas exhalationes tollerent, fluxu ventris vel dysenteria perire. Inter quos, & in primis, vir venerandissimus M. Rich. de Cortiniaco Norwicensis episc. domino regi fidissimus diem clausit, cui successit in episcopatu D. Rob. Waking, comesq; Southfolciæ, D. Michael Attepool, simili sorte functus est. Cuius loco ne familia sua gubernatore careret, creauit dominus rex filium eius comitem Southfolciæ, sed & eius filū seua nimis Atropos præcidit in bello, de quo inferius dicturi sumus.

10 Eodem tempore redierunt aduersa cogente valitudine, dux Clarentiæ, Comes Marchiæ, comes Arundeliæ & comes Marefcallus, cum multis alijs ægrotantibus morbo præfato. Sed Arundeliensis (vt fertur) impotionatus nō multo post in fata concessit.

Rex Angliæ compositis rebus apud Hareflu prout regem decuit & victorem, terrestrem viam versus Calesiam cum paucis admodum arripere statuit, non amplius vt fertur quam 8000. architenentium & armatorum, quorum magna pars infirmitate contracta apud Hareflu prout supra retulimus vexabatur. Cū hac tam parua manu mirum est quod densissimam ausus sit aggredi Franco-
 20 rum syluam. Sed multo plus mirandum quod eam perforauerit tot obicibus præmunitam. Galli nempe per totum tempus obsidionis villæ de Hareflu, electos quosq; de semetipsis & conterminarum regionum fortissimos, & audacissimos viros adunauerunt, & auxiliares vndiq; cōduxerunt, vt numerus eorum prout fertur excreceret ad 140000. pugnatorum. Hij igitur præparauerunt ad diem, tempus & horam, qua regem possent inuadere & pusillum gregē suum, iam fame, fluxu, ac febribus tenuatum. Cumq; penè bis denis diebus Rex equitasset per regnum Franciæ & hostes vbiq; subtraxissent victualia, priusquā accederet ad castrametandi loca, defecit panis in exercitu. Sic quod plures lo-
 30 co panis auellanis nucibus, & assis carnibus vterentur. Potus aqua fuit cunctis inferioris fortunæ viris in exercitu spatio penæ 10. & 8. dierum. Hij lauticijs, hij obsonijs: Athletæ regis Angliæ nutriti sunt & pasti, qui cum tot gigantum millibus fuerant congressuri. Adde, quod ab itinere fatigati a vigilijs macerati a frigoribus nocturnis debilitati, mirum quod subsistere potuerunt. Sed animauit debiles, inualidis dedit vires, qui voluit fortes pessundare per infirmos. Nē cum rex non sine difficultate maxima pertransisset flumina interposita, quia Franci pontes destruxerant per quos iter compendij habuisse potuerat, mox glomerati festinauerunt cum suis millibus præcludere viam per quam de necessitate debebat transire Calesiam, & 24. die mensis Octobris in quadam villula
 40 sublitere.

Rex tamen imperterritus iter arreptum constanter aggreditur, & eò vique procedit, quod vterq; exercitus velut infra spatium milliarij ipsa eadem nocte confedit. Erat tum facies vtriusq; exercitus varia, disparq; vultus, Gallis refocillatis victualibusq; refertis, Anglis fatigatis, infirmis, inediaq; confectis, quibus etiam nec copia aquæ fuit. Certum tamen erat Anglis in crastino se pugnuros, & cum tota nobilitate Franciæ manus conferturos. Quapropter ipsam noctem non tantum duxerunt infomnem corpora confouendo, quā tum votis & confessionibus animabus proprijs consulendo. Iactitauerāt nempe Galli se nemini velle parcere, præterquam dominis & ipsi regi, reliquos im-
 50 misericorditer perempturos, vel membris irreparabilibus mutilaturos. Quae de causa nostri magis concitati animos crexerunt, & contra casus omnes se mutuo confortauerunt. Igitur postea vix summo spargebat lumine montes orta dies, cum tuba sonitum procul ære canoro increpuit de castris regijs, accelerantq; peruenire nostrates ad sui ducis præsentiam, parati dupliciter ad prouocandum martem fraudacia, & conscientiæ puritate.

Rex cernens suos alacriter aduenisse, mox agmina producit in campū tritico

recenter satum, vbi vix standi paulisper vel progrediendi facultas fuit propter salebras, soliꝑ; mollitiem. Nec segnius summo mane Galli in eũdem campum emittunt primam aciem, viris instructam fortibus, armis ornatam fulgētibus, equitibus hinc indē ex vtroq; latere p̄cedentibus in equis generosis & nobilibus, quibus vt ita dicā, aurea p̄toribus demissa monilia pendēt, qui insuper tecti auro, fuluū mandunt sub dentibus aurū. Non tamen voluere Franci propter loci lutositatē procul in campū procedere. Sed videre cupiebant quid Angli quorū paucitatem maximē contemnebant facere proponebant. Inter vtrūq; cuneum campus latē patuit ad spatium prout fertur penē mille passuū. Sed nō vtriq; pari procurrunt agmina motu, quia Gallis immobiliter primam seruantibus stationē, Anglis necesse fuit, si cum hoste vellent cōserere, spatiū medium armis onustis pedibus emetiri. Rex interea, Gallorū perpendens astutias, quod sic perstabant immobiles in vno loco, ne peditando per campū lutosum fatigarentur, sublimi vectus equo volat agmina circum, hortaturq; duces & animos ad p̄lia firmat. O fidissimi inueniens socij, vadimus in campum, ad magnū virtutis opus sumosq; labores. En ipsam diē quā flagitauit sapius vestra virtus. Totas igitur vestras effundite vires, experiamini quid lancea, quid securis, quid gladius, quid sagitta valeat in manu potētis. Quisquis igitur cēsus, honores aut p̄mia cupit, istuc reperiet. Hæc nempe medio posuit deus omnia campo. Sic fatus iussit conuelli signa. Quia inueniens hostes iniuriosi iter nostrū p̄cludere tentant, adeamus illos in nomine Trinitatis & optima hora totius anni. Et erecto vexillo iussit suis ordinatē procedere. A dextris verō & sinistris fecit sagittarios anteire. Qui cōspicientes eos qui pridē coniurauerāt in mortes vel mutilationes eorū, accensi indignatione nimia, omnis lassitudinis, omnis incōmodi vel infirmitatis, obliti sunt. Et vt ita fatear, turgescit in eis vitriabilis, iraq; vires, animūq; ministrant. Mirumq; in modū qui serō debile arcum nequiuit tendere, iam fortissimū valuit sine difficultate pro voto trahere. Galli videntes nostros campū cum summo labore emensos fuisse, rati iam tempus arrisisse quo fatigatos inuaderent, quos putabant nullo negotio captiuandos, horribiliter in campum ruunt, p̄missis equitibus qui nostros architēnentes p̄toribus dextrariorū p̄ferratis obruerēt, & suorum caballorū pedibus cōculcarēt. Sed deo volente secus accidit quā sperabant. Quia sagittarij hinc indē occurrentes equitibus tot simul emisere iacula, vt illa procella grandinea primitus equites dissiparent. Nam regente deo, nusquā cassa manus, nusquā sine vulnere fugit missile, nullaq; fuit requies mittentis dextere, sed & omne sedet telū, quia nulli fuere sine cādibus iētus. Vt ergo primū sonipedes ferro trāssixi sunt, sellores cōuersis frenis in sua agmina p̄cipites corruere, omnesq; equites, qui euaserant campo cessere. Ex hinc vt acies cōuenēre, ingens nostratū clamor ad sidera tollitur, & impletur quodāmodo vocibus vastus aer. Tunc iteratō volat vndiq; telorū nubes, & ferrū ferro sonat, dum iacula cōstanter emissa, cassides feriunt, laminas & loricas. Cadunt proindē de Gallis plurimi sagittis terebrati, hinc 500. hic pariter 600. Rex ipse non tantum regis, quantū militis exequendo vices, primus in hostes aduolat, crudeles iētus infert & tollerat, exempla suis audendi fortia p̄bens in persona propria, stricto securi oppositas acies dissipādo. Nec secus militares viri æmulātes aēta regia, totis viribus collaborabant cōpositam illam siluā Francorum frementiū ferro prosternere, donec tandem via vi facta, Galli non tantum cessere, quantū mortui cecidere. Et reuerā Franci cū prostratos in acie belli cernerēt quos autumabāt indomabiles, eorū mox obtupuere animi, gelidusq; per ima cucurrit ossa tremor, tātus vt immobiles & sine sēsu starēt. Dū nostri secures ab eorū extorquerēt manib⁹ & eos mactarēt velut pecudes cū eis dē. Perdidit indē modū cædes, & velut nulla secuta est pugna, sed iugulis bellū geritur. Nec valent Angli tot prosternere quot perire possunt de aduersa parte. Sic ergo penē Frāciā periit omne decus per manus paucorū quos parū ante summo despectui habuere. Illic interēpti sunt duces de Alāfoun, de Braban, & de Baar, cū 5. comitibus, & constabulario Frāciā, & alijs nominatis dominis, ad numerū penē 100. De milit. & armigeris quatuor

*Gallorum cum
Anglis congressus.*

*Gallorū strages
magna.*

quatuor millia sexaginta nouem feruntur occisa. Numerus vulgi non fuit ab armorum nuntijs computatus. Capti sunt ibidem duces Aurelianensis, & Burbonensis, comites verò de Ew. & de Vendone, & Arthurus frater ducis Britannia, qui se dicit comitem Richmundia, & quidã Brucegaldus miles honoratissimus regni Francia, & alij vt ferunt ad numerum 700. De parte regis cecidere D. Edw. dux Eboraci, & D. Michael comes Southfolciæ, 4. milites, & vnus armiger dictus Dauid Gãme, & de communibus 28. Dum rex & sui bello detinebantur contra Gallorum multitudinem pugnando cominus, vespilliones Francorũ inuadentes a tergo dimissas sarcinas rapuerunt, & protinus abduxerunt.

- 10 In quibus cum reperissent coronam regiam, iam gaudio lætificare suos, in tantum vt signa solemniter pulsari facerent, & canticum laudis: Te deum laudamus, cum summo tripudio decantari. Ementiti enim fuerant regem captum, sine mora venturum. Sed post pusillum cum ex tristi nuntio cognouissent veritatem rei gestæ versus est in luctum chorus eorũ, & gaudium in mœrorem.

Rex etiam omnes hos euentus prosperos ascribens deo, gratias infinitas egit ei qui sibi dedit inopinatam victoriam & ferocissimos hostes subegit. Pernoctauit igitur in eodem loco, & in crastino s. die Sabbati versus Calefiã iter inceptum, continuauit. Deinde 16. die Nouembris applicuit serò apud Dueriam in maxima niuis intemperie, vicesima verò tertia die dicti mensis venit

Regia bello rediit.

- 20 Lódonias, ducens secũ duces & nobiles quos dudũ captiuarat, quorũ nomina superius sũt expressa. Quali gaudio, quali tripudio, quali deniq; triũpho sit exceptus a Londoniensi, dicere prætermitto, quia reuerã curiositas apparatus, excessus expensarũ, varietates spectaculorũ, tractatũ exigeret meritò speciales. Primo die mensis Decemb. iussu regis affuere Londonijs pontifices & abbates in magno numero, vt interessent solẽnibus exequijs D. Edw. quondã ducis Eboraci & aliorũ tam Francorum quã Anglorũ qui interierant in partibus transmarinis. Ad has etiam venit ab Harflu capitaneus dictæ villæ regis auunculus comes de Dorcet qui parũ antè fecerat equitationẽ in regionẽ conterminã & fugauerat 800. ante se captiuos quos infra dictã villã stricte custodiẽ mæcipauit.
- 30 Hoc anno rex Portingaliæ fretus auxilio mercatorũ Angliæ quã maximè & Alemannorũ vicit Agarenos in terra regis Belmarinorũ, multis eorũ millibus ad generũ Ceteris destinatis. Cepitq; ciuitatẽ eorũ amplissimã supra mare sitã vocatam Snut eorũ lingua, cinctam muro 20000. passuum prout ferunt.

Anno 1416. Tenuit rex natale iuxta Londonias apud Lamhithã. Quo tempore delati sunt sibi rumores de conflictu habito inter Anglos & Gallos iuxta villam de Hareflu in quo plures gallici sunt occisi.

Circa festum purificationis 7. Delphini luserunt in Tamisi, quorum 4 sunt occisi. Prænosticabant vt quidam volunt tempestatem maximam ventorum & ymbrium continuò subsequeretur.

- 40 Feria quarta quatuor temporum in initio quadragesimæ comes de Dorcet pugnavit cum comite de Armanack duce Gallorum, in quo conflictu cecidere plurimi de vtraq; parte, quia dictus comes gentem nostram inuaserat improviso, fugati tamen sunt Franci & illo die nostratibus terga dedere, vno solo vsi solatio, quòd vespilliones eorũ dum cum nostris manus consererent, equos Anglorum & sarcinas rapuerunt. Oportebat ergò nostros prout erant in armis reuerti pedites ad villam de Harflu per multa milliaria regionis. Itaque peditando iuxta littus maris, vt hostes suos semper ante faciem suam non a tergo constitutos haberent, incedebant armis onusti per totam quintam feriam nocteq; sequentẽ. Mane verò sexta feria nostrates leuantes oculos viderũt in montibus Gallos recollectos cũ duce eorũ comite de Armanack, paratos ad inuadendũ eos. Misit igitur comes de Armanack quendã armorũ nuntiũ ad comitẽ Dorcetaniũ qui diceret. Ecce cõclusus es inter nos et mare nec superest tibi eua dendi facultas. Quapropter ne pereas in ore gladij, redde te mihi, tractaboq; te iuxta nobilitatẽ tuorum nataliũ prout decet rationabiliter redimendũ. Ad hæc ille. Renũcia sibi qui te misit, nõquã fuisse moris Anglorũ hosti se reddere ante præludiã martis et bellonæ. Nec me reperiet ita vecordẽ vt manũ illi dem,

Cc.ij.

quem

quæ potest deus tradere in manus meas. Hijs auditis comes de Armanack furibundè cum suis equitibus pernici gressu per decliuu môtis descendere conabatur. Quos excipientes nostri sagittarij vel præuenterunt iaculis vel peremerunt. Exinde creuit pugna inter reliquos, ex utrobique gladijs & securibus diu res martia gerebatur. Tandem deo miserante gens ieiuna, lassâ, famelica, somni, cibique penuria fatigata vicit, dei virtute manifesta. Nâ cum non essent plures ex Anglicis in hoc conflictu quàm 1500. gloriosè vicerunt, & ad fugam coegerunt 15000. Gallicorum duce illorum prope capto. Ferunt quod non obstante sacro quadragesimali tempore ipsoque inuiolabili ieiunio quatuor temporum, carnes assauerant in castris suis, & meretriculas introduxerant vt post suffarcinationem ventris, veneris se spurcitijs macularent.

10

Circa præsens tempus oboli Ianuensi quia debito carebant pondere, prohibiti sunt ab Anglis in mercaturis accipi siue dari.

Septimo die mensis Maij venit Imperator Londonias deductus in magnificentia & gloria per regem, & regni nobiles, & hospitatus est in palatio regis iuxta Westm. rege recepto apud Lamhitham.

Rex autem cupiens deferre omnem humanitatem regi Romanorum, suspendit ad tempus cuncta parlamenti negotia, ducens eum secum Wyndeshorâ ad festum S. Georgij honorans illic eum, & tantæ fraternitatis titulo & religionis illius nobili vestimento, signumque regale imposuit colla suo, quod imperator ex post semper concessit in omni conuentu publico vel priuato.

20

Ante festum ascensionis dux Hollandiæ venit in Angliâ cum apparatu maximo, ad habendum colloquium cum rege nostro, regeque Romanorum.

In festo Trinitatis & persequens biduum nocte dieque audita sunt horrida tonitrua omnem modum excedentia, & velut sine interpolatione durantia quæ præcesserunt terrificâ fulmina sine cessatione choruscantia, quæ multos strauerunt & occiderunt, arbores succenderunt, & ædificia diruerunt.

Per totum tempus æstiuale putabatur quod mediatione imperatoris fuisset pax inter regna firmata, sed tergiuersantibus gallis, suspensum fuit pacis negotium, eò maxime, quod galli conduxerant classem magnarum nauium Caricarum & galearum, quæ regnum Angliæ molestaret. Contra quos dominus Ioh. dux Bedfordiæ missus fuit frater regis cum manu potenti. Qui in die assumptionis beatæ virginis commisit cum eis, & cepit tres Caricas & vnâ Hulkam, & quatuor Balingarias. Tres verò Caricæ fugere, vna verò de tribus inter fides contracta submersa fuit. Alia magna Carica submersa fuit coram Southampton, cum qua perierunt octingenti viri, quales Legharneys vulgò vocamus. Imperator & Rex Angliæ fœdus adinuicem pepigere, viz. quod ipsi & successores sui boni, firmi & stabiles in perpetuum amicerunt, alligati, obligati, & cōfœderati pro se & hæredibus ac successoribus suis, contra homines cuiuscunque gradus, status, dignitatis, aut conditionis existant, & contra omnes homines qui viuere aut mori possunt, exceptis sacrosancta Romana ecclesia & Romano pontifice. &c.

30

40

Rex Angliæ vt ostenderet se ex corde pacem cupere, personaliter transfreta uit Calesiâ, ne Gallis vllam calumniandi ministraret materiam, quia dixerant non stare per eos, quin ei offerrent largam pacis viam. Vbi cum Imperatore constitutus, cum nihil ab eis audisset procurari nisi dolos, & fraudem solitam, commenta spreuit eorum, & inter Imperatorem ducemque Burgundiæ qui dissidebant, fecit concordiam atque pacem. Quibus ita gestis, dux fecit homagium Imperatori.

Posthæc dux Glouerniæ frater regis minimus cum magna regis familia deduxit Imperatorem donec venisset ad villam de Doredrauht, vbi cunctos Anglos remunerauit imperialiter a maximo ad minorem.

50

Benedictus Wulleman ciuis Londoniarum qui sparserat schedulas in multis locis errore plenas, captus, tractus, suspensus & decollatus est die Sancti Michaelis.

Palatium

Parliamentum quod diximus intermissum propter præsentiam regis Romanorum

norum

norum tentum fuit Londonijs circa festum S. Luce. In quo dominus Tho. Beu-
fort comes de Dorcet creatus est dux Exoniæ, concessis sibi de fisco regio an-
nuis mille libris, & 40. libris de villa Exoniæ supradicta, quas dominus Rex de
eadem villa percipere consuevit.

In hoc parlamento requisiti proceres si ista sibi placerent, responderunt
quod optimè. Si donum regiū tam exile non esset, nec correspondens meritis
& virtutibus tanti viri. Concessa fuere duæ decimæ per clerum regi sub vnus
anni spatio persoluende.

Anno 1414. Rex celebravit natale apud Kenewourtham, quo tempore stru-
ctæ sunt illi insidiz prout fertur per quendam scutiferū complicem Ioh. Old-
castle dictum.

In crastino natalis domini sparsæ sunt schedulæ Lollardorum venenosa, im-
pingentes contra cunctos status ecclesiæ ferè in qualibet magna domo vel ho-
spitio villarum de sancto Albano, de Northamptona, de Radingia, authorem
nullo sciente.

Decretum Concilij Constantiensis de electione

Papæ futuri.

20 **A**D laudem & gloriam & honorem omnipotentis dei, ad pacem & vnita-
tem vniuersalis ecclesiæ, ac totius populi christiani, vt electio futuri Ro-
mani & summi pontificis proximè celebranda, firmiori authoritate & plurium
roboretur assensu, & ne attentio statu ecclesiæ dicta electione in posterum vlla
retractatio, vllusue scrupulus in mentibus hominum resideat, sed ex illa sequa-
tur vnio certa, vera, plenissima, & perfecta, sacrosancta generalis Synodus Cō-
stantiensis communi vtilitate pensata, de speciali & expresso consensu, ac vo-
luntate concordi sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium in eadem Synodo per-
sonaliter existentium, & collegij eorundem, ac omnium nationum præsentis
30 concilij, ordinauit, statuit & decreuit, quod hac vice duntaxat ad eligendum
Romanum summum pontificem, vnā cum Cardinalibus, sex prælati, vel aliæ
honorabiles personæ ecclesiasticæ in sacris ordinibus constitutæ, de qualibet
natione in eadem synodo pro nunc existente, & nominata, quos seu quas que-
libet ipsarum nationum pro se adhuc infra dies duxerit eligendos seu eligen-
das, ipsis cardinalibus adiungantur, quibus omnibus eadē sancta Synodus eli-
gendi Romanum pontificem secundum formā hīc expressam quatenus opus
est, tribuit potestatem, viz. quod ille absq; vlla exceptione ab vniuersali eccle-
sia Romanus pontifex habeatur, qui a duabus partibus cardinaliū in conclauī
existentium, & a cuiuscunque nationis duabus partibus eisdem Cardinalibus
40 adiungendorum & tunc adiunctorum, electus fuerit, & receptus. Quodq;
non valeat electio nec electus pro summo pontificē habeatur nisi duæ partes
Cardinalium in conclauī existentium, & cuiuslibet nationis duæ partes, cum
Cardinalibus ad eligendum adiungendorum, & tunc adiunctorum consenti-
ant & consenserint in Romanum pontificem eligendum. Statuit insuper & or-
dinat ac decernit, quod vota quorumcunq; in electione huiusmodi emittenda,
sint nulla, nisi vt præmittitur duæ partes cuiuslibet nationis adiungendorum,
& tunc adiunctorum prædictorum principaliter, aut per accessionem in vnum
concurrant. Hoc etiam adiecto quod prælati et alij, cum ipsis cardinalibus ad
electionē huiusmodi adiungendi, et tunc adiuncti omnes et singulas constitu-
50 tiones, etiam penales circa electionem Romani pontificis æditas, atque con-
suetudines obseruari consuetas, quemadmodū ipsi cardinales obseruare tene-
antur, & ad illarum obseruantiam astringantur.

Teneantur insuper iurare, & iurent dicti electores cardinales, & alij ante-
quam ad electionem procedant, quod in huiusmodi electionis negotio atten-
dentes quid eis imminet cum de citatione agetur, vicarij Iesu Christi succes-
soris beati Petri vniuersalis ecclesiæ Rectoris, gregis dominici directoris, puris

& synceris mentibus, & quantum credent publicæ utilitati vniuersalis ecclesiæ proficere omnes cuiusq; nationis personæ aut alio inordinato affectu, odio, gratia, vel fauore abiectis procedent, vt eorum ministerio de vtili & idoneo vniuersalis ecclesiæ provideatur pastore. Ordinatur insuper, statuit & decernit eadem sancta Synodus quod infra decem dies ex nunc continuè numerandos, quos 10. dies omnibus & singulis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, præsentibus & absentibus & ceteris electoribus supradictis, attenta ratione ecclesiæ vacatione notaria, ad intrandum conclaue in hac ciuitate Constantinensi, in maiori domo, communis ciuitatis eiusdem ad hoc iam ordinata præfigit & assignat.

Præfati electores cardinales & alij supradicti intrent ipsum conclaue ad electionem huiusmodi celebrandum, ceteraq; faciendum, obseruandum & prosequendum, quemadmodum in cæteris, præter præmissa de Cardinalibus, & alijs in electione Romani pontificis iure decernunt. Quæ omnia præmissa obseruata vult eadem sancta Synodus in suo robore permanere. Hanc autem formam & hunc modum electionis approbat, ordinat, & statuit pro hac vice. Et ad omnem scrupulum remouendū vel submouendū, omnes & singulos in eadem synodo præsentibus, & venturos qui eidem synodo adhærebunt, ac omnes actus legitimos in eadem synodo agendos, actiue & passiuè, quatenus opus est habilitat, & habiles esse declarat. Cæteris eiusdē sacri Concilij decretis semper saluis, supplēs omnes defectus si qui forsan interuenerint in præmissis, apostolicis etiam in generalibus consilijs æditis constitutionibus, & alijs in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunq;.

Vltimo die mensis octobris Episc. Winton. accessit ad concilium peregrinaturus Hierosolimam, post electionem summi pontificis celebratam, vbi tantū valuit eius facunda persuasio, vt & excitaret dominos Cardinales ad concordiam, & ad electionem summi pontificis se otiū prepararent. Quamobrem mox preparata fuit domus quæ conclaue vocaretur & esset, cum lectis stratis honorificè pro dominis Cardinalibus & electoribus adiungendis eisdem. Ordinatum nempe fuerat decreto concilij, vt eligerentur ex omni natione quæ conuenerant, sex personæ ad intrandū conclaue cum Cardinalibus, prout superius est expressum. Vnde de Anglia ingressi sunt conclaue episcopi London. Bathon. Norwic. Lichfeld. Abbas Eborum, & Magister Tho. de Polton. Decanus Eborum. Quælibet autem natio scripsit nomina personarū suarū in schedula & cera inuoluit. Præordinatæ proinde personæ conclaue sunt ingressæ die 4. coronatorum. Quibus intromissis quedam persona laica, attulit omnes schedulas cera circumductas ad vicecancellarium in conclaue. Qui nudatis brachijs, vsque ad cubitum posuit omnes schedulas super mensam. Exinde decretum factum est quod reclusi ederent in conclaui. Statutumq; fuit, vt haberent panem & vinū, & vno die vnicum genus carniū, & altero, vnum genus pisciū, & singulis diebus vnū genus potagij prout dies exigebat. Tunc imperator, & 13. duces, ac maiores ciuitatis Constantiæ iurauere super librū, quod fideliter custodirēt conclaue ab impeditoribus, & ne alia cibaria intromitterentur, quā statuta fuere. Quo facto, imperator personaliter perscrutatus est domū totam, & duabus seris ostium post se clausit. In ostio domus illius, factum fuerat foramen quadratum, per quod immitti debebant cibaria inclusorū. Omni quoq; die dum in conclaui fuerunt, Abbas S. Edmundi de Bury, & prior S. Iohan. de Clerkenwell fuerūt assignati ad prægustandū cibaria Anglicorum. Mox verò vt seruitum fuit inclusis dictū foramen clausum fuit tribus seris. Igitur illis conferentibus de iniuncto negotio, quidam nominauere Winton. quidā London. episcopos, nonnulli verò Cardinalem Franciæ, nihilq; fuit actum primo die, vel secundo. Die verò S. Martini primo mane, episc. London. venit, & inter omnes Cardinales protulit ista verba.

Electio Papæ.

Ego Richardus episc. London. accedo ad dominū meum Cardinalem de Columpna. Audito præsentī sermone, repente cuncti præsentēs per dei gratiam in eādē consenserūt personam. Et illico exuerunt eum vestibus suis omnibus, & nouis

nouis eum reuestierunt, ac super altare posuerunt, & deosculati sunt manus eius & pedes. Hic ita gestis, confestim vnus eorum qui inclusi fuerant fregit foramen in pariete, & clamauit. Habemus papam Martinum. Et tunc exiuerunt omnes in magnam ecclesiam cantantes, Te Deum laudamus.

In crastino papa fuit factus præsbyter. Et die sequenti fuit sacratus episcopus, & celebrauit missam suam primam, cui missæ interfuerunt 140. mitrati. Sequenti dominica Dominus Papa fecit manè diluculo solennem processionem, transiens per australem partem ecclesiæ, versus occidentalem, vbi constitutus fuit Clericus habens canabum & scuppam & combussit ea dicens. Ecce pater sancte, Sic transit gloria mundi. Post hæc eodem die fuit factum quasi quoddam solarium pro coronatione Papæ altitudine habens 20. pedes. Prior S. Iohan. de Clerkenwell tenuit diadema papæ in officio Coronationis. Ipso die post prandium papa equitauit per medium ciuitatis Constantiæ, quæ sequebantur in equis, omnes episcopi mitrati, & Abbates. Equus papæ fuit phaleratus cum rubeo eskarleto, equi verò cunctorum episcoporum phalerati fuere candido panno bisso, & imperator in hac equitatione tenuit frenum papæ. Cum autem peruenisset papa ad locum fori, illic obuiauerunt sibi omnes Indæ ciuitatis, qui porrexerunt sibi sicut mos est ceremonias ac legem suam. Quas acceptas papa proiecit post tergum suum dicendo. Recedant vetera, nona sunt omnia. Papa prout dicunt prius vocabatur Paulinus, natus de illa nobili & antiqua gente Paulina Romæ.

Imperator fr-
num tenet.

Hoc anno circa finem mensis Iulij rex Henr. cum magna classe mare sulcans 10. nauigationis die saluus applicuit in Normania s. in festo S. Petri ad vincula in loco vocato Tonque, vbi villa fortis est & castellum nobile, quod reddere per annum solet 8000. coronarum. Quo in loco quingenti equites hostiliter occurrerunt ei transitum prohibere volentes. Sed perempto per architenentes eorum capitaneo, & eius collega capto, cæteri meticolose fugerunt. Nec multo post redditum fuit regi dictum castellum, & qui remanere volebant acceperunt gratiam remanendi. Volentes abire tulerunt secum de gratia regia pecunias & suppellectilia, relinquentes arma, & instrumenta bellica, nec non & victualia dicto castello. Consimili modo reddita fuit regi villa de Aumberes cum castello.

Qua tempestate monachus quidam soliuagus captus a quodam de familia regis, despoliatus est. Quod ut rex comperit, sollicitè quæsiuit a Monacho si personam recognosceret, quæ tulerat ab eo restellas suas. Qui cum diceret bene se personam noscere si videat eam, tandem post aliquos in conspectu ductos, notauit vnum dicens illum bona sua rapuisse. Quem rex illico vehementer redarguit, dicens illum morte dignum, qui cum aliunde satisfacere potuisset suæ necessitati, ad res religiosorum manus extenderet, modò tamen gauisurum pardonationis titulo, si nihil tale committat de cætero.

Hærici in Nor-
mannia gesta.

40 Fecitq; virum reddere monacho, quæ tulerat prius ab eo, monacho mandans ut domum repeteret, & consuetum seruitium cum fratribus suis intrepidanter deo rependeret, asserens se non illum aduenisse modo vespillionis ut res religiosorum raperet: sed potius more regis, ut eorum bona ex direptione seruaret. Nec mora proclamari fecit per exercitum, ne quis religiosum, clericum, vel præbyterum nec vllum penitus ecclesiasticum despoliare, seu quouismodo molestare præsumeret, nec ad res ecclesiasticas animo rapiendi manus mittere, sub pena suspensionis & laquei. Qua proclamatione per plebanos vulgata, videres rusticos indumentis clericorum sumptis, vagari per exercitum, negotia tractare foralia, impunè accedere & recedere, Anglis astu pie deceptis. Nec valebant Anglici rei veritatem agnoscere, rusticos coronas sibi radentibus ut Anglos fallerent efficacius, aspectu caput albatum. Consequenter insuper fecit Rex proclamari, ne quis feminam coniugatam, viduam siue virginem contra voluntatem auderet opprimere, vel bona diripere plebeiorum, qui se regi submisserant sub pena prætaxata.

Rustici in cler-
icalis habem.

50 Tertiodecimo die mensis Aug. Rex recessit cum exercitu de villa de Tonque, & pernoctauit apud villam S. Saluatoris de Tybe. Crastino die Sabbati pernoctauit

stauit apud villam de Gramuile vbi commoratus est die dominica, viz. in festo assumptionis beatae Mariae. Die Lunae pernoctauit apud Abbatiam de Fontenes, & in die Martis peruenit ad villam de Scuteuile. Die vero Mercurij, consedit cum exercitu coram villa de Caen ex parte Australi prope monasteriũ S. Stephani: Dux Clarentiae ex parte Boreali, iuxta monasterium Monialium sanctae Trinitatis: Comes Marescallus sedit ex parte sinistra regis & Dominus de Mantrauers iuxta eum. Iuxta quem D. de Talbot & Vmfreuile sunt locati, & consequenter D. de Neuile & de Wulluby. Ex parte regis dextera cõsedere comes de Warwike, & D. Ioh. Gray, iuxta quos comites de Huntingdon & de Sarum, & D. Ioh. Gernecornewayle. Dum sic esset dispositus regalis exercitus, & Abbatia S. Stephani foret Francis communita, videntes qui in Monasterio protutamento fuere se impares Regis viribus, locum deserere festinabant. Et diripientes tam victualia quàm alia loci iocalia, latenter in villam commigranerunt notabiles sacrilegio manifesto, vbi constituti tractabant inter se qualiter dictum monasterium flammis absumerent, & turres ecclesiae complanarēt, per quas multa mala fieri posse non dubitabant. Audiuit hæc insusurrari inter Francos quidam monachus eiusdem loci, qui metuens sui monasterij destructionem, confidenter dedit se periculo, & sub illius noctis conticinio manibus reptans & genibus, per hostes, per ignes, per arma, per gladios, tandem peruenit ad locum vbi dux Clarentiae frater regis obsidionis suae vigilias obseruabat. Et impetrato aditu, vidit vbi recubuerat armatus ad vnguem in horto quodā super herbam supposito capiti suo saxo. Cui confestim flexis genibus flebiliter supplicauit vt loci sui ruinæ succurreret, qui iam diruendus erat nisi maturius subueniret. Vobis autem specialiùs conuenit nostrum seruare monasteriũ qui de regum linea descendistis, qui locum nostrum fundauerunt, extraxerunt atque dotauerunt. Quapropter incunctanter vtamini me duce præuio, & ego vos inducam & gaudere faciam loco nostro. Nec mora, fecit dux vt monuit, & arreptis scalis peruenit ad eam partē, quam monachus benè nouit immunitam. Nam pauci sed inualidi relictĩ fuerant, magis ad ostetationem quàm ad defensionem loci. Quos aduentu suo territos, vel captiuauit, vel abire permisit, reputans eos indignos gladio suo propter rusticitatem & vilitatem personarum. Vnum tamen decollari iussit, qui confessus fuerat se res monasterij, scz. ferramenta fenestrarum & huiusmodi compilasse, dicens ei: si nos, ait, nostros propter talia sacrilegia iustè morte mulctamus, multò plus tu penam mereris, qui patriæ propriæ sacella spoliare non times? Dux ergo tali modo potitus loco, introduxit regem in crastino, gaudentem nimirũ, quod a turribus monasterij valebat intueri quacunq; gerebantur in villa, illic figere vel locare gūnas suas, (quas Galli canones vocant) quibus validius villam infestare posset.

Post hæc denunciabatur dies & hora, quibus fieri insultus deberet ad villam. Interea sonante terrifico lituorum & tubarum classico, obsessi semet cohortantes, ad muros alacriter cucurrere, telis armati, gladijs & missilibus, iaculis & petrarys, vt vim vi repellerent. De parte regis, vt ita dicā: Induit aduersis contraria pectora telis miles, vt æternum sanguine nomen eruat. Inter milites D. Edm. Springeus, qui dudum cum alijs militiæ cingulo donatus fuerat, muros Cadomi armatus ascendit, & vulnera alterna datq; capitq; manu.

Sicut aper longè siluis latratibus actus,

Fulmineo celeses dissipat ore canes:

mox tamen ipse perit.

Sic & iste vir egregius dũ multos muris deiicit, dum plures ense perimit, dum Martis acta peragit, lapsus pede corruit in foramen muri, vbi sedendo pugnās peremptus est. Quem mox inhumaniter vt erat armatus adhuc spirantem, gaeneones circumiectis ignibus cremauerunt. Nō tamen destitit regales inimicis inlistere, sed bili concitata propter infortunium tanti socij (fuerat nempe cunctis amabilis) insurrexerunt acrius, & exarserunt contra tam improbos pollinctores, fatigantes illos sic ex parte illa, quod videbatur ipsis qui tuebantur oppidum, ex parte altera necessarium, vt statione sua relictā, ad eam partem accur-

- accurrerent, qua rex oppugnabat villā. Sicq; rarefcente in dicta parte defensore, dux Clarentiæ factis instrumentis in loco qui putabatur tutissimus muros scandit, & post terga Gallorū defiliens, eos adeo repente terruit vt ignorarent, vtrū inuaret potius procedere contra regē, an reuerti & manus erigere contra ducē. Facta est igitur strages magna Gallorū, obuiantibus a fronte regalibus, instantibus a tergo Clarentianis, omnēq; illis adimētibus spem salutis. Taliq; modo rex villa potitus est, castello nondum rebellibus vacuato. Quapropter rex gunnarū iactu sic castrū debilitauit, vt impossibile videretur inclusis se defendere locū posse. Proinde impetrato tractatū, impetrarunt a rege libertatē abeundi relictis armis & victualibus, auro & argento atq; iocalibus in castello. Sed ne inanes omnino & vacui recederent, rex indulgit eis, vt milites quidā certam summā sului metalli secū ferrent, armigeri quoq; taxatā, & alij limitatā tollerent, & non amplius sub pœna perditionis summarū concessarū pariter & vitatū. Fœminas verò permisit ornamenta vel quæq; mobilia secū ferre, & indemnes abire. Quæ magnas auri summas (vt fertur) in vtribus abstulere. Hijs omnibus ingrati Franci beneficijs, regiæ munificentia pessimè responderunt, & inuidentes eius cōmodis, aurū & argentū & quicquid in castrū ad tuendum dēportatū fuit, igne cōbusserunt, vt post recessum patuit eorundē. Post deditiōē castrī de Caen, quod obtinuerunt cōdicionaliter, si rex Francus vel Dolphinus, aut comes de Armanack bello non dissoluerent obsidiōē infra 29. diem mensis Septemb. reddiderunt se pacto cōfessionali ciuitas, & ecclesia Baiocensis cū multis alijs villis. Dum hæc agerentur in Neustria, Lollardi duce Oldcastle insanire cæperunt in Anglia, qui Scotos concitauit tam prece, quā repromissā pecunia, vt intrarent hostiliter regnū in regis absentia, leui negotio, vt asseruit, subiugandū. Ferunt quod Gul. Douglas Scotū ad Pontem fractū allocutus fuerit, grandē promittens auri summā, si gentem suā sollicitaret, & eum, qui falsō dicebatur apud eos rex Rich. venire cum eis faceret, & se ostentare tanquā regem. Scotus verò auri sacra fame coactus nō multò post cōtribulos suos cum magno strepitu venire fecit ad obsidendum castellum, cum villa de Rokelburgh, quō quū venissent, suffocatores immiserunt ad subuertendū muros. Contigit eo tempore ducē Exoniæ Tho. Beufort ad Brydelingtonā venisse perigrinādi gratia, qui confestim audito rei nuncio properauit ad partes, eundo colligens armatos & architenentes, hostibus occurrere festinādo. Ex alia parte custos regni D. Iohan. frater regis dux Bedfordiæ cum alijs regni nobilibus magnum cōflans exercitum ad easdē peruenit partes, q; Scoti per exploratores comperientes, expectare non audentes diutius: *Turpia femine a terga dedere fuga.* Nec mirū, quia plusquā 100000. virorū cōuenisse ferebantur ad repellendū eos: & ne rurales estimarentur & inexperti qui cum heroibus venerāt, vir valde venerabilis dux Exoniæ palā asseuerauit se scinisse ex illis cohortib; delegisse 40000. virorū bellicosorū, qui virtute præstarent & animis, æq; cū valētioribus quasi regni totius, nō obstāte quod maxima multitudo cū rege in Normānia militabat.
- 40 Eo tempore dux Lollardorū Ioh. Oldcastle dum diuersis in locis requireret latibula prope S. Albanū in dominio Abbatis delituit multis diebus in domo cuiusdā rustici, habentis ibidē idoneam mansionē. Quo audito familiares Abbatis illuc nocte properantes illū quidem non inuenerūt, sed quosdā de suis specialibus asseclis tenuerunt & ad carcerē adduxerūt. Ipse verò dux perfidorū hoc audito rumore vehemēter ingemuit, dicens suū grande propositum eneruatū capitis præcipuis conscijs vtorū suorum. In præfato loco reperti fuerunt libri in Anglicis scripti literis, & nonnulli libri quōdam piēti nobiliter & imaginibus decorati, quarū imaginum capita iuxta formā falsæ doctrinæ suæ nebulones abolerant & in Letanijs omnia sanctorū nomina vnā cum nominibus beatę virginis abolerant vsq; ad hunc versum: *Parce nobis domine.* Inuēta sunt insuper illic quædā scripta plena blasphemiarū in beatam Mariā quæ propter horrorem prætereo. Librum tāli rasura deformatū, misit domino nostro regi dictus Abbas S. Albani, cum quibusdā alijs deliramentis receptis ibidem, & D. rex eundem librum Archiep. Cant. remisit, vt in sermonibus faciendis ad crucem S. Pauli Lond. ostēderetur, vt vel sic ciuibus innotesceret quanta furia Lollardi vehebātur, qui nō dico
- 50 Dd. j. ima-

imagines sed nec ipsa sanctorum nomina in suis membranis inferi permittebant. Rex Angliæ per idem tempus impiger in partibus transmarinis, cepit plures ciuitates & villas muratas, cum castris & munitionibus plus quam 100. Hoc an. 4. die mensis Septemb. obiit M. Rob. Alam episc. Sarum, apud Constantiam concilio non dum finito. Mense Decemb. rex Henr. obsedit Falesiam villam munitissimam, refertam defensoribus, superbam suis opibus, instauratam machinis, confidentem manibus ut ne quidem portas contra regem in initio claudere dignabatur. Villa tamen leui negotio terrore gunnarum reddita fuit regi. Sed castrum cum magno fastu detentum fuit ferè usque ad festum Purificationis medio tempore multis hinc inde iactis conuiuijs. Tandem obstinatione deposita penituit obsessos tam diu perseuerasse in pertinacia, & humilius sapiendo regis gratiam flagitabant. Non enim ferre valebant horridos saxorum volatus quos crebro circa se cernebant emissos cuilibet formidandos. Et proinde maluerunt semel vitam seruare quoquo pacto quam quotidie quasi mortem metuendo mori. Igitur post certas conditiones, assecrauerunt regem se proprijs suis sumptibus dona castri velleque ruinas reparaturos, preter illas quas soluerent redemptionis sue summas, quod idcirco rex illis imposuit propter sue fastuosæ detentionis diuturnitatem, quæ fuit causa ruinæ magnæ dicti castelli. Circa præsens tempus captus fuit in Anglia ille vaniglorius, inueteratus dierum malorum, primicerius Lollardorum, dux & princeps perfidorum Ioh. Oldcastle, quondam dictus D. de Cobham in terris domini de Howisia non sine periculo, lesioneque quorundam qui ceperunt eum, sed nec ipse sine vulnere tentus fuit. Sub eodem tempore vocati fuerant ad parlamentum Londonias omnes status regni, ut de pecuniali suffragio regi ferendo consulerent, qui laborabant in partibus ultramarinis. Cumque domini & personæ parlamentales audissent quod captus fuisset hostis publicus, placuit cunctis parliamentum non dissoluendum, donec interrogatus & auditus fuisset in eodem parlamento. Missus est igitur D. de Powisia qui deduceret eum manu forti. Qui & adduxit eum Londonias in lectica saucium vnam cum clerico omnium secretorum suorum consilio. Nec mora, cum constitutus fuisset in præsentia rectoris ducis de Bedfordia, & statum parlamenti, lectum fuit indictamentum contra eo de hostili insurrectione contra regem in campo S. Egidij, & alijs offensis læsæ maiestatis, quæ partim tanguntur superius locis suis. Quæsitumque fuit ab eo, qualiter se voluit excusare, & ostendere quare non merito sit abiudicatus morti. Qui mox aliunde querens diffugia, assumpta parabola cepit predicare de dei misericordia, & quicumque mortales dei imitatores esse vellent, deberent semper misericordiam superexaltare iudicio, vindictam fore solius dei, quæ ab eius cultoribus non debuit exerceri, sed soli deo relinqui. Et alia plura commemorauit, redimendo tempus, donec summus regni Iusticiarius regis vicarium monuit, ne pareretur eum inaniter tempus terere, & assistentes regni procures molestare. Iussit ergo regni rector ut responderet conformiter ad obiecta. Qui se videns constanter irgeri, tandem post breuem meditationem soluto silentio respondit dicens. Mihi autem (inquit) pro minimo est ut a vobis iudicer, aut ab humano die. Et iterum impertinenter garrulare cepit, donec summus Iusticiarius iussit ut responderet finaliter, & doceret si posset, quare mori non debuit. Qui confestim cum summa superbia & abusione respondit, se non habere Iudicem inter eos, viuente ligo domino suo in regno Scotiæ rege Rich. Quo responso accepto, quia non opus erat testibus, sine mora iussus est trahi & suspendi super furcas, atque coburi pendens in eisdem. Vbi cum plures personæ honorabiles huic spectaculo interessent, D. Tho. de Erpinghtum (prout dicunt) nouissima verba locutus est, adiurans eum, ut si cerneret eum resurgere die 3. pacem procuraret seculi sue. Tanta perdit fuit dementia, ut putaret se post triduum a mortuis surrecturum.

An. 1418. tenuit rex natale in Normania apud Baiocas, circa quod tempus reditum fuit sibi castrum de Falesia, & ciuitas de Aueraunce se submisit. Post festum paschæ missi sunt per regem ad obsidendum monasterium de Bekke Herlewini, D. Tho. dux Clarentiæ, ad obsidendum villam de Sherburgh, D. Humfridus dux Glouerniæ, ad obsidendum castrum de Danufrount D. Rich. comes Warwici, ad obsidendum castrum Nully le vesque comes de Kyme. In die S. Georgij rex apud Wonium in castello celebrauit solemniter idem festum. Circa festo Trinitatis ad iussum regis

gis profectus est in Normanniā D. Tho. dux Exoniæ regis auiculus, cum 15000 (prout dicitur) bellatorum. Mense Iunij Burgundiones nocte Parisiū intrauerunt & comitem de Armanack morte turpissima mulcauerunt. Nā (vt ferūt) eum crudeliter excoriarunt, & ex post crudelissimè peremerunt. In illa ferali seditione iugulati feruntur plures nobiles scz. Cardinalis de Baar, Archiep. Remensis, episc. de Mentz, episc. Constantiensis, episc. de Liseux, Abbas S. Dionysij, abbas de Pormayle, Cancellarius Franciæ, præpositus Parisiorū, & plures alij ad numerū quatuordecem millium personarum. Nec satiari potuit effrænata furia tanta cæde virorum, quin et in fæminas grassaretur: nempe feruntur iugulata
 10 5000, fæminarum. Sub eodem tempore rex obsedit villam nobilē vocatam Loueres: quam fortiter expugnatam cōpulit ad deditionē sub certis conditionibus vtrobiq; pactis. Reddita est ergo regi in vigilia S. Ioh. Baptistæ. Die verò Lunæ sequenti mouit dominus rex exercitum versūs Pount de la Arche cueroise.

Eodem tempore dux Exoniæ obsedit ciuitatē Ebroicensē. Ipso anno infra octauas assumptionis beatæ Mariæ, D. Iesus (vt putatur) ob honorē gloriose matris suæ, quā propensius veneratur rex Angliæ, dedit ei in locis varijs 3. miraculofas victorias in prouincia Normannorum. Prima fuit, quod 100. de suis Anglicis, die Martis infra dictas octauas ceperunt 3. magnos dominos apud locū vocatum Kulnef, & personas alias 80. & 300. fugere compulerunt. Secunda fuit die
 20 Iouis, 400. nempe de hostibus intrauerunt suburbana ciuitatis Ebroicensis, & 11. ex Anglis fugauerunt eos, & ceperunt ex his 4. & 12. peremerunt, captis 40. dextrarijs eorundem. Tertia fuit die Sabbati sequente, summo mane: hostes reuera voluissent cepisse villam quam rex ceperat in prima equitatione sua præsentis anni dictam Loueres, sed capitaneus dictæ villæ cum 100. de nostris exiuit animosè contra mille, & deo volente vicit eos, & tradidit in manus hominum nostræ partis 180. personas generosas ex hostibus, per omnia benedictus deus.

Pridie Calendas Augusti capta fuit inopinatò villa de Pountoyse prope Parisiū, probitate Capitanei de la Bouche summo mane. Qui nocte non procul à villa delitescens inter vineas cum nōnullis de regis familia, in vigilia matutina repente scalarum scansione muros ascēdit, vbi post diutinam dimicationem, occisis multis de defensoribus, & pluribus vulneratis, cum ciues cernerent numerū nostratum crescere inter eos, oppressi vecordia, apertis portis fugerūt quòd fors quemq; trahebat. Fuerunt utiq; in ea villa præfortes homines constituti pro defensione mille, qui ferebant lanceas atq; scuta, & balistiariorum duo millia. Qui omnes sub festinatione versūs Parisiū fugere contendebant: sed intercepti sūt & præoccupati per Comites de Huntingdonia, qui & ipse destinatus fuit ad hoc negotiū vt ipse ex vna parte villæ ciues occuparet, dum alij ex parte altera muros ascēdere molirentur, sed tamen retardatus fuerat in marisco, non inueniens exitum vsque ad Solis ortum. Occisa est igitur illa penè multitudo
 40 per Comitem, villa per nostros detenta, in qua recōdita fuerunt omnis generis victualia ad duos annos. De cuius amœnitate, diuitijs & utilitate rex scripsit, quod inter omnia quę gessit in trāsmarinis partibus opus inagis vtile non peregit. Hæc autem gesta sunt expirantibus treugis, in crastino postquam Franci Regem suis fallacijs delusissent, & pacis vias quas rex obtulerat recussassent. Ferunt quod dicta villa fuit instaurata sufficienter victualibus pro duobus annis.

FINIS.

Dd. ij.



Index rerum memorabilium: prior numerus paginam, posterior lineam indicat.

- A**quitania a paganis vastata. 3. 53
 Arnulfus patriæ turbator. 9. 35
 dolus cum duce. 9. 50. consilium nephandum Lodowico dedit. 11. 7.
 Anglorum strages in Normannia. 16. 40.
 Alani factus reprimatur. 23. 26. recipitur in gratiam. 24. 8.
 Aluredus iniuste peremptus. 26. 6.
 Anselmus sit Cant. Archiep. 33. 44
 origo eius. 34. 50. Romam petit 35. 20. humaniter a papa tractatur. 35. 33. reuocatur. 35. 41.
 Albanius rebellas capitur. 33. 4.
 Antiochia a christianis capta. 36. 13
 Angliæ regis curia a principibus frequentata. 42. 7.
 Armoricus sinus quis. 44. 40.
 Amicus verus. 49. 24.
 Arthuri homagium Iohanni. 52. 52
 rebellans capitur. 53. 44. moritur. 54. 11.
 Alienora mors. 54. 26
 Anglia interdicto supponitur. 55. 13
 Andegauis desiscit ad Francos. 56. 53.
 Apollata supplicio affectus. 57. 55.
 Alienora monacha. 71. 46
 Angliæ regis ius in regnum Scotiæ 73. 18. probatum. 89. 52.
 Angli & Franci ligati. 75. 15. Gal-
 lorum classem capiunt. 77. 26
 Adolphus interfectus. 81. 20
 Angliæ pars Scotis tributaria. 101. 50.
 Andreas Hercle proditor. 105. 52
 condemnatur. 106. 3
 Alieni Angliam pulsi. 107. 13
 Asinum papa admitteret ad episcopatum. 118. 10
 Annonæ caritas. 122. 24
 Anglorum in Gallos victoria. 124. 43
 Aquitania desiscit a rege. 133. 21
 Alicia Peeres. 134. 27
 Angli Portugali opem ferunt. 139. 30
 Arundeliæ comitis gesta. 142. 18
 interfectus a rege. 147. 33
 Anglia vastata a Scotis. 149. 30
 Annus lubilæus. 144. 24
 Aquarum inundatio apud Bury. 147. 14
 Aquæ diuise portentum. 153. 52
 Angliæ naues submersæ. 171. 16
 Aurelian. dux in stupris cæsus. 173. 8
 Aurelii. ducis procuratorium. 177. 30
- B**er dictus costa ferrea. 3. 18. graf-
 satur in Francia. 3. 40. obiit. 4. 36.
 Brunonis fraus in Richardum de-
 lecta. 14. 21
 Britones Danorum decipulis cæsi. 20. 4.
 Burgundiones inuiti Francis sub-
 diti. 21. 7
 Baldwinus Francorum regis filiam
 ducit. 22. 56.
 Boloniensis comes vulneratus. 43. 16.
 Boamundus proditor amens mo-
 ritur. 47. 4
 Barones a Iohanne deficiunt. 55. 53
 eorum rebellio. 55. 21. multi eo-
 rum capti. 55. 30
 Britannorum subuersio. 55. 33.
 Bellum ciuile. 64. 5
 Baliol rex Scotiæ fit. 75. 4. homa-
 gium facit. 77. 5. fidem violat. 79. 36. citatur. 80. 16. pacem petit. 81. 34. subiectio eius. 81. 40. Turri
 mancipatur. 82. 46. ad papam mit-
 titur. 87. 54
 Bellum mariscum. 79. 5
 Bellum inter Scotos & Anglos. 85. 28
 Brus Rob. rex Scotiæ. 97. 5. fugit. 97. 44. Anglos exdit. 101. 4. comi-
 tas eius. 101. 26. lepra moritur. 111. 46
 Burdegalia se in libertatem assen-
 tit. 95. 14.
 Bonifacius papa accusatus 95. 47.
 male tractatus. 95. 54.
 Beneficiorum fructus per papam re-
 seruantur. 102. 14
 Boum pestis. 103. 54
 Baronum insurrectio. 104. 27
 Burdegaliæ dolus in Gallos. 117. 16.
 Berwicum a Scotis capitur. 123. 36
 Bruges concilium. 133. 38
 Bonum parlamentum. 134. 12
 Bellum nauale. 145. 14
 Bullarum virtus. 145. 12
 Bancus regis. Ebor. transfatus. 146. 53
 Bellum ciuile. 162. 24
 Burgundiæ ducis machinæ in Ca-
 lesiam. 175. 30
 Brigittinorum ordo. 184. 19
- C**amisæ virtus. 6. 20.
 Cnutus de Anglis triumphat. 19. 10. reginam Emmam du-
 cit. 19. 16. Ducem instituit hæ-
 redem. 24. 12. moritur. 25. 45
 Copia rerum omnium. 34. 23
 Christianorum clades. 34. 28. vi-
 toriam deportant de paganis. 34. 34.
 Cenomannensem fidelitatem Regi
 suo. 44. 1.
 Cursac compedibus argenteis te-
 netur. 48. 16.
 Cipri situs. 48. 18
 Classis Anglicanæ fortitudo. 56. 13
- Conspiratio Gallicorum per mili-
 tem patefacta. 56. 42.
 Comes de alba Marlo excommu-
 nicatur. 57. 46.
 Crux neoti. 70. 56
 Cisterciensium Abbathia constru-
 cta. 71. 11
 Cælestinus papatus renunciat. 78. 32. moritur. 83. 3
 Clerus regia protectione exclusus. 83. 7
 Comitum literæ ad papam. 94. 16
 Cardinales spoliuntur. 102. 48
 Conciliū Simonis Archiep. Cant. 111. 16
 Cornubiæ comitatus fit ducatus. 113. 46
 Cleri indulta. 117. 32
 Calesia obsessa. 119. 30
 Cardinalium magnum promissum 124. 20
 Comitatus magna. 127. 40. quæ
 damna intulit. 129. 9
 Carolus rex Franciæ puer corona-
 tur. 138. 46
 Canteb. parlamentum. 149. 40
 Comitum rebellio. 157. 30. decola-
 ntur. 157. 48
 Cometa. 159. 8
 Conspiratio in Henr. 4. 159. 15
 Comitatus Oxon. cōmentum. 165. 4
 Cardinaliū votū de papatu. 170. 46
 Cant. Archiep. concilium conuo-
 cat. 184. 53
 Conciliū Cōstantiæ celebratū. 185. 2
- D**Acorum lex de ignioribus ex-
 ulandis. 3. 4.
 Dani Angliam infestant. 4. 45
 Damata capta. 57. 29. a turcis re-
 cuperata. 57. 32. rursus a Chri-
 stianis capta. 60. 38.
 Danum ex inundatione aquarum. 61. 18.
 Davidis rebellio. 70. 17. captio. 70. 50. condemnatio. 71. 4
 Douer spoliatur a Gallis. 79. 28
 Dagworthi victoria de Carolo
 Bloys. 120. 6
 Diuites soli subsidium solunt. 137. 18
 Duellum coram rege. 138. 16
 Dubliniæ parlamentum. 148. 14
 Diabolus in specie fractis. 159. 40
- E**Thelstani legatio ad ducem Nor-
 manniæ. 8. 10.
 Ethelredus exercitum in Norman-
 mittit. 16. 26. in Danos crudelitas
 18. 10. fugit. 18. 50
 Edwardus fit rex Angliæ. 26. 10. du-
 cem heredem statuit. 28. 6. mo-
 cor.

INDEX.

- ritur. 28. 13. corpus translatum. 66. 2
Eustachius Doueri castrum obsidet 29. 7. fugit. 29. 12
Exactio ad terram sanctam. 48. 5
Episcopus in armis strenuus. 51. 51
Edmūdus fit Archiep. Cant. 58. 44
moritur. 59. 30. canonizatur. 60. 25
Edwardus Alienoram ducit. 61. 26
Exheredatorum redemptio. 65. 16
rebellio eorum. 65. 32
Edwardus nauigat Acon. 66. 30
clam cæsus. 66. 47
Edw. 1. absens fit rex. 67. 20. respō-
sio de morte patris. 67. 34. ho-
magiū regi Franciæ facit. 67. 50
mirè seruatus a fulmine. 71. 50.
regnū Scotiæ penes se habet. 74
20. citatur Parisius. 77. trāsit in
Flandriam. 84. 6. redit in Angliā
87. 1. duas costas confregit. 87.
19. in Scotos pergit. 95. 2. dona
papæ mittit. 96. 4. 2. ad papā scri-
bit de iure suo in Scotiā. 89. 46
vixorem ducit. 88. 12. dat pacem
Scotis. 88. 28 in Scotos pergit.
97. 23. absolutus a iuramento
per papā. 97. 55. dissenteria la-
borat. 98. 25. moritur. 98. 30
Edw. Brus captus. 103. 28
Erici scriptum. 75. 40
Edw. 2. coronatur. 99. 28. fugit. 100
27. in Scotiam tēdit. 100. 50. in
Barones exercitū congregat. 104
50. citatur in Gallia. 105. 35. re-
ginam exilio proscibit. 107. 40
capitur Rex. 109. 10. regno deie-
ctus. 109. 34. nequiter occisus
110. 24
Edw. 3. Rex. 109. 50. periclitatur in
Scotia. 110. 40. homagium Gallo
facit. 111. 25. Scotis cladem inflig-
git. 113. 48. iterum configit.
113. 29. in Galliam exercitū pa-
rat. 114. 34. redit subito. 115. 2.
vincit Gallos. 119. 16. Calesiā ca-
pit. 121. 13. Gallos fugat. 121. 48.
quam pacē cum Gallo fecit. 126
52. iubilium suū seruatur. 127. 54.
Franciam vendicat. 131. 3. ad pa-
pam legatos mittit. 133. 10. mo-
ritur. 136. 4
Edw. Baliol homagium. 113. 10. ite-
rum. 123. 46
Edw. principis gesta. 123. 19. Petro-
ni auxiliatur. 129. 30. Wasco-
niam patri resignat. 132. 12. mo-
ritur. 134. 40
Episcopi secularibus officijs amo-
ti. 132. 24.]
- F.
- Filius patrem regno pellit. 23. 4
Francorum cædes. 27. 30
Fames ex bello in Angliā. 30. 53
Flandrensiū submersio. 42. 36
Francia tota taxatur ad bellum in
Normannos. 43. 3
Frācorum rex dominia Angliæ in-
uadit. 47. 13
Francorum regis perfidia. 49. 12
Facies Io. Baptiste aduecta in An-
gliam. 54. 42
Franciscus fit Monachus. 56. 4
Franci prohibētur Anglos infesta-
re. 56. 36
Falcasij ruina. 58. 14
Fames in Gallia. 58. 48
Frumenti copia. 72. 17. caritas. 72.
40.
Flandrensiū afflictio. 83. 28. An-
glia pelluntur. 97. 2. 13. 40
Ferculorum diminutio præfame.
102. 10
Flandria sub interdicto. 116. 15
Franciæ rex liberatus. 127. 28
Frumenti caritas. 128. 31
Franci foedifragi. 130. 42
Flandriæ comes terra sua pulsus.
137.
Foeminarum barbara crudelitas.
159. 54.
- G.
- Gemetici conditor. 3. 30. spolia-
tura pagani. 3. 36
Gertrudis capella vnde. 5. 5
Gulielmus fit dux. 7. 30. mores. 7.
31. liberalitas. 8. 7. pacem inter
reges componit. 8. 31. munificen-
tia in monachos. 8. 52. cupit esse
monachus. 9. 5. Herlewinum in
sua restituit. 9. 42. dolo interep-
tus. 10. 11. Rhotomagi sepelitur.
10. 21.
Guliel. subditi rebelles. 24. 47. so-
cium rebellem comprimit. 26.
30. Baldwini filiam ducit. 27. 8.
Cinnomannos subiugat. 27. 43
fit hæres Angliæ. 28. 2. Haraldū
bello occidit. 28. 34. Angliæ rex
coronatur. 28. 51. ecclesiā S. Ma-
rie dedicat. 28. 54. Excestriā sub-
iugat. 30. 45. Scotorum regem
ad deditionem cogit. 31. 31. poe-
nas de coniuratis sumit. 32. 16.
vulneratur a filio. 32. 29. Walliā
subiugat. 32. 34. valorem Angliæ
inquit. 32. 36. testamentū eius
32. 48. Cadomi sepultus. 32. 53
Gisleberti deditio. 25. 7.
Goiffridus Norman. spoliatur. 26. 45.
Guliel. Rufus consecratur. 33. 4.
Robertum fugat. 33. 24. redeunt
in gratiam. 33. 32. morbus. 33. 41
rebelles comprimit. 33. 3. Saris-
burie consilium tenet. 34. 9. sa-
gitta cæsus. 36. 36.
Guliel. Scotorum regis crudelitas.
43. 38. subiectionem facit Anglo-
rum regi. 45. 5. homagium facit.
48. 3
Galfridi mors. 46. 48
Glouernia capta a Baronib. 62. 37
Guido ob stragem excom. 67. 46
Galco de Bierna rebellis. 67. 57.
conuictus. 68. 16
Glouernia statuta. 69. 41
Gul Walleys rebellis. 83. 32
Gaueriton ab exilio redit. 99. 7.
relegatur. 99. 43. decollatur.
100. 30
Galli naues struunt. 117. 27
Gallia spoliata. 121. 24
Gens sine capite. 125. 8
Gelu. 128. 25
Gallica classis tempestate dispersa.
142. 52
Gleyndour prædatur. 164. 50
- H.
- Hastings præceptor Bieri. 3. 16.
crudelitas eius. 3. 26. dolus in-
signis ad urbē Lituis. 4. 10. vr-
bi Carnotensi præest. 4. 37. e-
am Theobaldo vendit. 5. 47
Hugonis perfidia in amicum. 11. 44
Normannia pellitur. 12. 11. subie-
ctio. 21. 34
Hellewinus occiditur. 12. 40
Haraldus Danorum rex. Richardo
opem fert. 15. 20.
Haraldus fit Anglorum rex. 25. 45.
moritur. 26. 7
Hardecnutus fit rex Anglorum. 26
8. moritur. 26. 9
Henricus Norman. vastat. 27. 24.
moritur. 27. 55
Haraldus regnū inuadit. 28. 13. filij
eius Angliam inuadunt. 29. 45.
quomodo sibi peiuriam struxit
30. 24.
Hildebrandi impia decreta. 31. 37
Hericus primus coronatur. 36. 39.
Matildam ducit. 36. 44. Norma-
nos subiugat. 36. 50. magnani-
mitas. 37. 20. ducit Adelizam.
37. 35. moritur. 38. 14. quæ castra
struxit. 38. 17
Henrici Imp. mors. 37. 48
Henricus 2. coronatur. 40. 7. Calu-
montem capit. 40. 27. homagiū
principum recipit. 40. 33. hyber-
niam visitat. 40. 16. purgat se a
nece Thomæ. 41. 55. deficiunt ab
eo domestici. 43. 23. inimicos
disperdit. 43. 46. quam religio-
sus fuit. 44. 26. victoriam ubiq;
deportat. 44. 45. pacem cum
Francis firmat. 47. 25. moritur.
47. 34. Epitaphium eius. 47. 38
Hybernix descriptio. 44. 26
Hyberneses regi Angliæ subdun-
tur. 49. 35
Henricus filius Henr. fugit. 42. 20
arma sumit in patrem. 42. 30. Sa-
giam

INDEX.

L.

giam inuadit. 43. 52. patri recō-
ciliatur. 45. 12

Henrici filij Ioh. coronatio. 56. 25.
treuge inter eum & Lodowicu,
56. 36. eius humilitas. 58. 33.
charta ab eo cōcessa. 61. 15. Nor-
manniam resignat. 62. 10. mors.
67. 2

Hubertus incarceratus. 58. 37

Henr. capitur. 64. 20

Hispanorum clades. 121. 52. 130. 8

Hawkwood miles strenuus. 131. 26

Hybernēses relegati domū. 147. 43

Henr. 4. coronatur. 157. 3. periculū
mortis euitat. 158. 54. proceres
debellat. 162. 40. inopia laborat
163. 30. negatur ei subsidium. 167
46 Berwicū capit. 169. 20. con-
tradicit papæ. 170. 29. scribit ad
Papam. 173. 40. moritur. 178. 32

Hyems dura. 172. 128

Hereticus combustus. 174. 43. 38

Henr. 5. coronatur. 178. 37. fundat
3. monasteria. 184. 14

Henr. le Scroope proditor. 186. 40
capite plectitur. 187. 15

Hareflu obsidetur. 188. 3

Ierusalem recuperata per christia-
nos. 36. 29

Iuramentum Angliæ & Franciæ re-
gum. 45. 32

Ioppe capta recuperatur. 49

Ioh. defectio a fratre. 50. 16

Inundatio aquarum Parisijs. 51. 4

Ioh. coronatio. 52. 45. Isabellā du-
cit. 53. 19. Parisius venit. 53. 23.

moritur. 56. 13. eius deuotio in
religiosos. 56. 20. hybernā sub-
iungit & Walliam. 55. 37. pacem
a Papa mercatur. 56. 30. Ande-
gauriam capit. 56. 43

Itali ecclesiæ Anglicanæ opima oc-
cupant beneficia. 60. 18

Iudeorum scelus. 51. 36

Iusticiarij Ang. repulsi. 61. 17

Iudei suspenduntur. 69. 38. Anglia
pulsi. 72. 20.

Indulta Edw. 3. pro subsidio. 117. 24

Iubileus annus. 122. 2

Ianuensis mercator occisus. 137. 36

Ioh. Straw suspensus. 140. 15

Ianuensium naues direptæ. 144. 1

Insula Man regē habet. 147. 4

Imperator venit in Angliā. 158. 30

Insurrectio Ebor. Archiep. 168. 10

Insurrectio comitis Northumbriæ
172. 34

Ioh. papa vestitum mutat. 185. 34.
eius depositio. 185.

Inuadit. 184.

Kols exercitum in Galliā ducit
131. 42. moritur. 172. 10

Krakon rex baptizatus. 175. 43

Lothbrocus filium pellit regno.
3. 14

Lodowicus Normanniæ cupidus,
10. 40. tutor Richardi. 1345. con-
uictus eum lacerat. 11. 13. consiliū
cum Arnulfo capit. 11. 37. capi-
tur ab Haraldo. 12. 45. liberatur.
13. 8.

Lotarius Richardi interitū machi-
natur. 14. 30. eius dolus non suc-
cedit. 14. 46. aperta vi Norman-
niam aggreditur. 14. 50

Lis inter Angliæ & Franciæ reges.
40. 44

Legiocestræ comitis perfidia. 42. 46

Lodowici fuga. 44. 52. peregrinatu-
rus venit in Angliam. 45. 47. mo-
ritur. 45. 50

Londini defectio a rege. 55. 27

Lateranense concilium. 55. 47

Lodowicus Pape legatum spreuit.
55. 56. Angliā occupat. 56. 3. fu-
gatur. 57. 6. absoluitur. 57. 20.
moritur. 58. 21

Lugdunense conciliū. 60. 11

Lewlinus Cestriam vastat. 61. 34

Lodowici in terram sanctam expe-
ditio. 66. 10. moritur ibi. 66. 25

Lanæ tributum auctum. 83. 18

Lewlinus captus. 102. 3

Leprosorum executio. 104. 8

Lodowic^{us} Imp. scedifragus. 116. 30

Londinensium furor. 135. 43. timor
inanis. 143. 53

Lancast. dux falso accusatus. 141.
33. Hispaniæ regnum vendicat.
143. 35. priuilegia profecturis
cum eo data. 145. 37. redit in
Angliam. 144. 39. fit dux Aquit-
aniæ. 144. 55. moritur. 154. 16

Lollardi præbyteros creāt. 144. 30.

Londinensium priuilegia adempta
146. 28

Lacastriæ ducis insurrectio. 153. 38.
regnum vendicat. 156. 29

Lollardorū assertiones. 160. 24. in-
surrectio. 182. 40. fuga. 183. 15

Legati Francorum spreti. 186. 30

M.

Mildunū rebellās capitur. 10. 15
Menwaldū capitur. 21. 30

Malgerius Archiep. resignat. 27. 17

Malcolinus fidelitatem iurat. 35. 35

Monachi restituuntur. 52. 9

Monachorū Cant. contentio. 54. 46

Mirabile de hostia. 55. 16

Missa saluat in bello. 95. 34

Mortalitas ex fame. 162. 15

Middleton suspensus. 103. 8

Monachorū bona direpta. 114. 22.

Mortalitas magna. 121. 30

Moneta noua. 122. 8

Michael Attepool proditoris cō-
uictus. 144. 34. moritur. 144. 26

Monstra de syluis visa. 161. 16

N.

Normannorū prudentia. 11. 50
Fortitudo. 15. 40

Nunciij ex varijs regnis ad Anglos.
45. 23

Normanni ad Francos desciscunt.
54. 16

Northamptona capitur. 63. 47

Norwicēsum scelus punitū. 66. 53

Northumbri suos spoliāt. 102. 30

Normannorum clades. 118. 46

Neustria spoliatur a comitibus. 125.
41.

Normannorum scelus in Winchel-
scia. 126. 16

Norwic. episc. gesta. 140. 33. tem-
poralia seiscantur a rege. 141. 17

O.

Otho Imp. irrumpit in Normā-
nos. 13. 34

Odo Matildam ducit. 19. 26. rebel-
lans subiungatur. 19. 40. pax fir-
matur. 20. 13

Olanus Nouicorū rex fit Christia-
nus. 20. 20. obiit martir. 20. 24

Odo fit custos regni Angliæ. 30. 40

Otho fit rex Romanorū. 55. 2. ex-
cōmunicatur. 55. 29. ab imperio
deponitur. 55. 3. moritur. 55. 18.

Otho legatus ab Oxoniens. male
tractatur. 59. 2. capitur ab Impe-
rat. 59. 24

Othoboni statuta. 65. 53

Obolus fit rotundus. 69. 54

Odium inter Normannos & An-
glos. 107. 53

Oxonia interdicta. 122. 50. repellit
Cant. uisitationem. 176. 26

Oldcastle citatur. 179. 40. exami-
natur. 180. 21. sententia in eum
lata. 181. 47. condemnatus fuga
elabatur. 182. 10. eius armatura
inuenta. 187. 43.

P.

Papa discordiarū motor. 55. 45
Papa literæ combustæ. 39. 26

Patronum conspiratio in Gul. 19.
24 caduntur. 29. 42

Lanfrancus fit Cant. Archiep. 13. 14
quō modo a Papa exceptus. 31.
15. quæ edificauit. 31. 24

Philippi Francorū regis fuga. 51. 15
præda fit Anglis. 51. 24. fere sub-
mersus. 52. 20. Normanniam va-
stat. 53. 32. & Acquitaniā. 53
52. naues proprias comburit. 56
18. moritur. 58. 3

Pax inter Angliæ & Franciæ reges.
53. 6

Pellis ex corporibus submersis. 55
42.

Pape excōmunicatio nihili fit. 56. 10

Pœna perfidix. 57. 15

Parhampton. 33. 34. 53. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200.

- Præliū inter reges Angliæ & Frā- Robertus dux rebelles comprimit. 22.30. fraudem Hugonis ante- uertit. 22. iter-parat Britanniam vastaturus. 23.44. Gulielmū fili- um hæredem constituit. 14.18. peregrinatur Ierosolimam. 24.27. moritur. 24.34.
- Papa de glubet clerū Angliā. 60.18. Paistorum visio in Gallia. 61.3. Pluuiæ defectus in Anglia. 61.13. Prouisiones Oxoniæ. 61.52. reuo- catæ. 62.22.
- Peckam Io. Arch. Cant. 69.51. Procerum petitio ad regem. 84.20. Papæ gladius verbalis. 88.48. pro- uisiones cassatæ. 116.49.
- Papæ nunciij suspensi. 115.38. Philpot classem exhibet in piratas. 136.44.
- Plebis insurrectio. 139.45. Portugalie regis mors. 143.2. Proceres exercitum in regem con- gregant. 148.29.
- Proditorum querelæ. 161.30. capi- te plectuntur. 12.
- Parliamentum indoctorum. 166.8. Pestis Londini. 171.44.
- Pisis concilium generale. 174.35. Papæ tres papatui renunciant. 185.15.
- R.**
Rhotomagus ab hostibus com- busta. 3.38.
- Rainerius a Danis capitur. 4.51. Rollo Danis profugis præficitur. 5.16. Colloquiū cum Hastings. 5.22. rebelles Angliæ coercet. 6.10. Francos infestat. 6.25. Fran- corū regis filiā ducit. 6.41. bap- tizatur. 6.49.
- Rainoldus concreditur cum Rol- lone. 5.36. casu interficitur. 5.52. Roberti feueritas in legibus exe- quendis. 7.13. moritur. 7.27.
- Rihulfi perfidia. 7.44.
- Rich. fit dux Normanniæ. 10.51. fe- cretò aufertur. 11.26. Emma de- sponsatur. 13.25. eam ducit. 14.5. Theobaldū profligat. 15.2. Auxiliū ab Haraldo cōtra Gallos pe- tit. 15.11. eius vxor sine prole mo- ritur. 15.30. nuptias repetit cū Gunnor. 15.51. eius deuotio. 16.3. statura. 16.24. ægrotans Rich. filiū hæredem suum constituit. 16.27. moritur. 16.36.
- Rich. catholicus. 16.43. Rusticos rebelles compescuit. 16.53. Fra- trem Gul. obsequiū negantem carceri mandat. 17.5. poeniten- tem in gratiam accepit. 17.20. eius liberi per vxorē Iudith. 20.33. eius mors. 21.51.
- Robertus Francorū rex Burgundi- ones subegit. 21.10. a solio per fi- liū pulsus. 23.2. regno restitutus moritur. 28.15.
- Rob. Archipræsul obsidetur. 22.16. Normanniā anathematizat. 22.18. reuocatur. 22.20. moritur. 25.25.
- Regū 4. amicus congressus. 45.53. Rich. in rebellionē moritur. 46.17. Rich. coronatur. 47.53. petit terrā sanctam. 48.11. nauigat Acon. 48.40. periclitatur de Turcis. 49.21. capitur. 49.43. absoluitur. 94.46. in carcerē conijcitur. 50.32. curia eius in ecclesias. 50.53. mag- nanimitas. 51.4. truncatur pede. 51.37. prædam in Francos ha- bet. 52.23. balistæ iaculo mori- tur. 52.30.
- Rhotomagū capitur. 55.30. Richardi compassio. 59.10. Rex Francorum capitur a Sarace- nis. 60.44. liberatur. 60.54. Rich. rex Roman. coronatur. 61.48. Rob. Cant. Cardinalis. 69.36. Rotunda tabula. 70.2. Resi rebellio. 72.11. Risuntium capitur. 79.20. Rogerus de Mortuo mari euadit. 106.50. cur suspensus. 111.54. Regina Edw. 2. exulat. 107.40. fu- git e Gallia 108.3. in Anglia ap- pellit. 108.20. regem persequitur. 109.11. Rotunda tabula. 117.16. Rich. 2. coronatur. 113.6.13. comites creat. 113.6.20. vxorem ducit. 140.21. cogit consiliū in proceres. 146.146.45. nouos officarios eligit. 144.4. magnas pecunias summas mutuatur. 145.26. Lollardos com- primit. 148.33. conuenit cum rege Gallie. 149.31. futurus esse Imperator fertur. 151.1. proceres incarcerat. 151.10. pecunias mul- tas mutuatur. 154.28. iuramēta in- solita imponit suis. 154.45. na- uigat in Hyberniam. 155.5. quæ- rit latibula. 155.53. regnum re- signat. 156.9. moritur. 158.14. ru- mores eū vixisse. 171.38. corpus eius Westm. translatur. 182.26.
- Rob. Veer dux Hyberniz. 144.30. vxorem repudiat. 146.3. mori- tur. 146.46.
- Romipetæ proposito frustrati. 145.53. Rusticorum fortitudo in Gallos. 164.30.
- S.**
S. Wenus exercitū in Anglos pa- rat. 18.30. moritur. 18.51. Stigandus cur degradatus. 31.4. Stephanus consecratur. 38.24. li- beralitas. 38.35. Lincolniam ob- fidet. 38.49. capitur. 38.50. ab- soluitur. 39.10. coronatur. 39.23. moritur. 39.47.
- Scoti vnde dicti. 46.43. S. crux a Turcis capitur. 46.55. Saladini perfidia. 48.49. vincitur a Christianis. Saraceni intercepti. 49.30. Subditorum liberalitas ad regem redimendum. 50.43. Stephanus Langton Anglia inter- dicitur. 54.54. admittitur Ar- chiep. Cant. 56.24. Sedes Sarum translata. 57.37. Simon recipitur in gratiam. 59.16. Saraceni christianos cædunt. 60.5. Simonis prædatio cum Baronibus. 62.50.
- Scoti Angliam vastat. 80.30.81.17. Scotorū homagij forma. 82.26. Stryuelin castrum obsessum. 96.16. Scotorum prædatio. 103.14. Scotorum regnum excommunica- tum. 103.33. Spenseri exulant. 104.36. Scoti bona Edw. 2. spoliunt. 105.20. Southampton a Gallis combusta. 114.12.
- Saraceni incantatio de serpente. 117.44. Scotorum strages. 118.26. Scoti deprædantur Penreth. 118.33. & castrum de Werke. 141.7. & Berwicum. 141.33. Sanguis de ligno fluens. 141.43. Serlo captus. 145.34.
- T.**
Theobaldus duci Richardo ad- uersatur. 14.7. in gratiā cum duce redit. 15.38. Thurstinus rebellās fugit. 15.20. Templarij deleti. 37.45. Thomæ Cant. cædes. 41.6. Turcarū induciæ cum christianis. 49. Tartarorū dominij origo. 54.7. Taxa grauis. 139.2. Turberuile suspensus. 79.50. Thronus Scotorum delatus in An- gliam. 82.8. Templarij capti. 99.30. bona dire- pta. 106.30. Taxa inaudita. 135.6.164.5. Terræmotus. 140.18. Taxa cleri & populi. 170.7. Thom. Arundel Archiep. Cantuar. mors. 123.52.
- Dd.iiij. Wal-

INDEX.

Waltheofus coniurationē in Guliel. pandit. 32. 7
 Wulstani virtus. 33. 18. mors. 33. 48
 Walthamie canonici sacul. pelluntur. 45. 27
 Westmon. ædificatum. 57. 34.
 Wallie princeps negat homagium 68. 37
 Wallenses pacē petunt. 69. 3. spo-
 liati. 70. 30
 Wallia subacta. 70. 40
 Wallisium insurrectio. 78. 18. subi-
 guntur. 79. 10
 Wasconia regi Anglię restituta. 95
 10.
 Winchelsey moritur. 100. 38
 Victoria nautalis de Gallis. 117. 46.
 Vestium statuta. 118. 10
 Wickliffi ortus. 135. 15. opiniones. 139. 13. moritur. 142. 7
 Gul. Cant. clerum opprimit. 148. 47
 Walli rebellant. 158. 13
 Wickami mors. 167. 30
 Waldenifortuna. 169. 51.


FINIS.


LONDINI, in ædibus Johannis Daij.


Anno Dom. 1574.

¶ Cum gratia & priuilegio Regie Maiestatis.











Republished the following scarce
Valuable Old Chronicles, Langtofts. hist. of Glo.
... Grafters - Halls, Holmsted's, Trubners
Fullers Worshus - Hearnes Works fm 1703 to 1713
Guilielmi Neubrigensis Histor. sive Chron. rerum Anglic.
Thome Spivott Chronica.
Ed. Selandis. Pinerara
Do. Antiquarius de rebus Britan. Collectanea.





0/-

Mil-

sm/g

